

















Diuinum Petri Hieremie opus.

Sermones in aduentum domini.
Sermones de peccato.
Sermones de fide:
Sermones de penitētia.
Sermones de oratione.
Sermones dominicales per totum annum.
Sermones de sanctis.



Tabula

Frater Benedictus Britānicus Brixianus: Fratri Thome Calulsano theologo. S. D.

Non dici queat Pater integerrime: quātopere mihi cor leticia subsiliat: quū animaduertā tam multa excellentiū religionis nostre patrū opa: q̄ in hoc vsq̄ tēpus veluti in latebris iacuerūt: in dies passim imp̄mi: ꝓtrahiq̄ in lucē. Mirū.n.ē: quū ea inspicias: q̄ vtilia q̄q̄ fructuosa existant. Oia enim illinc: vt ꝓbe nosti: colligas: q̄ ad bene beateq̄ viuendū sint maxime necessaria. Que oia quū diu multūq̄ mecum essem ꝯtēplatus: putaui Petro Hieremie ordinis nostri viro sctissimo iniuriā ꝓpemodū fieri: si eius scripta nō curarem publicāda. Itaq̄ studio factū est nostro: vt ea ab Jacobo Britānico fratre nostro impressa sint. Existimaui enim Petrū Hieremiā inter reliquos religionis nostre scriptores q̄ hāc diuini verbi p̄dicandi sciam nō minus elegāter q̄ sapienter ꝓfessi sunt: principatū sine cōtrouersia obtinere. Nihil.n.est: siue ad philosophiā theologiāq̄ respicias: siue ad ius canonicū: iusq̄ cesareū: qd̄ in eo desiderari queat. Oia que ad diuine humaneq̄ nodos sapientie explicandos ꝑtinent tam cumulate cōplexus est: vt qui solos eius labores inspexerit: aliūde sibi nihil oino sit indagandum. Putaui aūt hec ad te pater scientissime scribenda: tum vt meā in te beniuolētiā aliqua ex parte tibi declararem: tum vt intelligerem qd̄ tu sup hoc sentires. Plurimi enim iudiciū tuū nō tam in omni dicendi facultate: q̄ in rerū diuinarū humanarūq̄ ꝑspicientia facimus. In te enim p̄ter sanctissimos mores viteq̄ integritatē: eam doctrinā idq̄ ingenij acumen agnoscimus: vt q̄ per te ꝓbata fuerint: ea nullis placere nō possint. Quo sane fit vt oēs qui te norint: norunt aūt fere oēs: te plurimū diligāt: venerentur ⁊ colant. Tu interea valebis: fratrēq̄ Benedictum tui studiosissimum amabis plurimum. Dn̄s aūt noster Jesus xp̄s plenis clementie sue velis te in eterne portū salutis p̄ducat.

Tabula Sermonum aduentus.

¶ Doctissimi ac veri diuini verbi predicatoris Fratris Petri Hieremie ordinis predicatorũ. Sermones q̃maxime vtiles incipiunt. In dominicis aduentus ⁊ sequentibus vsq̃ ad quadragesimam.

Dominica prima in aduentu De quadruplic aduentu. Sermo primus.



Cce rex tuus venit tibi mãsuetus. Mat. 21. ⁊ Jac. 9. originaliter: ⁊ in euangelio hodierno. Thema dat mihi motiuũ predicãdi de aduẽtu domini: qui hodie incipit ẽm ordinẽ ecclesie. Et spero q̃ habebimus bonas doctrinas ad gloriam Jesu christi ⁊ ad instructionẽ nostram: sed primo salutemus virginem dicendo. Aue maria ⁊c̃. Pro declaratione thematis ⁊ introductione est notandũ: q̃ ẽm doctores quadruplex est aduentus domini propter quos ecclesia ordinauit quattuor dominicas in aduentu. Primus aduẽtus est preteritus. Quartus est futurus. Secundus ⁊ tertius sunt presentes.

¶ Primus est per incarnationem: in ventre virginali.

¶ Secundus est per iustificationem: in mente humanali.

¶ Tertius est per separationem: in morte corporali.

¶ Quartus est per retributionem: in iudicio vniuersali.

¶ Et qualibet dñica poterimus predicare de vno istorũ aduentuum. videlicet prima de primo. scdã de secũdo. ⁊ sic de alijs. De secundo aũt aduentu fit mentio Jo. 14. Siquis diligit me sermonẽ meum seruabit: ⁊ pater meus diliget eum: ⁊ ad eum veniemus: ⁊ mansionem apud eum faciemus. De tertio vero aduentu fit mentio Luc. 12. Beati serui illi quos quũ venerit dñs: inuenerit vigilãtes ⁊c̃. Ad idem Mat. 24. De quarto aduentu fit mentio Mat. 25 Quũ venerit filius hominis in maiestate sua: ⁊ omnes sancti eius cum eo ⁊c̃. Item Isa. iij. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui. Notandum aũt q̃ in isto primo aduẽtu venit christus cum humilitate. In secundo cum benignitate. In tertio cum timore. In quarto cum horrore seu tremore. In p̃mo ergo venit cũ humilitate. Hic practice. Ratio vt curaret superbiam Ade: que fuit origo omniũ peccatoꝝ. Eccli. x. Initium omnis peccati superbia. Pone exẽplũ de omnibus peccatis. Qꝛ ergo ↄtraria contrarijs curant: qꝛ homo supbierat deus humiliatus est. ac si rex fieret famulus famuloꝝ seu seruoꝝ. Unde ipse dicit. Filius hominis nõ venit ministrari sed ministrare: ⁊ dare animam suam in redẽptionẽ pro multis Mat. 20. Et qꝛ debebat ministrare assumpsit vestẽ famuli: qꝛ alias nõ fuisset congruum. Ideo apl's ait. Qui cum in forma dei esset. s. indutus veste diuinitatis: nõ rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs in similitudinem hominum factus: ⁊ habitu inuentus vt homo Phil. 2. s. vt nobis seruiret ⁊ ministraret. Loquendo ergo de isto primo aduentu: nota q̃ de eo sepius fit mentio in sacra scriptura: veteris ⁊ noui testamenti. Sicut pꝫ in multis locis specialiter hodie in euangelio. Benedictus q̃ venit ⁊c̃. Et in themate. Et Aggei. 2. Ueniet desideratus cunctis gentibus. Item Malachie. iij. Statim veniet ad templum sanctũ suum dñator quem vos queritis: ⁊ angelus testamenti quem vos vultis. Item Abachuc. 2. Apparebit in finem ⁊ nõ mentietur: si moram fecerit expecta eum: qꝛ veniens veniet ⁊ nõ tardabit. Loquendo ergo de isto primo aduentu: notandũ q̃ cõueniens fuit filium dei venire ꝓpter multas rationes: sed pro nunc dicam quinq̃.

¶ Primo propter magnificentiam diuinalem.

¶ Scdo propter perfectionem vniuersalẽ.

¶ Tertio ꝓpter liberationẽ humanalem.

¶ Quarto propter humane nature exal-
tationem.
¶ Quinto propter angelicaꝫ reparationē.
¶ Prima ratio ⁊ effectus: est ꝓpter ma-
gnificentiam diuinalem. Pro cuius intelle
ctu notandum ꝙ sicut notat Tho pte. iij.
q. i. ar. i. Unicuiqꝫ rei ɔuenit operari: id qđ
est ɔueniens nature sue. Sicut homini ra-
tiocinari, canibus latrare: ⁊ sic de alijs. Ip
sa aūt natura dei. est ipsa bonitas: vt dicit
Dio. i. c. de di. no. Unde qcquid pertinet
ad rationem boni conueniens est ipsi deo.
Pertinet aūt ad rationem boni vt se alijs
cōicet ſm Dio. 4. c. De diui. no. Unde bo-
nū de natura sui est diffusiuū: ⁊ cōicatiuū
alijs. Ergo summo bono ɔuenit: ꝙ summo
modo se creature cōmunicet. Duo aūt hꝫ
deus cōmunicabilia. s. essentiam ⁊ personā.
Essentiaꝫ cōicat deus pater filio ⁊ spiritui
sancto ab eterno: restabat vt ex tempore
cōmunicaret personam. s. filij sui humane
nature. Qđ quidē maxime fit per hoc ꝙ
naturam creatam sibi sic ɔiungat ꝙ ex tri-
bus fiat vna persona. s. ex verbo ⁊ carne ⁊
anima: iuxta illud Uerbum caro factuꝫ est
Jo. i. Et ex hoc manifestatur nobis infini-
ta bonitas diuina. Ad hoc enim principa
liter ipse deus condidit creaturas: vt mani
festetur eius bonitas. Prouer. 16. Uniuer-
sa ꝓpter semetipsum operatus est dñs. Si
cut enim potentia eius. est causa principa-
lis effectiua creaturaꝝ: ⁊ sapientia est cau
sa formalis. Sicut ars in mēte artificis est
causa rei artificiate. Causam dico forma-
lē. Sic ⁊ bonitas dei est causa finalis. Pro
pter qđ dicit ipse. Ego sum ⁊ alpha ⁊ o:
principium ⁊ finis Apoc. i. Et sic pꝫ prima
ratio. Et nota in hac bñdicta incarnatio-
ne magnam dei humilitatem: sicut scripsi
post festum trinitatis dñica. xx. sermo pri-
mo parte prima.
¶ Secunda ratio est ꝓpter perfectionem
vniuersalem. Nam cum deus sit perfectis-
simus in se: necesse est vt etiam opera ab ip
so creata sint perfecta. Deut. 32. Dei perfe
cta sunt opera. Non poterant aūt opera
dei esse perfecta: nisi per assumptionem hu
mane nature in eadē persona. Et hoc pro-
batur ratione ⁊ auctoritate. Ratio est geo
metralis. Dicunt enim geometre ꝙ figura
sperica siue circularis est ꝑfectio alijs. Ra
tio: qꝛ in hac figura finis vnitur principio.
Et ideo dicunt ꝙ nunqꝫ figura hmōi est ꝑ
fecta quousqꝫ finis vniatur principio. Et ꝓ
pter hoc diuina sapientia creauit mundū
in hac figura sperica: lꝫ in alia figura po-
tuisset ipsum creare. Uide celum: ignem:
aerem: mare: terram: ⁊ totum vniuersuꝫ: est
in figura sperica. Sic etiā sol. luna: ⁊ stelle.
Ergo perfectio mundi vniuersalis consistit
in hoc vt finis vniatur principio. ⁊ ecōuer-
so. Modo videamus quid est. Principium
creaturārum: ⁊ quid est finis. principiū est
deus. Gen. i. In principio creauit deus ce-
lum ⁊ terram: ⁊ in sex diebus distinxit. Et
sic creauit creaturas omnes. Prima die fe
cit lucem. Scđa firmamentum. Tertia die
fecit arbores ⁊ plantas. Quarta die fecit
luminaria celi. i. solem ⁊ lunam ⁊ stellas.
Quinta die fecit aues ⁊ pisces. Sexta die
fecit bestias: ⁊ eadem die vltimo: ⁊ in fine
fecit hominem. Patet ergo ꝙ fuit vltima
creaturarum ⁊ finis. Ad hoc ergo vt fi-
gura circularis totius vniuersi sit perfecta:
necesse fuit vt finis vniretur principio. Qđ
tunc impletū est: qñ deus factus est homo:
⁊ homo deus per vnionem personalem in
vtero virginali. Ideo dicit ipse deus. Audi
me Jacob ⁊ Israel: quē ego voco. Ego ipse:
ego pmus: ⁊ ego nouissimus Isa. 48. Ego
primus. i. ego suꝫ deus: ⁊ ego nouissimus. i.
ego sum homo: ⁊ ex hac ratione opinantur
aliqui doctores ꝙ etiam si Adam nō pec
casset filius dei incarnatus fuisset: propter
perfectionem dandam operibus suis. Ad
hāc rōnē rñdet Tho. i iij. sen. di i. q. i ar. iij.
ad primum dicendū. Qđ vniuersum perfi-
cit in coniunctione vltimi ad primū princi
pium. Nō tñ oportet ꝙ in ɔiunctione: que
est in vnitate persone: sed in coniunctione
que est per ordinem ad finem.
¶ Tertia ratio est propter liberationē hu
manalem. Erat enīꝫ primus homo seruus
triuꝫ. s. legis: diaboli: ⁊ peccati. Legis quidē
quantū ad cerimonialia: que erant ita du
ra vt sufferri nō possent: presertim ꝑceptuꝫ
circūcisionis. Unñ Petrus dicebat. Quid
tēptatis deū: imponere iugum super ceruí-
ces discipuloꝝ: qđ neqꝫ patres nostri: neqꝫ
nos portare potuimus Act. 15: Propter

qđ lex vetus dicebat̄ lex seruitutis. Ro.
8. Nō enim accepistis spiritum seruitutis
iterum in timore. In cuius signum cū timo
re magno recepta fuit lex antiqua a iu/
deis. Unde di. Exo. 20. Qđ filij israel per/
territi atq; pauore concussi steterunt pro/
cul rc. Non poterat aūt homo liberari ab
illa lege: nisi per ipsius legis latorem: quia
eius est tollere cuius est condere: et omnis
res per quascūq; causas nascitur per eas/
dez dissoluitur: vt in. c. i. de reg. iur. Et. ff. eo.
ti. l. Nil tam naturale est q̄z eodem genere
qđq; dissoluere: quo colligatuz est. Ideoq;
verboꝝ obligatio verbis tollit̄. Fuit ergo
ꝯueniens: vt deus incarnaret̄ vt adimple/
ret in se ea que scripta erant in figura de
eo sub velamento cerimonialium contenta.
Et sic adimplendo tolleret legem quantuz
ad cerimonialia et iudicialia. Unā ps. Sa/
crificium et holocaustū noluisti: aures aūt
perfecisti mihi. Holocaustum et pro pecca/
to non postulasti: tunc dixi: ecce venio. Ui/
de qđ scripsi in sermonib⁹ quadragesima/
libus de decem preceptis: vbi agitur vtrū
nos teneamur seruare cerimonialia vete/
ris legis. Et hoc est contra quosdam dicen
tes. Si xp̄s seruauit cerimonialia: ergo et
nos illa seruare debemus. Sed non valet
ratio. Sed ꝯtra quia christus seruauit illa.
Ideo nos nō tenemur seruare: q2 finis le/
gis christus est ad iustitiam omni credēti
Ro. io. Sicut in simili: q2 christus mortuus
est: ideo nos sumus a morte redēpti. Fuit
ergo conueniēs vt deus incarnaretur et fie/
ret homo: vt nos a seruitute legis eriperet.
Et hanc rōnem ponit apl's Gal'. 4. At vbi
venit ple. tē. mi. de. fi. su. fac. ex muli. fac. sub
le. vt eos qui sub le. e. redimeret. Item erat
homo seruus diaboli a quo victus fuerat:
quia qui capitur in bello publico efficit̄
seruus. Sic inter hominem et diabolū erat
et est bellum publicum: et q2 homo victus
fuerat a diabolo. ideo totuz genus huma/
num sibi subditum erat. Sicut filij seruoꝝ
sunt serui: etiam si sola mater sit ancilla. l.
partum. C. de rei ven. vbi dicit̄ Partum
ancille matris sequi conditionē: nec statuz
in hac specie patris ꝯsiderari: explorati iu
ris est. Nec poterat humanū genus ab ali
quo liberari. Unde. 2. pe. 2. A quo enim
quis superatus est: eius et seruus est. Nul/
lus autem homo poterat ipsum a diaboli
manibus liberare: quia ipse diabolus erat
fortior omni homine. Job. 41. Nō est super
terram potestas que cōparetur ei: qui fa/
ctus est vt nullum timeret. Oportuit ergo
ꝙ esset aliqua virtus superior eo: que vince
ret eum: et hic est deus: quia naturaliter
nullus angelus est potētior sathana. Quia
aūt conueniens erat vt ipse vinceretur ab
homine: qui vicerat hominem. ideo con/
gruū fuit vt ipsa diuina virtus fieret ho/
mo. Et sic idē. Unde dñs Luc. xi. Quū for
tis armatus custodit atrium suū: in pace
sunt omnia que possidet. Si aūt fortior il/
lo superueniens vicerit eum: vniuersa ar/
ma eius aufert in quibus cōfidebat: et spo
lia distribuet. Erat tertio homo seruus
peccati. Jo. 8. Qui facit peccatum seruus
est peccati. Ratio q2 obediebat peccato.
Ro. 6. An nescitis q̄m cui exhibuistis vos
seruos ad obediendum: serui estis eius cui
obedistis. Quia aūt peccatum istud erat
iniuria dei: et cōsequenter infinita: eo ꝙ cul
pa in deū cōmissa habet infinitatem quan
dam prout est offensa dei: q2 tanto maior
est culpa quāto maior est persona offensa.
Uide hanc rationē in sermonibus de pec/
cato in genere ar. iij. Sermone 19. parte. iij.
Mensuratur enim offensa s̄m quantitatez
et qualitatem persone offense. ideo mere/
batur infinitam satisfactionem: que solui
nō poterat a pura creatura: et consequen/
ter a nullo homine. Et tamē homo erat de
bitor huius satisfactiōis. Fuit ergo necesse
vt deus fieret homo ad hoc vt homo libe
raretur ab hac seruitute peccati. Ideo apo
stolus Ro. 8. Deus filium suum mittens in
similitudinem carnis peccati: de peccato
damnauit peccatum in carne: vt iustifica/
tio legis impleretur in nobis. ps. 106. Misit
verbum suum: et sanauit eos rc.
¶ Quarta ratio est propter hominis exal/
tationem. Quia per incarnationē filij dei
valde exaltata est: et nobilitata est huma/
na natura. Sicut si filius regis duceret in
vxorem filiam rustici: quia vxor nobilita/
tur et recipit dignitatez a viro. l. Femine. ff.
de senatoribus. vbi dicitur. Femine nupte
clarissimis personis: clarissimarum persona/

rum appellatione continent. Feminis enim dignitatem clarissimam mariti tribuunt. Et l. Mulieres. C. de dignitatibus lib. 12. vbi dicit. Mulieres honore maritorum erigimus. genere nobilitamus: ⁊ forum ex eorum persona statuimus ⁊ domicilia mutamus. Item in Aut. de consulibus. §. si autem. coll. 4. ibi Quoniam vxores coruscant radijs maritorum. Item sortitur forum viri. l. Cum quedam puella. ff. de iurisdi. omnium iudi. Item mutat sepulturam suam: ⁊ sepelitur in sepultura viri: vt in. c. Is qui. de sepul. li. 6. §. Mulier autem que plures viros habuit successiue si sepulturam non eligat: est cum viro vltimo cuius domicilium retinet ⁊ honorem: tumulanda. Sic filius dei duxit in vxorem carnem humanam filiam illius rustici Ade: ⁊ fuit initiatum hoc matrimonium in prophetis quasi essent tunc contracta sponsalia de futuro: fuit ratificatum in vtero virginis quasi per verba de presenti. Fuit autem consumatum in cruce quasi per copulam carnalem inter christum ⁊ ecclesiam sanctam: que fuit formata de latere eius mortui in cruce: quando exiuit de eo sanguis ⁊ aqua. Sicut Eua fuit formata de latere Ade dormientis in paradiso: quod fuit sacramentum et figura istius matrimonij: iuxta illud Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in christo ⁊ in ecclesia Ephe. 5. Propter hoc christus in cruce dixit. Consumatum est. Et sic natura humana fuit nobilitata a deo: quod super angelicam naturam nobilitata est. Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen Abrae apprehendit Hebre. 2. Et in signum huius: cum sepius legatur in veteri testamento angelos se permisisse ab hominibus adorari: sicut legitur de Manue patre Sanson Iudic. 13. et de Iosue. tamen post incarnationem filij dei secus factum est. Sicut legitur Apoc. vltimo. vbi dicit Ioh. Postquam audissem ⁊ vidissem cecidi vt adorarem ante pedes angeli qui mihi hoc ostendebat: ⁊ dixit mihi. Vide ne feceris: conseruus tuus sum. Quod ideo prohibuit angelus: vt ostenderet exaltationem humane nature super angelos in homine assumpto: vt notat. Th. in. 3. sen. di. 9. q. 1. ar. 2. q. 6. ad primum. Et ex hoc grauius est peccatum commissum ab homine post incarnationem christi quam ante: quia maior ingratitudo ⁊ maior vilitas. Nam vilius reputaretur nobili militi vel doctori si intraret in tabernam ⁊ inebriaretur: quam cuidam rustico. Nonne vilissimum esset si filius regis faceret se seruum cuiusdam vilis ribaldi: Sic in proposito ⁊c. Nota contra christianos viros ⁊ mulieres: qui vadunt ad iudeam illam pro sanitate habenda: vel ad alios diuinos: quia cum sint filij dei Io. 1. Quotquot autem receperunt eum: de. eis po. fi. dei fi. faciunt se seruos diaboli: pro sanitate habenda corporali. Quidam vero christiani iniuriantur iudeo baptizato: improbantes ei etiam dicentes. Oritaliato: propter quod reuocantur alij iudei a conuersione ad veram fidem: ⁊ ex hoc fit iniuria nomini christiano. Quia igitur grauius peccant christiani ceteris nationibus: ideo grauius illis puniuntur. Nota exemplum beati Macharij: qui vadens per desertum inuenit caluitium seu caput hominis mortui. Qui cum interrogasset ⁊ quesiuisset ab eo cuius fuisset. Respondit se fuisse caput cuiusdam sacerdotis idolorum: cuius anima erat in inferno. Cumque igitur interrogaret ab eo si aliquis esset sub eo in inferno: ⁊ qui sunt. Respondit quod christiani damnati erant sub alijs omnibus ⁊c. Ideo dicit Leo papa in sermone de natiuitate. Agnosce o christiane dignitatem tuam: ⁊ diuine consors factus nature: noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. Ps. 48. Homo cum in honore esset non intellexit: compa. est iu. insi. ⁊ si. fac. est illis ⁊.

¶ Quinta ratio: est propter angelicam reparationem. Nam propter peccatum primi angeli ceciderant multa millia angelorum: sicut dicitur Apoc. 12. Unde remansit numerus angelorum diminutus valde: nec potuit amplius reparari per angelos qui ceciderant: quia angelus sicut imobilis apprehendit ea que intelligit: sic ⁊ imobilis fertur ⁊ adheret per affectum his que quandoque elegit ⁊ obstinatus est in illo peccato quod commisit. Unde equalitatem dei quam semel angelus concupiuit ⁊ appetijt. adhuc appetit: ⁊ in eternum appetet. Et ideo non est capax misericordie

diuine ad remissionem peccati sui: quia nō
vult penitere. Nam si peniteret deus sibi
parceret. ps. 76. Nunqd in eternum irasce
tur deus: aut continebit in ira sua miseri-
cordias suas. Quia ergo obstinatus est:
ideo non est capax misericordie: Sic nec ho
mo post mortem. Unde dicit Damasce.
ꝙ hec est hominibus mors: qd ē angelis
casus. Et ponit Tho. in. i. parte. q. 64. ar. 2.
Ne ergo angeloꝝ numerus remaneret im-
perfectus: voluit diuina sapiētia ꝙ supple
retur per homines assumendos in cōsortio
angeloꝝ. Unī dicit apostolus Ephe. i. In-
staurari omnia in christo: que in celis ꝛ q̄
in terris sunt. Quia aūt vita eterna exce-
dit ꝓportionē nature create. Quia ꝙ ocu
lus nō vidit nec auris audiuit ꝛc. i. Cor. 2.
ideo non potuit homo ad vitam eternam
eleuari de se vt esset consors diuine natu-
re: ꝛ fieret per participationem ꝛ simil' an
gelis in gloria: nisi deus fieret homo. Da si
militudinem. Siquis vellet celum capite
attingere. nō posset naturaliter: nisi deus ꝑ
potentiam suam inclinaret celum vel homi
nem ad celestia subleuaret. Et sic fecit de9.
Quia ad hoc vt homo fieret beatus: ꝛ cō-
sequenter habitaret in celo. inclinauit se ꝑ
humilitatem ꝛ factus est homo: ꝛ eleuauit
hominem ad se vt fieret deus. Et sic ꝑ ho
mines ruina āgelica reparari. ps. 53. Incli-
na dn̄e celos tuos ꝛ dscēde ꝛc. Deo grās.

¶ Notandum ꝙ prima ratio de quinq̄
predictis. pertinet ad bonitatē dei: que est
diffusiua suiipsius. Fuit aūt congruū deū
incarnari etiam propter imobilitatem diui
ne iustitie. Item ꝓpter decentem ordinem
sapientie ipsius. Et sic ex tribus apparet in
carnationis congruentia. Que quidē tria
sumūt ex parte dei. s. ex plenitudine diuine
misericordie. ex imobilitate iustitie ipsius: ꝛ
ex decenti ordine sapientie ipsius. Quia
enim deus summe bonus ꝛ misericors est:
decuit vt nulli nature negaret hoc cuius ca
pax erat. Unī cum natura humana lapsa
eēt: ꝛ nihilominus reparabilis foret: decuit
vt eam recuperaret ꝫm Tho. in. 3°. senten.
di. i. q. 2. De hac autem ratione satis dictū
est supra in prima ratione huius sermonis.

Secundo ex imobilitate iustitie diuine:
quia vt ait Tho. vbi supra. Iustitia dei im
mutabilis est: cuius lege sancitū ē vt nunq̄
peccatum sine satisfactione dimittatur. de-
cuit vt in humana natura institueret eum
qui satisfacere posset: qꝛ hoc purus homo
per se facere nō poterat. Ratio est triplex
quā assignat Tho. in. 3°. sentē. di. i. q. i. ar. 2.
In responsione ad vltimum argumētum.

Tertio ex decenti ordine sapientie sue.
Quia enim summe sapiens ē: ꝯuenientissi
mum modū reparationis adinuenire de-
buit. Modus aūt conuenientissimus: est vt
integra natura repararetur: vt finaliter ad
hoc qd amiserat homo peruenire posset.
Si aūt hominem per angelum repararet:
nō esset integra reparatio: qꝛ semper homo
angelis salutis sue debitor esset: ꝛ ita ei in
beatitudine equari nō posset. Qd tn̄ con-
secutus fuisset si nō peccasset. Sicut ꝛ nūc
consequuntur homines per gratiam repa-
rationis: vt sint sicut angeli dei in celo
Mat. 22. Unde decuit: vt non angelus sꝫ
ipse deus hominem repararet: iuxta illud
Isa. 35. Deus ipse veniet ꝛ saluabit nos.
Similiter vt esset facilis modus ascenden-
di ad deū: decuit vt hō ex his que cogni-
ta sunt sibi tam ꝫm intellectum q̄ ꝫm af-
fectum in deū consurgeret. Et quia homi-
ni naturale est ꝫm statum presentis miserie
vt a visibilibus cognitionem accipiat: ꝛ cir
ca ea afficiatur: ideo deus congruenter
visibilis factus est naturam humanam as-
sumendo: vt ex visibilibus in inuisibilium
amorē ꝛ cognitionē rapiamur. Hec Tho.
vbi supra. Est etiā alia ratio: que sumitur
ex parte diuine sapientie: quare decuit deū
incarnari: quā assignat Tho. in. 3°. senten.
di. i. q. i. Nam vt dicitur Sap. 8. Sapientia
vincit maliciam: sed per maliciam diaboli
ꝛ hominis: humana natura que est opus
dei deiecta est quantū deijci potuit in cul
pam ꝛ miseriam. ergo decuit vt sapientia
dei ipsam exaltaret quantum exaltari po-
tuit: ergo cum natura humana sit assumpsi
bilis in vnitatem diuine persone: vt ponit
Th. in. iij. senten. di. i. q. i. Et in. iij. parte. q. i.
ar. i. videtur congruum fuisse: vt deus na-
turam humanam assumeret. Hec Tho.

¶ Eadem dominica prima de aduentu de iudicio vniuersali. Sermo .ij.



Enedictus qui venit in nomine domini. Mat. 21. Intentio mea est predicare de aduentu christi ad iudicium. In sacra scriptura inuenimus tres christi aduentus genera'es.

¶ Primus est humilitatis copiose: iam preteritus.

¶ Secundus charitatis gratiose: ⁊ hic est presens.

¶ Tertius maiestatis rigorose: ⁊ hic est futurus.

¶ Hi tres aduentus ostēduntur in euangelio hodierno fm ordinem nostrum: quod euāgelium lz fit de ramis palmaꝝ historice: tñ allegorice ptinet ad officiū hodiernū.

Primus aduentus ponitur in principio euangelij.

Secundus in medio.

Tertius in fine.

Dico primo ⁊c. Iste aduētus fuit in vtero virginali per incarnationem cum magna vtilitate. Ratio vt satisfaceret ꝑ superbia Ade ⁊ Eue: que supbia fuit prius ꝙ gula. Initium omnis peccati superbia Eccli. 10. Ideo venit cum magna humilitate nō ministrari: sed ministrare sicut famulus. Seruiuit eniz xp̄s in isto primo aduētu nobis.

¶ Primo de corde suo ostendens nobis charitatem.

¶ ¶ Secundo de ore docens doctrinas.

¶ Tertio de potentia faciendo miracula.

¶ Quarto de corpore tradendo illud morti. De hoc aduentu dicit ipsemet. Filius hominis non venit ministrari sed ministrare Mat. 20. Iste aduentus notat in principio euāgelij vsqꝫ. Soluite ⁊ adducite mihi: vbi notaui quattuor.

¶ Primo finis ꝑ quē venit: qui est pacificatio hominis cum deo: ⁊ cum angelis: ⁊ cum seipso: ⁊ cum proximis ibi. Cuz appro. Iesus hierosolymis. que pacifica vel visio pacis interpretatur. Ephe. ij. Ipse enim est pax nostra: qui fecit vtraqꝫ vnū. Et veniēs euangelizauit nobis pacem ⁊c.

¶ Scd̄o via per quā venit: q est virgo Maria. Ber. Uirgo egregia ipsa ē via regia: ꝑ quā saluator venit ad nos. Hec notat ibi. Et cum venisset Betfage: qd̄ interpretatur domus oris: q2 in apertiōe oris Ecce ancilla dn̄i: facta est domus dei. Uñ cantatur. Domus pudici pectoris templum repente fit dei.

Tertio causa efficiēs quare venit: q est miſericordia. ibi. Ad montē oliueti. Ephe. ij. Deus qui diues est in misericordia: ꝑpter nimiam charitatem suam: qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos.

Quarto actus ad quē venit: qui est illuminatio mundi: ⁊ liberatio a vinculis peccatoꝝ: nō solū per se sed per discipulos. ibi. Misit duos discipl'os: vsqꝫ Soluite ⁊ adducite ⁊c. Iste aduētus quotidie fit in hostia verbis a sacerdote. Hoc est eniz ⁊c. Sicut in principio dictis verbis a virgine. Ecce ancilla domini ⁊c.

In primo venit vt famulus: sed in isto secū do aduentu venit xp̄s vt socius: in eadem mensa comedēs. Fidelis deus per quē vocati estis: in societatem filij eius dn̄i nostri Iesu xp̄i. i. Cor. i. Iste aduētus notatur in euangelio: cū dicit. Filie syon. i. ecclesie militanti vel anime humane. Dicite. s. vos predicatores Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. De isto regratiari debemus ei dicēdo. Benedictus qui venit in nomine socij.

¶ Dico tertio ⁊c. Tunc veniet sicut rex ad iudicādū ⁊c. De isto aduētu dicit ipsemet. Tunc videbunt filium hominis venientez in nubibus celi cum virtute magna ⁊ maiestate ⁊c. Mat. 24. De hoc aduentu loquit thema di. Benedictus qui venit in nomine domini: non famuli vt in primo: neqꝫ socij vt in secundo: sed domini p̄s. 9. Cognoscet dominus iudicia faciēs. Propter istos tres aduentus sunt tres ebdomade de aduentu: quia quarta nō perficitur. De isto ergo aduentu predicaturus quesiui quomō erit: ⁊ inueni quandam auctoritatem christi: qui bene scit ⁊c. Cū venerit filius homi-

nis in sede maiestatis sue ⁊c. vsq₃. Iusti autem in vitam eternam Mat. 25. Ubi nota ꝙ sunt octo clausule: declarantes istum aduentum.

¶ Prima clausula. Quū venerit filius hominis .i. virginis. nō dicitur filij hominum. Solus autem christus dicit̄ filius hominis: q₂ de matre sine patre. In maiestate sua: non dicit in humilitate: paupertate: ⁊ simplicitate: cum quibus venit in primo aduētu. In tm̄ ꝙ Iohānes baptista videns ipsum dixit. Ecce agnus dei. Et Iudei videntes ipsum despexerunt dicentes. Nolumus hunc regnare super nos Luc. 19. Ideo Isa. 53. In humilitate iudicium eius sublatum est. Sic prophetauerat Zacha. 9. d. Ecce rex tuus venit tibi iustus: ⁊ saluator: ⁊ ipse pauper: ⁊ ascendēs sup asinā: ⁊ sup pullū filiū asine. S₃ in aduētu ad iudicium veniet cū tanta maiestate ꝙ totus mundus tremet. ps. 9. Cognoscet̄ dominus iudicia faciens. Nota similitudinem de auiculis cantantibus ⁊ ludentibus in arbore: sed superueniente falcone omnes pauescunt ⁊ silent. Sic considerate ꝙ iste mundus sit quedam arbor faciens fructus dignitatum: honorum: diuitiarum: officiorum: delitiarum: ⁊ quilibet sibi vult implere capucium de his fructibus. Aues ludentes in hac arbore mundi: sunt omnes creature corporales.

¶ Primo sol ludit currendo semper de oriente ad occidentem: ⁊ econuerso. Itē in estate ascendit: in hyeme descendit: oritur sol ⁊ occidit: ⁊ ad locum suum reuertitur. ibiq₃ renascens gyrat per meridiem: ⁊ flectitur ad aquilonem lustrans vniuersa in circuitu Eccl's. i. Idem de luna. Item de stellis. Item aer: aqua: terra. Non faciunt nisi ludere: pisces in mari: aues in aere: ⁊ animalia in desertis semper ludunt. Auctoritas. Delectabar per singulos dies ludens coram illo omni tempore: ludens in orbem terrarum Prouer. 8. Ad litteram loquitur hic de ludo mūdi: sed quando veniet falco seu aquila .i. Christus in iudiciū: iste ludus cessabit: quia omnes creature timebunt. Isa. 75. De celo auditum fecisti iudicium tuum: terra tremuit ⁊ quieuit quū exurgeret in iudicio deus: vt sal. fac. omnes mansuetos terre. Nota hic practice quomodo auarus volet libenter restituere vsuras: superbus fuisse humilis: religiosus suasse religionē. d. O miser quando audiebam predicari nōne potui facere? Item motus corporum celestium qui est quasi quidam ludus cessabit: ⁊ sol obscurabitur: ⁊ luna non dabit lumen suum: ⁊ stelle cadent de celo ⁊c. Uide hoc alibi in sermone. Ideo ecclesia pro fideli populo christiano orans ait. Libera me domine de morte eterna i die illa tremēda ⁊c. Consilium ergo do vobis vt tunc sitis securi ⁊ firmi: vt substineatis ⁊ firmetis duos pedes vestros .s. dextrum credentie: ⁊ sinistrum obedientie: q₂ nullus vno tm̄ pede firmatur. Hanc firmitatē petebat Grego. in collecta vigilie natiuitatis dn̄i. Presta q̄s omnipotens deus vt vnigenitum tuum quem redēptorem leti suscipimus: venientem quoq₃ iudicem securi videamus. Patet prima clausula.

¶ Secūda clausula est omnes angeli eius cum eo. Unde celum illa die euacuabitur. S₃ diceret aliquis. Quid dicemus de sanctis: quia christus non loquitur nisi de angelis? Rn̄deo ꝙ omnes sancti etiam cum eo venient ad iudicium. Et christus ideo nihil dicit: quia iam propheta dixerat ex parte sua: qđ idem est. Isa. iij. Dn̄s ad iudicium veniet cum senibus populi sui ⁊ principibus eius. Nota Cum senibus populi sui ⁊ principibus eius. Nota Cum senibus .i. sanctis. Sed quare sancti dicuntur senes: cum multi mortui fuerunt iuuenes. Et preterea: tunc omnes erūt iuuenes in similitudinem etatis plenitudinis christi: vt dicit apl's Ephe. 4. Rn̄deo q₂ senectus significat sapientiam. Maledictus puer cētum annorum: quia nullus intrauit nec intrabit paradisum: nisi sapienter se gubernauerit. ps. Cum principibus populi sui .s. angelis. Et nota ꝙ tunc erunt manifesta omnia mala ⁊ bona ⁊c. Ratio quia iudex nō fert sententiam: nisi prius videat processum: ⁊ ex actis in causa iudicat. Ideo Dan. 7. Iudiciū sedit ⁊ libri aperti sunt. Et Apoc. 20. Et iudicati sunt mortui ex his que scri

pta erant in libris: ſm opera ipsorum. Nota Libri. Glo. consciētiarum que modo sunt clause omnibus nisi soli deo. Q tunc erit magna confusio damnatis ex malis que fecerunt rc. Remedium ergo ne appareāt tunc peccata vestra in confusionem vestraꝫ: recipiatis nunc velum quadratum.i. penitentiam que habet quattuor angulos.

¶ Primus est cōtritio de peccatis. Sicut puer qui deturpauit vesteꝫ suā: plorat rc.

¶ Scd's vero est propositum emendandi de futuro.

¶ Tertius oris ꝯfessio: qꝛ aliter plaga nō sanatur: nisi radix et putredo proijciatur.

¶ Quartus penitētialis afflictio: faciendo penitētiam a ꝯfessore iniunctaꝫ. Nā iuxta mensuram delicti erit et plagarum modus Deut. 25. Isto velo penitentie peccata cooperiunt. Auctoritas. Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quoꝝ tecta sunt peccata ps. 31. Item. 1. Petri. 4. Charitas operit multitudinem peccatoꝝ. Charitas.i. penitentie in qua concurrit charitas ex qua penitentia sumit vigorem: alias rc.

¶ Tertia clausula. Tunc sedebit super sedem maiestatis sue: et nō stabit pedibus. Sicut iudex proferens sententiam debet sedere. al's sententia non valet De re iudi.c. fi. lib. 6. ibi dicit. Sentētia quā scriptam edi a iudice litigatoribus nō recitari: vel quā pro ipso stando nō sedendo proferri contingit: nullius est penitus momenti. Questio est hic: quomō stabit virgo Maria et alij sancti: Aliqui dicunt q virgo stabit genibus flexis cum beato Johāne rc. Et ita a multis pingitur. Error est: qꝛ tunc virgo nō orabit pro peccatoribus: qꝛ tempus erit rigorose iustitie nō misericordie. Ideo si vellet orare diceret sibi christus. Mater mea non loquamini mihi de hoc. Ego eis dedi tempus penitentie et abusi sunt illo peccando. Auctoritas. Zelus et furor viri non parcet in die vindicte: nec acquiescet cuiusq precibus: nec accipiet pro redemptione dona plurima Prouer. 6. Dico ergo q virgo sedebit ad latus christi in throno simul cum christo. Auctoritas allegorice: qꝛ figura fuit virginis. Sedit rex super thronū suum: et positus est thronus matris eius: que sedit ad dexterā eius. 3. Re. 2. Rex est christus. ps. 71. Deus iudiciū tuuꝫ regi da. Et Apoc. 19. Habēs in femore scriptum rex regum: et dñs dominantiū. Quid de apostolis: Respōdeo apostoli: et alij viri apostolici. Sicut Dñicus Franciscus Augustinus Hieronymus rc. sedebunt cum christo. Auctoritas Mat. 19. Amen dico vobis q vos qui reliquistis omnia et secuti estis me: in regeneratione cum se. fi. ho. in se. ma. su. sede. et vos sup se. 12. su. 12. tribus israel. Nota Reliquistis omnia: nō soluꝫ exteriora: sed etiam affectum cordis. Exēpluꝫ de Petro et Andrea rc. In regeneratione. Duplex ē generatō.s. anime et corporis. Generatio anime est per creationem. Regeneratio est in baptismo. Ideo dicit renatus homo qui baptizatur. Jo. 3. Nisi quis renatus fuerit rc. Generatio vero corporis est in vtero matris per receptionem: regeneratio vero erit in resurrectione: dicit ergo in regeneratione.i. resurrectione vniuersali. Nota Judicātes nō dicit iudicādi. Quid de alijs sanctis: Rñdeo iudicabunt ēt ipsi sed diuersimode. Nota hic q iudicare pōt cōpetere seu accipi multipliciter. Uno modo per modum priuate auctoritatis. Et sic competit soli trinitati: licet p quādam appropriationem iudicialis potestas attribuatur persone filij: iuxta illud Jo. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Et Act. 10. dicitur de christo. Hic est qui ꝯstitutus est a deo iudex viuoꝝ et mortuoꝝ. Quomodo aūt hoc fit: vide Tho. in. 3 parte. q. 59. ar. 1. Scd'o modo competere potest alicui p modū primarie delegationis. Et lꝫ sit camere imperij: tñ de iure diuino delegari potest. Et sic competit soli christo ſm q homo vt expresse dicitur Daniel. 7. Aspiciebam donec throni positi sunt: et antiquus dierū sedit.i. deus pater. Et sequitur. Et ecce cū nubibus celi: quasi filius hominis veniebat et vsq ad antiquuꝫ dierum peruenit: et in cōspectu eius obtulerunt eum: et dedit ei potestatem et honorem et regnum rc. In quo innuitur potestas iudiciaria homini christo delegata. Et istō petebat Dauid di. ps

Ps.71. Deus iudicium tuū regi da: et iustitiam tuam filio regis. Et hoc iusta ratione fiet in premium infinite humilitatis: que fuit in christo: q̄si ab impijs.s.pilato ⁊ herode iudicatus est. Hic tangit Gl. super illud Job 36. Causa tua quasi impij iudicata ē. Glo. a pilato. Ideo iudiciū causamq̄ recipies. Glo. vt iuste iudices. Nota Quasi impij: q2 peius ⁊ vilius fuit christus iudicatus. ⁊ cō dēnatus: q̄ȝ latro vel homicida: quia de istis fit processus ordinatus ⁊c̄. Sed de christo nihil. Nota q̄ ille qui iniuste iudicatur ab alio: illum iudicare meretur. Nota exēplum de Theodorico rege qui Johannem papam ⁊ Simacum patritium iudicauit. Et ideo post mortem visus est a quodā sancto heremita detrudi in ollam vulcani ab eis: vt refert Gregorius in.4. dialogorum. Tertio iudicare potest alicui competere p̱ modum assessorie dignitatis. Et sic iudicabunt sancti perfecti: ⁊ pauperes volūtarij: vt apostoli ⁊ eorum vitam sequentes: vt pȝ Mat.19. et supra dictum est: Et martyres etiam qui pro christo iudicati sunt: qui dicit Apoc̄.3. Qui vicerit dabo ei sedere in throno meo: sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cum patre meo in throno eius. Quarto per modum approbationis. Et sic iudicabunt omnes sancti: iuxta illud Sap̄.3. Judicabūt sancti nationes. O magnus honor ⁊c̄.

¶ Quarta clausula. Cōgregabuntur ante eum omnes gētes. Questio est hic: vbi fiet istud iudicium? Respondeo: cōmuniter dicitur q̄ in valle Josaphat: vt dicitur Joelis.3. In diebus illis ⁊ in tempore illo: cuȝ conuertero captiuitatem Juda ⁊ Jerusalē congregabo omnes gentes: ⁊ ducam eos in valle Josaphat ⁊ disseptabo ibi cuȝ eis. Hic est duplex questio. Prima quomodo illuc transibimus? Respondeo: quilibet nostrum nunc habet angelum qui portabit sibi commissum: siue electum siue reprobū. Et de bonis clarum est: sed de malis non auderem dicere: nisi quia christus dicit Mat.13. Sic erit in consumatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos ⁊ colligent de regno eius omnia scādala ⁊ eos qui faciunt iniquitatem: ⁊ mittent eos in caminum ignis. Nota Scandala: dicuntur illi qui peccant publice. Iniquitas vero qui occulte: sed differentia est inter bonos ⁊ reprobos: quia boni cum magna reuerentia ducentur ab angelis ⁊c̄. Sed reprobi cum magno vituperio ⁊c̄. Sicut trahitur ad curiam homicida inuitus ⁊c̄. Ideo christus ait. Exibunt angeli ⁊ separabunt malos de medio iustorum ⁊ mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Ibidem.

¶ Secunda questio est. quomodo tot millia hominum poterunt stare in illa valle tam parua ⁊c̄? Respondeo s̄m Pe. de palu. in. 4. di. 47. q. i. ar. i. conclu. iij. Q̄ d̄ dn̄s descendet super vallem Josaphat: non quidem vsq̄ ad terram: sed nec prope terraȝ: sed vsq̄ ad locum vbi amiserunt apostoli aspectum eius. Sicut quando ascendit in celum ⁊ nubes suscepit eum ab oculis eorum Act̄. i. Boni auteȝ ⁊ electi non erūt in terra in illum locum vallis Josaphat: sed rapientur obuiam christo in aera. Vn̄ apostolus. Mortui qui in christo sunt resurgent primi: deinde nos qui viuimus qui residui sumus qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera. Et sic semper cum domino erimus i. Thi. 4. Nota magnum honorem ⁊c̄. Si aliquis electus esset in terra quando christus diceret sibi. Ascendatis huc ⁊c̄. Mali vero ⁊ reprobi in terram scribentur. i. manebunt: circa illa loca in regione circūquaq̄: vbi christuȝ ⁊ electos videre poterunt. Tum ratione altitudinis. tum ratione claritatis: iuxta illud Jo.19. Videbunt in quē transfixerūt. Vel per hoc q2 compressi stabunt in eodeȝ loco simul. Vel per hoc quia ad quantamcūq̄ distantiam virtute diuina ad singulorum oculos species corporis christi deferetur: siue stent super mare deo sustentante: siue compressi vt dictum est s̄m Petrum. Tunc aspectus ipse erit intollerabilis malis: qui vellent potius esse in inferno ⁊c̄. Ideo dicitur Luc̄. 21. Et in terris pressura gentium arescentibus hominibus pre timore ⁊ expectatione que superue. vni. orbi. Et Job

in persona damnatorum. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me: ⁊ abscondeas me donec pertranseat furor tuus. Job. 14. Et Apoc. 6. Reges terre ⁊ principes terre: ⁊ tribuni: ⁊ milites: ⁊ diuites: ⁊ fortes: ⁊ omnis seruus ⁊ liber: absconderunt se in speluncis ⁊ petris montium: ⁊ dicent montibus ⁊ petris. Cadite sup nos: ⁊ abscōdite nos a facie sedentis sup thronū ⁊ ab ira agni: qm̄ venit dies magnus ire ipsorum.
¶ Quinta clausula. Et dicet rex his qui a dextris eius erunt. Hic nota ꝙ sicut iudex antequam det sententiā oportet ꝙ videat prius processum ⁊ merita partium ⁊c̃. Sic christus ⁊c̃. Ideo aperient libri consciētiarum: ⁊ videbunt omnia opera bona ⁊ mala ⁊c̃. Auctoritas. Vidi mortuos: magnos ⁊ pusillos stantes in conspectu throni: ⁊ libri apti sunt: ⁊ iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris: sm̄ opera ipsorum Apoc. 20. Ad idem facit Daniel. 7. Judicium sedit ⁊c̃. Vide s̄. in. 2. Itē nota quomodo christus vt deferat honorem matri ⁊ sanctis qui erunt assessores sui: dicet matri. Mater mea quid videt vobis de his? Et rn̄debit virgo. Fili qui vixerunt sm̄ vestra mandata. Et qui aliquando peccauerunt ⁊ fecerūt penitētiā sm̄ ꝙ vos dixistis. Penitentiam agite ⁊c̃. ideo sunt digni regno tuo. Ideo xp̄s interrogabit apostolos: ⁊ illi dicent. Dn̄e gloriosissima mater vestra iustissime rn̄dit. Et christus. Et ego vt iudex vniuersalis fero sentētiam vt fiat sicut dicitis. Deinde dicet his qui ad dexteram sunt leta facie. Venite benedicti ⁊c̃. Tunc illi genibus flexis gratias agent christo dicētes. Nō nobis dn̄e nō nobis ⁊c̃. Gloria tibi domine qui natus es de virgine ⁊c̃. Questio est hec: nunquid hec sentētia fiet vocabiliter tm̄: sed Pe. de palu. tenet mediam sniam. s. quo ad meritorum discussionē mētaliter fiet. Esuriui ⁊c̃. Sed quo ad sententie prolationem fiet vocaliter ⁊c̃. Pe. de palu. in. 4. di. 47. q. i. cōclusi. scd̄a. Hanc questionem noli predicare propter rudes.
¶ Sexta clausula ē. Tunc dicet rex his q a sinistris eius erunt. Discedite ⁊c̃. Hic eandem practicam: q: xp̄s dicet matri. Quid videt vobis fiendum de his ⁊c̃. Rn̄debit. Fili ex quo vixerūt sm̄ ppriam voluntatē ⁊ non sm̄ mandata vestra. Ideo ad infernum ⁊c̃. Nota ꝙ tunc nō erit tēpus misericordie vel orationum. Idem dicent sancti apostoli ⁊ martyres interrogati a christo. Tūc christus dicet. Et ego vt iudex vniuersalis do sententiam vt fiat sicut dicitis. Et tunc dicet malis. Discedite a me maledicti. Hic practice ꝙ quando videbunt mali se esse damnatos: petent a domino. Domine postquam sumus damnati fac nobis gratiam vt stemus tecū. Respōdebit. Discedite. Respōdebūt. Domine saltē benedic nobis. Respondebit Maledicti. Tertio dicent. Dn̄e pone nos in aliquo bono loco. Respondebit. In ignem eternū. Quarto dicēt domine da nobis saltem aliquam bonam societatem. Respondebit. Qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Tunc data sententia cōmouebitur inter eos rumor ⁊ planctus: dicentes illud Jere. 20. Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Maledictus vir qui annūciauit patri meo d. Natus est tibi puer. Tunc vir insurget cōtra vxorem: ⁊ pater cōtra filium ⁊ ecōuerso. Quia tunc quanto amor fuit hic intensior: tanto maius erit ibi odium in penam culpe. O miseri peccatores ⁊c̃. Emendemus ergo que ignoranter peccauimus ne subito preoccupati die mortis: queramus spatium penitentie ⁊ inuenire non possimus.
¶ Septima clausula. Et ibunt hi in supplicium eternum. Ecce executio sententie. Nota ꝙ sententia datur primo pro bonis: ⁊ secundo contra malos: sed tamen executio primo fiet de malis. Quibus sic flentibus dicet christus. Inferne aperi os tuū. Tūc terra aperietur ⁊ deglutiet eos. Tūc descendent in infernum. Auctoritas. In tēpore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad comburendum Mat. 13. Nota Fasciculos. Sicut faciunt rustici de lignis ad comburendum. Et sm̄ ꝙ hic fuerunt similes in peccatis: sic erunt similes i penis. Vnus fasciculus fiet de dominis: alius de prelatis: alius de malis clericis luxuriosis: alius de religiosis.

¶ Octaua clausula de executione bonoꝝ. Iusti aūt in vitam eternam. Tunc dicet xp̄s angelis. Precedatis vos. Sic ascēdēt ad celos: vbi gloria eterna erit. De h̄ dicit Isa.35. Qui redēpti fuerint ꝛ liberati a dn̄o: ꝯuertentur ꝛ venient in syon cū laude ꝛ leticia sempiterna super caput coꝝ. Gaudium ꝛ leticiam obtinebunt: ꝛ fugiet dolor ꝛ gemitus. Item Apoc.21. Abstergēt deus omnē lachrymam ab oculis sanctoꝝ: ꝛ mors vltra nō erit: neqꝫ luct⁹: neqꝫ clamor: neqꝫ dolor erit vltra: q̄ prima abierunt ꝛc̄. Deo gratias.

¶ Eadē dn̄ica prima de aduentu. Mundi finis adest. Sermo.iij.

Nox precessit dies aūt appropinquauit. Ro.13. Thema ꝓpositū: ꝛ etiam tota epistola declarat nobis fineꝫ mundi esse de propinquo: vt nullus ponat spem in eo. Pro declaratione huius sciendūꝫ ꝙ in sacra scriptura in multis locis inuenitur: ꝙ tēpus huius vite seu cursus huius mundi dicit̄ nox: respectu vite eterne. Et hoc declarat̄ per tres ꝓportiones. s. lune: solis: ꝛ christi. Luna habet claritatem: ꝛ sol maiorem claritatē habet. s. septēplicē: vt dicunt doctores. Et etiā Glo. ordinaria sup illud Isa 30. Erit lux lune: sicut lux solis: ꝛ lux solis erit septēplicit̄. Ex peccato aūt Ade sol ꝛ luna perdiderunt multū de claritate: sed recuperabunt eam in iudicio vniuersali. Xp̄s aūt habet claritateꝫ incōparabiliter excedentē claritatem solis. Qr si iusti fulgebunt sicut sol: vt dicitur Mat.13. quid erit de claritate xp̄i: Nō luna ꝛ sol dant claritatem in hoc mundo: sed nō in paradiso: vt. j. subdit̄: nec in inferno. sed paradisus illuminatur a christo. Auctoritas. Ciuitas scꝫ paradisi non eget sole neqꝫ luna: vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: ꝛ lucerna eius est agnus. i. xp̄s Apoc.21. Nota Lucerna eius est agnus. qr sicut in lucerna sunt tria: sic in xp̄o. Primo est cera. i. caro mundissima: que liquefacta est ad ignem charitatis in passione hominis. 2°. licinīū album: est anima mundissima. 3° lumen qđ est deitas sanctissima.

Modo fiat ratio. Si claritas lune respectu claritatis solis di nox. eo ꝙ sol magis lucet septēpliciter. ergo multo magis claritas solis dꝫ dici nox respectu claritatis xp̄i: que est in paradiso. ꝛ est maior claritate solis icōparabiliter. Recte anima nostra in corpore nostro est sicut vespertilio que lumen lune credit esse magnuꝫ ꝛc̄. Sed si videre posset: lumē solis reputaret: lumen lune quasi nihil. Sic anima nostra postq̄ꝫ recedit a corpore: reputat presentem mundū quandam noctē: quam prius putabat esse dieꝫ. Et pōt tunc dicere. Nox. s. vite tēporalis ꝑcessit. Dies aūt appropinquauit. Patet thema: ex quo indicit̄ ꝙ finis mundi huius est ꝓpe. Et pōt hoc declarari figuralit̄ per decem plagas egypti: que fuerunt figura christianitatis: que omnia in figurā contingebant illis. Scripta aūt sunt ad correctionē nostram: in quos fines seculoꝝ deuenerunt. i. Cor.x. Unde versus.

Sanguis. rana. sciniphes. musce. hyems.
vlcera. grando.
Et bruc⁹. ꝛ tenebre. morti ꝓmogēita dādo.

Sic aues ꝛ pisces mortui: vt habet̄ Exo. vij. Dic historiaꝫ ꝛc̄. Prima plaga fuit sanguis. in quē oēs aque egypti verse fuerūt. Fuit figura prime plage cū persecutionis ecclesie: que fuit plaga martyrū: in qua aq̄ baptismi fuit ꝯuersa in sanguineꝫ. Un̄ cantat ecclesia. Traduntur gladijs more bidentium ꝛc̄. Itē Mat.x. Tradet enim frater fratrem in morte: ꝛ pater filium: ꝛ insurgēt filij in parētes ꝛ morte eos afficiēt. Et durauit vsqꝫ ad ducentos ānos: ꝛ vltra vsqꝫ ad tēpora Siluestri Pape ꝛ Cōstātini imperatoris ꝛc̄. De hac plaga xp̄s Io.16. Uenit hora vt omnis qui interficit vos: arbitretur obsequium se prestare deo. Scd'a plaga fuit ranaꝝ Exo.8. Rane loquaces. sunt heretici: qui intrabant domos particulares ꝛ vniuersales. s. ecclesias ad puertendū articulos fidei. Sicut fuerunt Arriani: Macedoniani: Nestoriani: ꝛ multi de qbus vide in decret. 24. q.3. Quidā. Hec plaga fuit prophetata a Petro apostolo dicente. Erunt magistri mendaces: qui introducent sectas perditionis. 2. Petri.2.

Tertia plaga fuit sciniphum de puluere exeuntiū ꝛ crudeliter mordentium Exo.8.

Ista plaga fuit figura persecutionis hominum carnaliū: ⁊ precipue principū ⁊ tyrānoꝝ: per cinipħes significatoꝝ: qui exeunt de terra: qꝛ carnales hoīes toti sunt de terra: nihil de spiritu habentes: nec spem habent celestium. Et istā plagam misit deus populo xp̄iano: qꝛ postq̄ fuerunt liberati a prima ⁊ scđa: dederunt se vitijs ⁊ carnalitatibus: bonos spūales ac sanctos viros ꝑsequentes: ⁊ hoc fuit tēpore Aug. de quo legit̄. Inter que mala fuerūt Augustino lachrime sue: panes die ac nocte. Ideo apostolus. Omnes qui pie viuere volūt in xp̄o persecutionem patiuntur. i. Thi. iij.

Quarta fuit plaga muscaꝝ grauissimaꝝ Exo. 8. Et hec fuit figura quarte plage ecclesie: que fuit occupatio tyrānoꝝ: qꝛ principes etiam christiani vel occupabant non sua: vel regna vel ciuitates quibus de iure preerant: tyrānice regebant. Et fuit completa prophetia Isa. i. Principes tui infideles socij furū. Omnes diligunt munera sequunt̄ retributiones: populo nō iudicāt causa vidue non ingreditur ad eos.

Quinta plaga fuit mors seu occisio oīum animaliū egypti. s. equoꝝ: muloꝝ: asinoꝝ: ouium: boum: vaccaꝝ ⁊c̄. Exo. 9. Animalia dn̄i ab anima: ⁊ significant ꝑsonas deuotas ⁊ sanctas que hodie defecerunt. Et sic fuit figura. 5. plage. s. bonoꝝ defectio: qꝛ ꝓpter malitiam hominū: boni sunt sublati de medio ⁊ mortui ⁊c̄. Dic de quolibet statu. de dn̄is: ꝓlatis. iudicibus: aduocatis: mercatorib⁹: artificibus: mulieribus: religiosis: clericis ⁊c̄. Uix reperiunt̄ pauci hodie bone ↄscientie. Et cōpleta est ꝓphia Michee 7. Ueh mihi qꝛ factus sum sicut qui colligit autūno racemos vindemie: non est botrus ad comedēdū. Perijt sanctus de terra: ⁊ rectus in hominibus nō est. Omnes in sanguine insidiantur: vir fratrem suum ad mortem venatur ⁊c̄.

Sexta plaga fuit vlceruꝫ turgentium. s. de glandulis: carbunculis: ⁊ nō frangebant̄ sꝫ dabant eis marinium dolorem ⁊c̄. Exo. 9. Ecce hic. 6. plaga. ecce. s. animosa diuisio. s. diuisio animaꝝ: qꝛ in corde sunt homines diuisi; sed in ore ostendunt pacem: ⁊ sunt tumidi: ⁊ inflati: ⁊ pleni odio ⁊ rancore. Et ideo oportet, ꝙ crepent aliquādo. Ista plaga durat adhuc in pluribus locis. De talibus dicit Dauid. Qui loquunt̄ paceꝫ cū ꝓximo suo: mala aūt in cordibus eoꝝ ⁊c̄. Nota exēplum de illo mercatore qui interrogauit me dicens. Pater ego iui ad quēdam ↄfessorem qui noluit me absoluere: eo ꝙ habeam odio quēdam meum inimicuꝫ: ⁊ dixit mihi: ꝙ teneor sibi parcere: quid dicitis vos? Parce tibimetipsi: qꝛ qui querit occidere inimicum: primo occidit animam suam gladio: quo vult occidere inimicum. Qui odit fratrē suum homicida est. s. sui ipsius. i. Pe. 3. Et sic intelligit̄ verbum xp̄i. Omnis qui accipit gladium. s. ↄtra inimicum: gladio peribit. s. codē Mat. 20. Iteꝫ Dauid. Gladius ipsorum intret in corda ipsorum: non dicit corpora ⁊c̄.

Septima plaga fuit grandinū ⁊c̄. Exo. 10. Hec plaga fuit etiam plaga ecclesie: que fuit mortalitatum ⁊ tēpestatum vastantiū sata ⁊ fructus: ⁊ a modico tēpore incepit: forte sunt pauciores centū quinquaginta annis. Et ratio huius plage ē blasphemia dei ⁊ sanctoꝝ: que a modico tēpore citra incepit crebrescere: qꝛ sicut ↄtra illos: qui impugnant turrim vel castrum vel aliqđ huiusmodi cum sagittis ⁊ bombardis: desursum mittuntur lapides defendendo se ⁊c̄. Sic ↄtra christianos qui impugnat deum blasphemiaꝝ sagittis: ⁊ bombardis periurioꝝ ⁊c̄. Mittit deus grandines grandinū ⁊ glandulaꝝ tempestates. Nota hic cōtra peccatū blasphemie. Ideo ipse deus dicit Deut. 32. Generatio ꝑuersa est ⁊ infideles filij: ipsi me ꝓuocauerūt in eo q nō erat deus: ⁊ irritauerūt in vanitatibus suis. s. blasphemijs. Et ego ꝓuocabo eos in eo q non est populus: ⁊ in gente stulta irritabo illos. Ecce guerre. Et sequit̄. Cōgregabo sup̱ eos mala: ⁊ sagittas meas cōplebo in eis: cōsument̄ fame: ⁊ deuorabunt eos aues morsu amarissimo.

Octaua plaga fuit locustaꝝ Exo. 10. Ecce h hypocritaꝝ multiplicatio. Hec plaga iaꝫ incepit in xp̄ianitate. Hypocrite ↄgrue significant̄ p̱ locustas: qꝛ locuste volātes ostēdunt se aues esse cū non sint aues: imo statim descēdunt ad terrā. Sic hypocrite per exteriora opa ⁊ v̱ba ostēdunt se esse ꝑsonas deuotas ⁊ ↄtēplatiuas: cū nō sint: sed

Patet ergo quomodo in hoc mortis iudi/
cio fit processus ordiarius. Ergo vt supra
dictum est memor esto iudicij sui. i. mortui.
Sic enim erit r tuuz. Mihi heri r tibi ho
die. Eccli. 38.

Circa fm rc̄. s. de quibus ratio redditur
Et fit discussio siue inquisitio in illo iudi/
cio vt nos auisemus nos ipsos: sicut r q ha
bet reddere rationem regi sub pena capi/
tis auisat se rc̄. Nota ergo q̄ in isto iudi/
cio debemus. primo reddere rationem de
omnibus cogitationibus: iō caueas quas
cogitationes habes. Secūdo de omnibus
desiderijs. Tertio de omnibus verbis etiā
ociosis. Mat. 12. Dico vobis q̄ de omni
verbo ocioso quod locuti fuerint homi/
nes reddent rationem de eo in die iudicij.
Item de quolibet aspectu: r de omnibus
actibus omnium sensuum corporis: r non
solum de malis: sed etiam de bonis operi/
bus. Et hoc probat Eccl's. 12. Cuncta que
fiunt adducet deus in iudicium pro omni
errato siue bonum siue malum sit. Nota si
ue bonum. Ratio est: quia solum deus nō
vult a nobis q̄ bona faciamus: sed eti/
am q̄ faciamus bona bene. Potest enim
bonum fieri male r bene. Et malum male
r bene fieri potest. Pone exemplum de om
nibus rc̄. Bonū quidem male: puta quan
do fit aliquid de genere bonorum: tn̄ cum
malo fine: puta elemosynam ad finem va/
negloriæ: vel luxurie rc̄. Sic si facis filium
religiosum ad finem vt fiat abbas: vel fa/
cis filium tuum clericum vt fiat abbas: vel
facis filium tuum clericum: vt fiat episco/
pus. Sic si iudex dans iustam sententiam:
ex liuore vindicte: vel rancore vel odio rc̄.
Tunc facit bonum male. Bonum autem
fit bene: quando fit aliquid de genere bo
norum cum bona intentione: r cum bono
modo: quia fit quādo oportet: r vbi opor/
tet: r quomodo oportet: quia opus ad hoc
vt sit virtuosum requirit tria. s. modum:
speciem: r ordinem. Species denotat sub/
stantiam operis: ordo denotat intentionē
agentis. Modus vero denotat congruita/
tem actionis. Malum vero male fit: quan
do actus fm genus suum est malus: r fit
cum mala intentione: r malo modo: pu/
ta homicidium: vel fornicationem: r hu/
ius: que ita sunt secundum se mala.

Malum autem bene fit quando aliqs pu
nitur a iudice exigente iustitia ⁊ seruato or
dine iudiciario ⁊ ceteris que sunt necessa-
ria. Vult ergo a nobis ꝙ faciamus bonū:
vnde auctoritas. Qđ iustū est exequaris.
Deut.16. Et ideo etiā bona in iudicium de
ducentur. nam ingret deus ab aīa. Videa
mus ista bona opera cū qua intentione fe
cisti: ⁊ quō. Et ideo si aliqua bōa fecisti cū
mala intentione dānaberis. Item hoc est
ver̄ đ psonis puatis. Sed psone publice si
cut sunt dñi ⁊ prelati hñt reddere rōnem
durissimam etiam de subditis. Ideo dicit
apostolus. Obedite ppositis vestris ⁊ sub-
iacete eis: ipsi enim puigilant quasi rōnez
de aiab⁹ vestris redituri Hebr. vltimo. Et
si quidem bene reddiderint ꝙ fuerunt solli
citi de subditis: duplici honore digni erūt:
aliogn grauissime punient̄. Iuxta illud iu-
dicium durissimum fiet his qui psunt. Exi-
guo enim conceditur mīsericordia: potentes
aūt potenter tormenta patientur. Sap.6.
Fili si aliqua bona fecisti cū mala intentio
ne dānaberis. ps. Cum accepero tps ego
iustitias iudicabo. Nota accepero tempus
s. vite: qr tempus vite nobis deus accōmo-
dat vt bene illud expendamus: qđ si male
dimidiat illud tempus: sicut facit cōmoda-
tor vel locator: si comodatarius vel condu
ctor re cōmodata vel conducta malo vtat̄
vt dicit tex. in. l. edem. C. locati. Ibi tu male
in relocata versatus es. ps. Viri sanguinū
⁊ dolosi non dimidiabunt dies suos. No-
ta Iustitias iudicabo. i. bōa opera cōdem
nabo: iudicare hic: accipitur in malā ptem.
Sicut Io.5. Et procedent qui bona fecerūt
in resurrectionē vite: qui vero mala egerūt
in resurrectionē iudicij. i. dānationis. Pz
ergo ꝙ etiam de bonis operibus etiaz fiet
discussio in iudicio isto: ⁊ concordat aucto
ritas noui testamēti. 2. Cor.5. Omnes nos
manifestari oportet ante tribunal xpi: vt re
cipiat vnusqsq prout gessit: siue bonum si-
ue malum. Remediuz est ergo ꝙ reddatis
rōnes vestras magistris rōnabilib⁹. Deus
enim ordinauit magistros rōnales. s. cōfes-
sores quibus dedit potestatem audiēdi ra
tionem operum vestrorū ⁊ absoluēdi vos.
Mat.18. Quecūq ligaueris sup terrā erit
li. ⁊ i celis. Et quecūq sol. sup ter. er. solu. ⁊
in celis. Itez Io.20. Quor̄ remiseritis pec
cata remittent̄ eis: ⁊ quor̄ retinueritis re-
tenta erunt. Ante ꝙ deus fieret homo: non
ordinauerat istos magistros rōales: sed vo
lebat ipsemet audire rōnem: ⁊ ideo nō po
terat aliqs absolui nisi a deo imediate. Et
qa deus erat valde rigidus tunc. Unde
dicebatur deus vltionū dñs ⁊c. Ideo nul-
lus poterat sibi sufficientem rōnem redde-
re: ⁊ per conseqns nullus intrabat paradi
sum. ps. Quis est homo qui viuet ⁊ nō vi-
debit mortem ⁊c. Est etiam aliud remediū
s. ꝙ faciat vnusquisq sibi amicos de ma-
mona iniquitatis ⁊c. Luc.16. Postꝙ ve-
ro deus factus est homo dedit potestatem
istam hominibus. Sicut ergo ille qui red-
dit rationem magistris rationalibus est se
curus coram rege sic ⁊ hic. Unde quando
xps dicit i iudicio aīe. Redde rationē ⁊c.
Poterit tunc anima respondere. Domine
iaz reddidi magistro vestro rationali: ⁊ xps
remanet contentus ⁊ non damnat eum.
¶ Circa tertium ꝙ est sententialis diffini-
tio. Nota ꝙ postꝙ iaz xps audiuit testimo
nia testium: ⁊ discussio siue inquisitio predi
cta diligenter est facta: tunc profert senten-
tiaz fm merita anime. Nam si fuit bone vi
te ⁊ fecit penitentiam condignam de pec-
catis cōmissis. Tunc leta fronte dicet xps
homini. Euge serue bone ⁊ fidelis quia in
pauca fuisti fidelis supra multa te consti-
tuaz: intra in gaudiū domini tui. Mat.25.
Nota in pauca. s. in penitentia: que est mo
dicum quid respectu glorie vite eterne.
Ro.18. Non sunt condigne passiones hu-
ius tēporis ad futuram gloriam que reue-
labitur in nobis. Si autem fuit male vite
tunc xps voluet se ad patriarchas ⁊ dicet
eis. Vos patriarche vultis hunc in socie-
tate vestra? Respondēt. Nō domine. Nos
enim fuimus misericordes ⁊ iste crudelis
sicut diues epulo. Et postea dicet prophe-
tis. Et vos prophete vultis istuz. Domine
non: nos fuimus deuoti ⁊ iste indeuo-
tus ⁊c. Et vos apostoli. Absit dñe. Nos
fuimus charitatiui ⁊ iste sine charitate:
vsurarius. fur. vel pirata: vel latro ⁊c. Nec
voluit tenere consilium nostrum faciendo
sibi amicos de mammona iniqtatis vt re
cipiant euz in eterna tabernacula. Luc.16.

Et vos martyres: Nō domine: q: nos fui/mus patientes: ⁊ iste impatiens ⁊ vindica/tiuus. Et vos ꝯfessores: Nō dn̄e. nos feci/mus pniam: ⁊ iste fuit impenitens. Et vos virgines: Nō domine. Iste fuit luxuriosus corruptus. Tūc dicet christus demonibus. Seruū inutilem eicite in tenebras exterio/res: ibi erit fletus ⁊ stridor dentium Mat. 20. Remedium ergo est vt homo euadat istam sententiam dānationis in iudicio mor/tis: ꝙ hō vacet in operibꝫ misericordie. ps. Iocundus homo qui miseret̄ ⁊ cōmodat: disponet sermones suos in iudicio: quia in eternū nō cōmouebitur. Nota in iudicio. s. particulari mortis ⁊ etiā vniuersali Mat. 25. exēplum. Dedistis mihi manducare ⁊c. Et hoc ē qđ dixit xp̄s ꝙ debemus facere nobis amicos de mamona iniquitatis ⁊c Luc. 16. Patet ergo sententialis diffinitio. Videāus mō executionē. Circa quartū ergo. s. modū quo fit ista executio late snie. ponit xp̄s Luc. 16. vbi dicit. Factū est aūt vt moreret̄ mendicus ⁊ portaret̄ ab ange/lis in sinū Abrae. Mortuus ē aūt diues ⁊ sepultus ē in inferno. Ubi primo ponit exe/cutionē sententie late pro iusto. Secundo pro damnato. Naȝ si snia fert̄ pro iusto ꝯ demones accusantes: tunc angeli accipiūt animam cum magna reuerentia ⁊ portant in paradisum cū magnis laudibus ⁊ can/tibus. Nota exēplū Greg. in. 4. dialogoꝝ. c. 15. De anima Seruuli paralytici: in cuius transitu audite sunt laudes angeloꝝ in ce/lo ⁊c. Dic exēplum. Et interduꝫ ipse auctor vite Iesus xp̄s dignat̄ venire ad ꝯfortan/dum animam. Sicut pꝫ de Tarsilla: que vt refert idem Grego. in. 4. dialogoꝝ amita beati Grego. c. 17. cum venisset ad mortē Iesum venientem videns cum magna ani/maduersione cepit clamare dicēs circūstā/tibus. Recedite: recedite. Iesus venit. Cūqꝫ in eū intenderet quem videbat: sancta illa anima est e corpore egressa: tantaqꝫ subito fragrantia miri odoris aspersa est: vt ipsa quoqꝫ suauitas cunctis ostenderet illic au/ctorē suauitatis venisse. Hec Greg. Cōmu/niter tn̄ angeli ducunt animā ad gloriam. Unde Exo. 23. Ecce ego mittam angelum meū qui precedat te: ⁊ custodiat in via ⁊ introducat ad locum quem paraui.

¶ Secūdo christus ponit practicā sm̄ quam fit executio sententie circa practicam ꝯdēna/torie. dum dicit. Mortuus est aūt diues: ⁊ sepultus est in inferno. Nota Sepultus ē: quantū ad animā: q: corpus nō fuit sepul/tum in inferno. Anima ergo sepelit̄ in infer/no: iuxta modū sm̄ quem corpus honora/biliter sepelit̄ in hoc mundo. In cuius cor/poris sepultura tres principales cerimo/nie fiunt.

¶ Prima ꝙ aliquis amicus vel sentisser vadit ad ecclesiam vt sepultura aperiatur: ⁊ sacerdotes ꝑparentur: ⁊ fit cōmotio a cle/ricis ⁊c. Idem fit de sepultura anime: qñ aliquis malus diues vel peccator est ad mortem: diabolus qui eum tentauit cogno/scens naturaliter horam mortis: subito va/dit ad principem inferni. s. luciferuꝫ d. Do/mine: talis diues: vel religiosus: vel clericus tenuit malam vitam: ⁊ modo est in articu/lo mortis. Ideo necessitate ⁊c. Et sic fit ma/gna cōmotio: ⁊ quilibet illoꝝ vellet venire. Auctoritas. Infernus subtus ꝯturbatus ē in occursum aduentus tui: suscitabit tibi gi/gantes. i. demones Isa. 14.

¶ Secunda cerimonia que seruat̄ in sepul/tura corporis ē: q: sacerdotes ⁊ clerici can/tando Requiem eternā ⁊c. Suscipiat te xp̄s qui vocauit te ⁊c. portant secum cor/pus precedente signo crucis: ⁊ parentes ⁊ amici cum fletibus sequunt̄. Ita fit de ani/ma damnata: que portatur a demonibus sed vociferando ꝯfusibiliter: ac si esset grex porcoꝝ precedente signo luciferi. i. circulo. ps. xi. In circuitu impij ambulant. Ideo dicit scriptura. Uir qui errauerit a via do/ctrine. i. a penitētia: in cetu gigantium com/morabit̄ Prouer. 21. Et nota ꝙ demones sunt in hoc ministri dei. Sicͭ ⁊ iudices sunt ministri dei in eo ꝙ faciunt mori malefa/ctores. Iuxta illud Minister enim dei est vindex in iram ei qui male agit Ro. 13. Uñ Hierony. et habet̄ in decret. 23. q. 5. Non solum homines ministri sunt: ⁊ vltores ire dei his qui malum operant̄: sed ꝯtrarie for/titudines: que appellant̄ furor ⁊ ira dei. Glo. ꝯtrarie fortitudines. i. demones ⁊c. Nota exēplum de demone exterminatore egypti: iuxta illud ps. Misit in eos iram indignationis sue: indignationem ⁊ iram ⁊

tribulationem:immissiones per angelos ma-
los.ps.77.
¶ Tertia cerimonia est:q2 ꝺm suum sta-
tum ꝛ ꝯditionez daꝛ sibi sepultura in eccle
sia iuxta cornu altaris: vel in choro vel in
capella vel alibi. Jta fit de anima in infer
no. Jam sunt ibi sepulchra pro supbis non
plena terra sed igne inextinguibili. Unde
aīa ꝰsupbi colligeꝛ sicut fascis ꝛ mitteꝛ in
sepulturam superboꝝ:auari in sepulturam
auaroꝝ:luxuriosi luxuriosoꝝ. Et sic ꝺ alijs.
Jsa.24. Cōgregabunꝛ cōgregatione vni-
us fascis in lacū ꝛ claudenꝛ in carcere ꝛc̄.
Jtem Mat.13. Colligite primū zizania ꝛ al
ligate ea in fasciculos ad cōburendū. De
quibus Dauid Sepulchra eoꝝ:domus illo
rū in eternū. ps.48. Sepulchra coꝝ.s.dā-
natoꝝ:ꝛ de nullo alio sepulchro pōt intel-
ligi:q2 alia sepulchra nō sunt eterna:sed se
pulcha inferni:sic. Jdeo amore dei cauea-
tis ne eligatis sepulturam in vestro testa-
mēto.i.in vestra vita Qū enim aliqs eligit
malā vitam eligit sepulturam ibi:ꝛ firmaꝛ
morte. Ergo diligenter attendatis vt sitis
ꝑparati ad istum tertiū aduentū. Si enim
paterfamilias sciret qua hora fur veniret:
vigilaret vtiqꝫ ꝛ nō sineret ꝑfodi domum
suā. Et vos estote parati:q2 qua hora non
putatis filius hominis veniet. Luc.12. Et
loquiꝛ ad litterā de hoc aduentu xp̄i ad
mortē. Et ꝯcordat inuitatoriū huius Do
minice dicens. Surgite vigilemus : venite
adoremus:q2 nescitis horā qn̄ dn̄s veniet.
De.4°.aduentu dn̄i ad iudiciū vniuer
sale. Uide dn̄ica prima aduentus. Sermo
ne qui incipit Benedictus qui venit in no
mine dn̄i:ꝛ dn̄ica.2.aduētus. Sermone q
incipit Erunt signa in sole:luna:ꝛ stellis ꝛc̄.
Deo gratias amen.

¶ Dn̄ica.4.aduentus sermo de homine
vꝫ quid sit homo. Sermo.8.



Tu quis es.
Jo.i. Sermo erit de homi
ne ad inuestigandū quid
sit homo. Quia multi igno
rant se. Unde versus.

Forma fauor ppl'i feruor iuuenilis opesqꝫ.
Subripuere tibi noscere quid sit homo.
Nam si oīa alia cognosceremus ꝛ hoc solū
ignoraremus:paruum sciremus:ꝛ nihil esset
vtile. Et oīa peccata ex huius ignorantie
fonte procedūt. Et nota ꝙ interrogaꝛ ho-
mo in verbis ꝑpositis:de substātia: q2 re-
latiuū qui:est relatiuū substātie. Nō autē
de qualitate:tu qualis es:vel de quātitate
tu quantus es. Un̄ ꝛ papa ꝛ iperator de-
berent r̄ndere: homo sum. Saluteꝛ prius
virgo Maria. Pro introductione materie
predicande.quero quid est hō:eo ꝙ ad
questionē in themate ꝑpositam qlibet ve
strum r̄nderet:sum homo. Jdeo sciendum
nobis est:qd est hō. Circa quā questionē in
uenio duas diffinitiones. Prima ē phy si-
ca sed defectuosa. Scd̄a ē theologica ꝛ p-
fecta. Prima ergo diffinitio homis scd̄m
ph̄m est ista. Hō ē animal rationale mor
tale. Hec siqdem diffinitio habet tres de
fectꝰ. ¶ Prio q2 deficit sibi vniuersalitas:
q2 diffinitiuo dꝫ cōpetere oībus suis su p-
positis:sed hec diffinitiuo nō competit xp̄o
nec virgini Marie:nec beato Johāni euā
geliste:qui ꝺm opinionē aliquoꝝ magnoꝝ
doctoꝝ est in paradiso in aīa ꝛ corpore.
Jsti eniꝫ lꝫ sint hoīes tn̄ nō sunt mortales:
nec etiā cōpetit oībus hominibus: ꝛ ma-
xime beatis post corpoꝝ resurrectionem.
Defectus aūt iste processit ex ignorantia
phoꝝ:qui non crediderunt hoīem totum
aliqn̄ posse esse imortalem:q2 nō viderunt
hoīem:nisi ꝺm huius mortalitatis statum.
Sicut dicit Anselmus ꝛ tāgit Tho. in.4.
sen.di.44.q.2.ar.i.ad primum. Ubi etiā
subdit dicens. Uel dic ꝙ ꝺm ph̄m.8.me-
tha. q2 differentie essentiales sunt nobis
incognite:vtimur qn̄qꝫ differētijs acciden-
talibus ad significandū differētias essen-
tiales:que sunt accidentaliū cause. Unde
mortale nō ponitur in diffinitione homis:
quasi ipsa mortalitas ad essentiam homis
ꝑtineat:sed q2 illud qꝺ nunc cā passibilita
tis ꝛ mortalitatis ꝺm ꝑsentem statum.s.cō
positio ex ꝯtrarijs est de essentia hominis.
Sed tunc non erit causa eius ꝑpter victo
riam anime super corpus. Tho.
¶ Scd̄s defectus est q2 ista diffinitio nul-
lam facit mētionem:nisi de causa materia-

ll ꝛ formali: ſ; de cauſa effectiua ipſius ho
minis que ē deus: nihil dicit. Quia phi nō
intellexerūt creationē: imo dixerunt. ꝙ ex ni
hilo: nihil fit ꝛc. Qꝛ is aūt perfecta diffini/
tio dꝫ cōprehendere oēs cauſas rei diffini/
te: qꝛ perfecta ratio vniuſcuiuſqꝫ rei colligi
tur ex oibus cauſis eius.

¶ Tertius defectus: qꝛ nō facit mentionē
de cauſa finali ipſius hois. ſ. de beatitudi/
ne. Nec mirū: qꝛ cognitio phoꝝ nō tantuꝫ
aſcēdit. Licet. n. coꝝ cognitio aſcēderet vſqꝫ
ad ſeptimū celum vel nonū quod vocaue/
runt primū mobile: tñ ad celum qḋ eſt bea
titudinis. ſ. empyreū nō peruenit. Et ſic nō
cognouerunt beatitudinē hois quo ad lo/
cum. Sꝫ nec etiam quo ad ſeipſam cogno/
uerunt: nec etiā quo ad gloriam corporis:
vt dictū eſt ſupra in primo defectu diffini/
tionis: qꝛ beatitudo hois pfecta cōſiſtit in
diuine eſſentie viſione: que ſicut p ppria na
turalia acqri nō poteſt. ita nec p ppriuꝫ in
tellectū pōt itelligi: vt notat Tho. i. 2. q. 62.
ar. i. 2. q. 5. ar. i. Vñ cognouerunt phi beati
tudinē hois generalē homini: que ꝯſiſtit in
operari ſm perfectam virtutē: que tñ beati
tudo imꝑfecta eſt. Vide Tho. i. 2. q. 3. ar. 6.
2. q. 4. ar. 5. Sed ad pfectam beatitudineꝫ
nō ptingit oculus phi. i. Cor. 2. Oculus nō
vidit nec auris audiuit ꝛ in cor hominis
nō aſcendit: que ꝑparauit deus his qui di
ligunt illum. Nobis autem reuelauit deus
per ſpiritum ſuum. Hec ille.

¶ Eſt ergo alia diffinicio theologi pfectior
de hoie dicens. Qḋ homo eſt creatura ra
tionalis: ad beatitudinē ordinata. In qua
diffinitione exprimiꝛ quelibet cā hominis.
In eo enim qḋ dicit rationalis oñdiꝛ cau/
ſa formalis. Differētia enim vltima ꝯſtitu/
tiua hꝫ ſe ad genus ꝛ differentias ꝑceden
tes. Sicut forma ad materā. Per hanc er
go cauſam formaleꝫ hō differt a brutis ꝛ
ab angelis: qꝛ angelus nō eſt rationalis: ſꝫ
intellectualis. Nam rōnalis dr homo: qꝛ p
diſcurſum accipit cognitionē de rebus. ſ. p
nota ad ignota. ſ. rōnando: ſillogizando: di
ſputando: ꝛ per effectus cognoſcimus cau
ſas: ꝛ ecōuerſo. Angelus vero ſine diſcurſu
ſimul intelligit effectū ꝛ cauſam. fineꝫ ꝛ pn
cipium. cōcluſionem ꝛ ꝑmiſſas. Vñ ex hoc
pꝫ ꝙ defecit Porphirius: qñ dixit: ꝙ nos ꝛ
dij ſumus rationales: ſed mortale additū
ſeparat nos ab illis. Hoc idē qḋ Porphi/
rius videꝛ ſenſiſſe Greg. in home. epiph̄a.
Ubi vocat angelum rationale animal. Sꝫ
dic. Qḋ ideo dicitur animal: nō ꝙ ſit cor
pus ex anima ꝛ corpore: ſed ex eo ꝙ habet
virtutem cognoſcendi ſenſibilia: nō tamen
per modum ſenſibilem ſed intellectualem.
ſm Tho. in. 2°. ſen. di. 8. arti. i.

¶ Cauſa vero materialis tangitur cum di
ciꝛ Homo: ꝛ de terra formatus eſt Geñ. 2.
Formauit igiꝛ deus hoiem de limo terre.

¶ Cauſa vero finalis tangitur cum diciꝛ
Ad beatitudineꝫ ordinata. Nō autem ad
diuitias: nō ad aliud terrenū. Ro. 6. Nūc
vero liberati a peccato ſerui aut facti deo:
habetis fructum veſtrum in ſanctificatiōe:
finem vero vitam eternam. Hebr. i3. Non
habemus hic ciuitatem manentē: ſed futu
raꝫ inquirimus. Patet ergo vna diffinitio
hois de qua huc vſqꝫ ſpeculatiue locuti ſu
mus. ſ. de hoie quantū ad ſubſtantiā: nūc
vero loquamur de diffinitione hois mora/
liter. ſ. quantū ad qualitatē. Et queramus
moraliter: quid eſt hō? Ad hanc qōnē. Si
tu interroges me. Quid ē hō: vl' tu qs es?
Rñ°. quadrupliciter ſm quadruplicē cau/
ſam in diffinitione poſitam.

Primo ſm cauſam efficientē: hō eſt aial:
ꝛ ppter hoc dꝫ ſe prudenter humiliare.
Scḋo ſm cauſaꝫ formalē: hō eſt aial ꝯuer
tibile: ꝛ ppter hoc dꝫ deo firmiꝛ adherere.
Tertio ſm cauſam materialē: hō eſt aial
corruptibile: ꝛ ppꝛ hoc dꝫ dolēter plorare.
Quarto ſm cauſaꝫ finalem: hō eſt animal
btificabile: ꝛ ppter hoc dꝫ ardēter ſperare.

¶ Primo ergo ꝛc. Nam quia homo ē cre
atura: ideo eſt defectibilis ꝛ peccabilis.
Ro. 8. Vanitati enim creatura ſubiecta ē.
Pro huius ratione intelligenda: eſt notan
dum: ꝙ ipſi homini eſt quaſi naturale ꝙ
ſit animal peccabile: ꝛ defectibile. Ratio
eſt: quia naturaliter quelibet res redit ad
ſuū principium materiale ꝛc. Vide ſupra
dñica. ij. aduentus ſermone qui incipit Sci
tote qm̄ ppe eſt regnuꝫ dei. parte. i. Ex hac
ergo ratione ſequiꝛ ꝙ nō ſolum hō ē pecca
bilis creatus a deo: ſꝫ ēt angelus. De quo
vide in ſermonibus ḋ pctis in genere ar.
.i. ſmone. ij. in introitu. Ex hoc ergo dꝫ ſe

humiliare. Sicut enim se debet humiliare seruus: qꝛ ē obnoxius seruituti: que est vilissima res. sic pauper ꝓpter paupertatem. Unde magna abusio putaꝛ in paupere superbia. Uñ Eccli. 25. Tres species odiuit anima mea ⁊ aggrauoꝛ valde anime illoꝝ. Pauperem superbū: ⁊ diuitem mendacē: ⁊ senem fatuum: ⁊ insensatum. Sic ⁊ vilitas ꝯditionis est causa homini se humiliandi. Quāto magis ergo potētia ⁊ inclinatio ad peccandū debet hominem humiliare: cum nihil sit in reꝝ natura vilius peccatoꝛ. Rō est: qꝛ nihil magis distat a deo ꝙ peccatū. Declara hāc rationē ⁊c̄. Ex quo sequiꝛ ꝙ nihil sit in reꝝ natura vilius peccatore: q seruus ē peccati. Jo. 8. Qui facit peccatū seruus est peccati. Et in. l. fi. C. de sen. passis. Libidinū oiumqꝫ vitioꝝ seruo. Ubi etiam Glo. hoc notat. Si ergo seruus alicuius hominis dꝫ se humiliare: qꝛ ē subiectus iugo seruitutis. que ē vilissima conditio: quanto magis dꝫ humiliari ſuus peccati actu vel potentia? Sic ⁊ ratione paupertatis dꝫ se peccatoꝛ humiliare. Nihil enī pauperius peccatore. Nota hic ꝯtra superbos: qui nō ꝯsiderant se nec cognoscunt vilitatem humane ꝯditionis. Jer. ij. Quā uilis facta es nimis: iterans vias tuas. Et hoc etiam pꝫ ex loco: qui dꝫ ꝓportionari locato. Vilioꝛ aūt locus qui sit in vniuerso est infernus: ⁊ ratione situs: ⁊ rōne fetoꝛis ⁊c̄. In quo peccatoꝛ dignus est poni ⁊c̄. Uide in ſmonibus de peccatis in genere ar. i. ſmone. i. pte. 4. Cōtra aūt illos qui supbiunt diciꝛ Apoc. 3. Dicis ꝙ diues sum ⁊ locupletatus ⁊ nullius egeo: ⁊ nescis qꝛ tu miser es ⁊ miserabilis ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nudus.

¶ Sc̄do est animal ꝯuertibile: ⁊ hoc ex ꝯsideratione cause formalis: que ē anima rōnalis. Cum enim hō sit animal siue creatura rationalis: consequenter per discursum intelligit: vt s̄. dictū est. Et ideo nō instanti intelligit: sed ratiocinando. Ratio aūt pōt adherere vero ⁊ falso. Uñ ⁊ ante electionē ⁊ post: potest ratio mutari de vero ad falsum: ⁊ ecōuerso. Cum ergo actus volūtatis sequaꝛ actum intellectus. ideo sicut ratio ⁊ intellectus hominis nō adheret vero ⁊ falso immobiliter sed mobiliter. ideo potest cōuerti de vno ad alterū. Et hoc verum est. donec homo viuit in corpore: sed post mortē ita adheret bono vel malo: ꝙ inconuertibilis est. Sicut ⁊ angelus post casum: qꝛ vt dicit Damasc. hoc est hominibꝰ mors: quod in angelis casus. De hoc vide Tho. par. i. q. 64. ar. ij. Uñ Grego. 25. di. c. Qualis hinc quisqꝫ egrediꝛ: talis i iudicio ꝑsentatur. Item Eccles. xi. Si ceciderit lignū ad austrū vel ad aqlonē: in quocūqꝫ loco ceciderit ibi erit. Si aūt queris quare homo est ꝯuertibilis dum viuit: nō autem post mortem? Uide qḋ scripsi in de peccatis in genere ar. 3. ſmone. 9. vbi agiꝛ de eternitate pene infernalis: parte. 2. Et ꝓpt̄ hoc dꝫ homo deo firmiter adherere: ipsum ardēter amando. Et hoc tñ ꝓpter beneficiū qḋ recepit a deo: qui fecit eum creaturam. nō qdem habentē solum esse: nec solū esse ⁊ viuere: nec esse viuere ⁊ sentire: sed etiam intelligere in quo cōicat cū angelis: tū etiā vt diligendo deū ꝯsequaꝛ homo quandā imobilitatem sicut ipse deus imobilis est: ⁊ amoꝛ est virtus vnitiua ⁊ conformatiua amantis ad amatū. Sic ergo q diligit mūdum est in continuo motu: sicut ⁊ mundus semꝑ moueꝛ. Greg. Qui labenti inniꝛ: necesse est vt cū labente labaꝛ. Unde versus. Omnia ꝑtereunt: preter amare deum.

¶ Tertio homo est animal coꝛruptibile ⁊ mortale ex ꝯsideratione cause materialis: qꝛ de humo factus est: vt dictū est supra. Nō tñ intelligas ꝙ solū de terra sit factus homo: sed de quattuoꝛ elementis. Scriptura aūt loquens de materia coꝛpoꝛis humani: nō facit mentionem nisi de terra ⁊ aqua dum dicit. Formauit igiꝛ deus hominē de limo terre. In limo aūt est terra ⁊ aqua: cōglutinans partes terre. Non aūt facit scriptura mētionem de aere ⁊ igne. Et huius ratio est: quia lꝫ sit homo cōpositus ex q̄ttuor elementis: tñ ideo de aere ⁊ igne mentionem nō facit: quia minus abundant in quantitate in corpore hominis ꝙ terra ⁊ aqua. Et etiā quia in tota rerū perductione: de igne ⁊ aere que sensu nō percipiunꝛ a rudibus mentionem nō facit scriptura: que rudi populo loquebaꝛ. ſm Tho. pte. i. q. 100. ar. i. ad quantum.

¶ Si aūt queris: quare aer ⁊ ignis minus abundant in corpore humano ꝙ terra ⁊

aqua? Ratio est: quia ignis ⁊ aer sunt maioris virtutis in agendo. Unde si etiaz ſm quantitatem in corpore humano abundarent. oio ad se traherent alia: ⁊ non posset fieri equalitas cõmixtionis que est necessaria in compositione hois. Hec notat Tho. vbi supra in responsi. ad .3. ar., Et ex hoc patet ratio: quare homo est corruptibilis: qa est compositus ex materia quattuor elementorum que cum sit affecta qualitatib⁹ contrariis. s. siccitate ⁊ humiditate: frigiditate ⁊ caliditate ad modum quattuor inimicorum semp sunt in continua pugna: ex quoꝝ discordia soluitur corporis armonia. Secus autẽ est de corporibus celestibus: quoꝝ materia non est de quattuor elementis: nec est illa materia in potentia ad aliã formaz ⁊c. Et ex hac rõne debet homo dolenter plorare. cogitando ꝙ debet corrũpi ⁊ mori: in cuius mortis die valde angustiabit. Et hoc est valde vtile hoi. Unñ Eccl'i. 7. In oibus operibus tuis. memorare nouissima tua: ⁊ in eternũ non peccabis. Nota Nouissima: duodecim nouissima cõcurrunt in die mortis. sex. s. corporis ⁊ sex anime: que sunt diligenter memoranda.

¶ Primo ergo cogita: ꝙ tunc perdes vitam corporalem quã sup oia diligis ⁊ quã nunq̃ recuperare poteris pro toto mũdo. ps. Spũs vadens ⁊ non rediens. Itez alibi. Qm̃ spũs pertransibit in illo ⁊ nõ subsistet: ⁊ non cognoscet amplius locum suum. Ideo despice vitam istam: nec tantum eaz diligas sed plange.

¶ Secũdo ꝙ nudus sepelieris: nec vestiẽt te de auro: nec de serico: nec cũ iocalib⁹ ⁊c. Sed vnũ triste linteamen vel saccum tecũ portabis. Consanguinei vero interim ꝙ hõ moritur pquirunt pecuniam ⁊ iocalia ⁊c. Uide in sermonibus quadragesimalibus de penitentia. Ideo despiciantur diuitie p quibus tm̃ laboras: qa tũc deserent te. ps. Dormierunt somnũ suũ: ⁊ nihil inuenerunt viri diuitiarũ in manib⁹ suis. Igit̃ plora.

¶ Tertio ꝙ oẽs amici te deserũt: solũ associabunt te vsq̃ ad foueã. Ad hoc facit exẽplum. qđ legitur de tribus amicis in hystoria Barlaam ⁊c. Ideo non facias incõuenientiam aliquaz ꝓpter amicos ꝯtrã deũ: qa deus nunq̃ derelinquet te ⁊c.

¶ Quarto quomõ ponit̃ corp⁹ in fouea ⁊ q̃ño ca. catur. Ideo non supbias q̃ñtũcũq; sis potens ⁊ gloriosus ⁊c. Eccl'i. x. Quid superbis terra ⁊ cinis? Nota practice. Si qs aperiret sepulturam Pape alicuius mortui: vel alicuius regis. ⁊ colligeret puluerem totius corporis sui in planta manus posset dicere aliis. Ecce pp. ⁊c. Ecce rex ⁊c. Et iõ non cures de officiis ⁊ dignitatibus.

¶ Quinto quomodo corpus in fouea corrodit̃ a vermibus ⁊ serpentibus. Eccl'i. x. Cum moriet̃ homo hereditabit serpẽtes ⁊ bestias ⁊ vermes ⁊c. Nota practice. quando homo facit testm̃ relinquit heredem filium qui est his bonoꝝ: sed corporis sunt heredes vermes: aie vero diabolus: si ẽ malus homo: vel deus si est bonus. Nota de illo mercatore: qui cum inuitaretur ab aliquibus facere testm̃ dum esset in extremis: dixit. Quid opz? Relinquo bona mea filio meo. ⁊ aiam diabolo ⁊c. Debebat addere vnum: ⁊ corpus vermibus. Et ideo si ista bñ cogitaueris: dices. O miser. Ego suz coquinarius vermiuz: quibus ita delicate eis paro ⁊c. Et sic fugies delicias corporis.

¶ Sexto cogita quãtus est dolor in separatione aie ⁊ corporis: qđ potes cognoscere ex dolore qui sentit̃ propter separationem vnius membri.

¶ Septimo cogita qñ tu morieris: quomodo multi demones erũt in camera tua ⁊c. ps. Inhabitabunt ⁊ abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.

¶ Octauo qño aia separat̃ a corpore statim ducitur ad iudicium coram xpo: q interrogabit te ⁊c. Nullus pro te respõdebit: nisi bona opera. Apoc. 14. Beati mortui q in do. mo. amo. iam di. spũs vt re. a la. su. Opa enim illo. se. illos.

¶ Nono cogita de sententia que dabitur irreuocabiliter: nec erit locus appellatõis. In hoc enim mũdo bene potest appellari a sententia dei: qr sunt due eius curie. s. iustitie ⁊ misericordie. Unde appellat̃ a sñia lata in curia iustitie ad curiã misericordie: que est maior. Sic fecit Dauid dicens. Miserere mei deus: ſm magnam misericordiã tuam. Sed post mortez nõ est nisi curia iustitie. ⁊ ideo non datur locus appellatiõis. Uide in feria in rogationibus sermone q

incipit oīs qui petit accipit ꝑte.6. O q̄tus timor erit: q̄a iudex ille non habꝫ supiorē.

¶ Decimo cogita si sniā dabitur contra te. qualiter fiet executio a demonibus ꝛ cum q̄to horrore ꝛ tremore. Isa.14. Infernus subtus conturbatus est in occursum aduē tus tui. suscitabit tibi gigātes. Uide supra sermone proximo parte vltima.

¶ Undecimo cogita ꝺ pena ꝛ horrore q̄n aīa erit in porta inferni ꝛ videbit illas penas horribiles ꝛ demones ꝛc̄.

¶ Duodecimo cogita eternitatē penaꝝ q̄a in inferno nulla est redēptio. Nota hic exē plū q̃ꝺ legitur in horologio sapie. de lamē tatione quā faciunt dānati ꝑpter penarū eternitatē ꝛ de monte illo magno ꝛc̄. Unde sapie.5. Dicunt damnati. Erauimus a via veritatis ꝛ iustitie lumen nō illuxit nobis. ꝛ sol intelligētie nō est ortus nobis ꝛc̄. Itē Treñ.5. In ꝑsona dānatoꝝ dicit Hieronẏ. Defecit gaudiū cordis nostri. versus est in luctum chorus noster. cecidit corona capitis nostri. ve nobis q̄r peccauimus ꝛc̄.

¶ Si ista cogitaretis sepius nō saperet vobis mūdus iste: sed ipm contēneretis. Hieronẏmus ad Paulinū. Facile cōtēnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum.

¶ Multi male istruunt filios dicendo. Uideas fili ne cogites de morte: quia sic nullum bonū faceres. Cuꝫ tñ dicat Hieronẏ: Platonis sniā est oēm philosophantium vitam meditationē esse mortis: de oībꝰ āt vos cogitatis ꝛ ꝓparatis ꝛ disponitis vos preter q̄ꝫ de morte. O cecitas magna cum mors sit certior omni re mundi. Nota exē plum de beato Arsenio qui semꝑ flebat.

¶ Quarto hō est aīal beatificabile: ex cō sideratione cāe finalis ad quā creatus est s. q̄a ad finē beatitudinis adipiscende. Uide de hoc in sermonibus de pctis in genere arti.2. ſmone.4. ꝑte.2. Consistit aūt beatitudo hoīs in tribus dotibus aīe principaliter. Prima est clara visio: que respōdet fidei. Scḋa est pacifica tentio: que rñdet spei. Tertia est ꝑfecta fruitio: que respondet charitati. Et hoc vide in sermonibus ꝺ articulis fidei sermone.14. Ubi agitur de glīa aīe. Propter hoc ergo debet hō firmiter sperare se ꝯsequuturū illam glīam ꝛ sic viuere hic: vt ad finem illum ꝑueniat: quia alias non esset spes sed ꝑ̄sumptio. Ergo sobrie ꝛ iuste ꝛ pie viuamus in hoc seculo expectantes beatā spem ꝛ aduentū glīe magni dei ꝛ saluatoris nostri Iesu xp̄i. Deo gratias amen.

¶ Dñica.4. sermo de medio quattuor virtutum. Sermo.9.



Medius vestrum stetit quē vos nescitis Io.1. Thema dat mihi motiuum predicādi de quadam materia vtili ꝛ necessaria ad gubernationē vite. s. de quattuor virtutibus moralibus ad ꝑueniendū ad glīam ꝛc̄. Salutetur ꝟgo maria ꝛc̄. Intellectus litteralis. Uerbi huius ſm ꝙ dicit. Io. baptista Iudeis: est ꝙ xp̄s medius eoꝝ fuerat ꝛc̄. Uñ anteq̄ꝫ xp̄s p̄dicaret publice ꝛ faceret miracula: fuit quasi.30. ānorū: ꝛ lꝫ scirent ipm sanctū hoīem: nō tñ mūdi redēptorem: ꝑpter q̃ꝺ Io. baptista dixit Iudeis. Medius vr̄m stetit. s. xp̄s quē vos nescitis. Patet sensus litteralis thematis. Sed iuxta intellectū allegoricum quē volo ꝑtractare ꝑ declaratiōe thematis. Sciē dum ꝙ antiq ꝑhi morales: ꝑ̄sertim Aristoteles maior eoꝝ diffiniendo: q̄d est virtus: dicit: ꝙ virtus est hitus electiuus in medio consistens determinata rōne ꝑut sapiens ordinabit. 2. Ethi. Ubi sunt q̄ttuor clausule. Prima clausula dicit ꝙ virtus est habitus. s. mētis: sicut vestis dicit hitus corpis. Uñ sicut ꝑsona honesta induit. Prio camisiā. Scḋo farcetū. Tertio pelliceū. Quarto tunicā. Et quito mātellū. Sic aīa ꝑsone virtuose induit. Primo camisia castitatis q̄ tangit carnē sicut camisia. Istā camisiam portant Religiosi boni ꝛ clerici ꝛ laẏci casti. etiā viuentes in matrimonio si seruant sibi fidem: istā camisiam induūt. Farcetum est hūilitas sine qua castitas nō placet deo. Uñ si virgo Maria cum camisia castitatis non habuisset vestē hūilitatis nō placuisset deo. Uñ ipa dicit. Quia respexit hūilitatē ancille sue: nō dicit castitatē. Pelliceū desuꝑ est ꝟtus misericordie q̄ callefacit cor ꝑsone ad cōpatiēdū ꝑrio. Tunica est chari

tas dei ꝛ ꝓximi:q̃ oppit multitudinē pcõꝝ
i. Pet.4. Quia ꝑ charitatē remittūť pctã
Unde de Maria magdalena dī Luc.7.
Dimissa sunt ei peccata multa: qm̃ dilexit
multū. Ista est vestis nuptialis sine qua ne
mo est dignus intrare nuptijs vite eter/
ne ꝛc. Mat.22. Amice quō huc intrasti nō
hñs vestem nuptialē. Nota amice.i.ꝑ fidē
sine charitate. Mantellū sustinēs pluuias:
est patientia qua sustinet hō aduersitates.
Ecce quare phus diffiniens virtutē :quasi
pro genere dicit virtus est hītus. Ideo qñ
aia recedit a corpore i morte:nisi fuerit in/
duta virtutibus turpis est valde ꝛ abho/
minatur ab oibus sanctis ꝛ angelis : sicut
vos abhominaretis mulierem nudam ꝛc.
Ducendo ad infernū ꝛc. Ideo ex hac rō/
ne dicebat Io. Apoc.16. Beatus q vigilat
ꝛ custodit vestimenta sua ne nudus ambu
let ꝛ turpitudinē eius videat:ꝛ nō loqtur
de vestimentis corporis sed anime.

¶ Scda clausula est electiuus.i.volūtari⁹
qa voluntarie debet fieri opus virtuosum
ad hoc vt sit meritoriū ꝛ non ex necessita/
te vel coactione. Multi eniȝ abstinēt ex ne
cessitate:vt infirmi:non est meritoriū. Ideȝ
de asperitate lecti:si ex necessitate:vt capt⁹
ꝛ carceratus propter crimen q tenet cathe
nam in collo ꝛ dormit sup terrā:nō est me
ritoria ista pnia.licet ex patientia si eā ha
beat sic:sed q potest dormire in bono lecto
ꝛ dimittit est meritoriū:qa est electiuum.i.
voluntariū. Idem de latrone seu fure qui
scopatur per ciuitatem:qa nō est habitus
electiuus : sed virtuosum est ꝛ meritorium
quando homo cogitat. O miser ego suȝ la/
tro ꝛ fui:quia furatus sum honorem dei:
ideo vt latro volo disciplinari in remissio/
nem peccatoꝝ meorū ꝛ in memoriam paf/
sionis xpi. Ecce quare dicit electiu⁹. Ideo
Dauid qui faciebat pniam dicebat in ps.
72. Fui flagellatus tota die ꝛc. Dicit vo/
luntarie sacrificabo tibi:quasi dicat:nō coa
cte. Ideo Petrus. Nemo vestrū patiatur
quasi homicida:aut fur:aut maledic⁹: aut
alienorum appetitor. Si aūt vt Christia/
nus non erubescat ꝛc.i. Pet.4. Sicut con
tra. Nullū opus malum dicitur demerito/
rium:nisi a voluntate ꝛ electione procedat.
Unde Augu.primo lib. Retractationum ꝛ
habetur in decretis.15.q.i.c.i.in versi. Usqꝫ
adeo peccatum voluntarium malū est: vt
nullo mō sit peccatuȝ:nisi sit volūtariū ꝛc.

¶ Tertia clausula est in medio consistens:
Uirtuosum eniȝ opus semper est in medio
ꝛ non in extremis : minus enim ꝛ parum
sunt extrema:medium est virtuosum. Uer
bi gratia. Da exemplum:de Ieiunio. Item
de elemosyna ꝛ de alijs. Debet etiaȝ homo
concordare cum illis quibus cōuiuit:sicut
vxor cum viro ꝛ econtra. Idem de religio/
sis clericis ꝛc. Idem de seruis cum domi/
nis ꝛc. Unde Augu.in libro de doctrina
christiana:ꝛ hētur i. Decretis.4i.di. Quis/
quis rebus pretereuntibus restrictius vti/
tur:qꝫ se se habent mores eorum cum qui/
bus viuit aut itemperans:aut superstitio/
sus est:quisquis vero sic eis vtitur: vt me/
tas consuetudinis bonorū inter quos con
uersatur excedat:aut aliqd significat: aut
flagitiosus est. Glo.quia forte habet ven/
trem insaciabilem:vel quia causa infirmi/
tatis hoc facit. In omnibus eniȝ talib⁹ nō
vsus rerum:sed libido in culpa est. Nota
de beato Antonio in prima collatione ab/
batis Moysi : qui determinauit virtutem
discretionis esse principaliorem ceteris de
quo per beatum Tho.in.3.senten.distinct.
xxxiij.q.ij.ar.5.in tempore.2.c.i. de officio
custodis. Hic potes tāgere aliquid de vir/
ginitate:an sit virtus:ꝛ si sic consequens cō
sistit in medio. Medium ergo istud non cō
sistit in materia sed in proportione ad per/
sonaȝ.ꝛ ideo dicit philosophus in.2. Ethi.
ꝙ medium virtutis nō secundum quanti/
tatem:sed secundum rationem rectam de/
terminatur. Multis enim comedere vnum
panem est superfluum:ꝛ tamen alijs etiam
duos comedisse non est superfluum : ita ꝛ
de alijs ꝛc. Medium tenuere beati. Iuxta
glo.in.c. Querenti de officio del.

¶ Quarta clausula prout sapiens ordina
bit.seu determinabit. Si querat illud me/
dium in quo virtus consistit a quo termi/
nabitur. Nunquid iudicio meo.non. sed
prout sapiens ordinabit : vnde religio/
sus non habet determinare sibi medium:
quia sapiens ordinabit : vt Dominicus in
predicatoribus : ꝛ Franciscus in minori/
bus. Et Benedict⁹ in monachis:ꝛ cetera.

Item in clerico: ꝓut sapiēs ꝯsilium ecclesie ordinauit in decretis ⁊ decretalibꝰ. Istud est medium: facere plus vel minus est extremū. Item de laicis ꝯiugatis ꝓut sapiens ap̄ls ordinauit. i. Cor. 7. Uxori vir debitū reddat. Similiter ⁊ vxor viro ⁊c̄. Itē vir dꝫ diligere vxorem sicut christus ecclesiā Ephe. 5. Uxor aūt dꝫ obedire viro sicut sibi subiecta. Sub viri ptāte eris ⁊ ipse dn̄abit̄ tui Gen̄. 3. Intellige in his q̄ nō sunt ꝯtra deum. Itē debent nutrire ꝓlem: instruere ⁊ disciplinare ⁊c̄. Itē de alijs oībus hoībus mundi ꝓut sapiens deus ordinauit. s. p̄cipiēdo per mandata decalogi ⁊c̄. Nūq̄ enim homo decipit̄ si vult istud medium p se determinare: qꝛ vt dicit Grego. in decret. 41. di. Sepe vitia se ingerunt ⁊ se esse virtutes mentiunt̄: vt tenacia parsimonia: effusio largitas: crudelitas zelus iusticie: remissio pietas: velit videri. Et ideo dicit ꝓut sapiēs ordinabit. Pꝫ diffinitio virtutis. Modo ad ꝓpositū: scriptura sacra dicit de christo. i. Cor. i. Nos p̄dicamus christum, dei virtutē ⁊ dei sapientiam. Si ergo virtus ꝯsistit in medio: ⁊ christus ē virtus: Ergo sibi cōuenit esse in medio: ⁊ nō in extremis vitioꝝ. Ideo iudeis stantibus in extremis vitioꝝ: pōt dici. Medius vestrū stetit quē vos nescitis. Et pꝫ thema. Allegorice ⁊ sp̄ūaliter ⁊ sumus in materia: occasione huius verbi. q̄siui quotiens christus fuit in medio. Et inueni in euangelijs ꝙ a natiuitate vsq̄ ad mortem. quater fuit in medio: innuens ꝙ quattuor sunt virtutes cardinales in quibus oēs alie includunt̄.

Primo fuit in medio: in sui natiuitate: q̄n virgo ipsum pānis inuoluit ⁊ posuit in p̄sepio in medio duoꝝ animaliū. s. bouis ⁊ asini. Auctas Abacuch cui reuelatū fuit hoc a deo patre: qui admirans de tanta christi humilitate dicit. Dn̄e audiui auditum tuū ⁊ timui: ꝯsideraui opera tua ⁊ expaui: in medio duoꝝ animaliū cognosceris. Abacuch. 3. Nota Cognosceris: qꝛ in dei ꝟtute illa animalia ipsum agnouerūt. Hic ostēdit nobis virtutē prudentie ꝙ est dolositas: q̄ excedit in nimis. Aliud extremū ipsarum est bestialitas significata per asinū. Ratio de primo: qꝛ sicut bos cornibus ferit: ita aliqui dolosi vt mali aduocati ⁊ notarij percutiunt cornu dolositatis modis inexquisitis. Ideo. i. Pe. 2. Deponentes omne mēdacium: maliciam ⁊ oēm dolum ⁊ simulationes ⁊ inuidias ⁊ oēm detractionem: sicut modo geniti infantes ratiōabiles sine dolo lac cōcupiscite vt in eo crescatis in salutem. Secūdm extremum est bestialitas in qua ē parū de prudentia: qꝛ tales nesciūt se aduisare: oia credunt ⁊c̄. Sicut fecerunt filij israel credentes senibus malis ꝯ Susannam Dan̄. 13. Fatui filij israel nō iudicantes: neq̄ ꝙ verum ē cognoscētes: ꝯdemnastis filiam israel. i. aiam vestram. Et ante p̄mittit textus. d. Qui cū staret in medio coꝝ dixit. Sic fatui ⁊c̄. Ideo ponamꝰ nos in medio cum xp̄o: per prudētiam ⁊ sagacitatem. Ideo scriptura Prouer. 15. Auris que audit increpatiōes vite. i. sermones: in medio sapientium cōmorabit̄: qꝛ sciet q̄dez facere. Secūdo xp̄s fuit in medio: q̄n existens. 12. annoꝝ ductus fuit a virgine in tēplum: dans exēplum nobis: ⁊ remansit in tēplo ⁊c̄. Dicit textus. Et factum ē: post triduum inuenerunt eū in templo sedentē in medio doctoꝝ: audientē illos ⁊ interrogantē Luc. 2. In hoc xp̄s significat nobis virtutem iustitie: cuius extremitas de nimis ē crudelitas: alia extremitas de parum ē remissibilitas: in quibus extremis stabāt tūc doctores legis: sed xp̄s stabat in medio iustitie ⁊ equitatis verbi grā: q̄dam doc. erāt multum rigorosi adeo ꝙ erant crudeles: puta de ordinatione facta de oblatione fienda deo postpositis parētibus: ⁊ p̄mittebāt parentes mori fame propter coꝝ traditiones. Un̄ christus rep̄hendit eos dicens. Quare ⁊ vos trāsgredimini mandatū dei ꝓpter traditiōem vestram: Nam deus dixit. Honora pr̄ez tuū ⁊ matrē tuā: ⁊ q̄ maledixerit patri vel matri mor. moriat̄. Uos aūt dicitis: quicūq̄ dixerit patri vel matri munus q̄dcūq̄ est ex me tibi ꝓderit: ⁊ nō honorificabit patrē suum aut matrē suā: ⁊ irritum fecistis mandatū dei ꝓpter traditionē vestram Mat. 15. Aliud extremū ē remissibilitas: qꝛ nesciebant punire magna peccata: ꝓpter amicitiam vel dona: vel diuitias: ꝓpter quas diuites corrūpunt iustitiā. In isto extremo stabat Hely sacerdos nō puniēs filios ⁊c̄. i. Re. 2. Tales erāt pha-

risei Mat.23. Ve vobis scribe ⁊ pharisei: qui decimatis mentã ⁊ anetum ⁊ ciminuꝫ ⁊ relinqtis que graniora sunt legis. Iudiciũ ⁊ mĩĩcordiaꝫ ⁊ fidẽ:⁊ infra duces ceci excolantes culicẽ. Camellũ aũt glutientes: decimatis decimas datis vel accipiẽ. Chrisost. Sermo dubius mentam ⁊c. Glo. etiam vilia olera ⁊ relinqtis.s. icorrepta q̃ graniora sunt. Si negligantur. iudiciũ.s. discussionez cãꝝ:⁊ mĩĩcordiã i paupes ⁊ viduas: ⁊ fidem in deum excolantes culicẽ.s. minora subtiliter q̃rentes: ⁊ glutiunt camellũ.s. maiora subticentes. Sic hodie sunt multi presertim p̃lati eccl'i ⁊ dñi tp̃ales:q stant in isto extremo:qa q̃ñ aliqs laborat in die festo ꝓpter paupertatem:vel facit aliqđ malũ de minorib⁹ statim irascuntur excõicãt ⁊c. Sed non puniunt clericos fornicatores:symoniacos ⁊c. Similiter dñi tp̃ales sunt in isto extremo:qui amore mundi dimittunt peccata maiora.s. blasphemias dei ⁊ sctõꝝ ⁊ nullus punit̃:sed si de rege aliqs dixerit maluꝫ. statim moriatur ⁊c. Ecce crudelitas ⁊ remissibilitas. simul ⁊c. Ideo ponamus nos in medio iustitie ⁊ pietatis ⁊ equitatis cum christo. Et sic poterit talis dicere illud Prouer.8. Ego in vijs iustitie ambulo in medio semitarum iudicij.

¶ Tertio stetit xp̃s i medio i ciuitate Nazareth. Nota q̃ño xp̃s fuit nutritus in ciuitate Nazareth. Sed q̃ñ voluit incipere p̃dicare ⁊ facere miracula icepit in Capharnaũ. Qđ audientes illi de Nazareth ex fama:q̃ñ postea venit xp̃s ad eos. Dixerunt sibi rectores. Q̃nãta audiuim⁹ facta i Capharnaum fac ⁊ hic in patria tua ⁊c. Luc.4. Quibus r̃ñdit xp̃s in s̃nia. Non estis digni. Rõ qa despiciebant eum ⁊ deridebãt ⁊ dicebant Vñ hoc ꝙ filius fabri velit p̃dicare. Ipsi aũt idignati voluerunt ipsum p̃cipitare:sed ip̃e fecit se inuisibilem. Et dicit textus. Iesus aũt transiens per mediuꝫ illoꝝ ibat. Hic ostẽdit virtutẽ fortitudinis cuius extrema sunt temeritas in plus:⁊ pusillanimitas in minus. Inimici xp̃i volẽtes ipsum precipitare erant temerarij:amici vero xp̃i ⁊ parentes eius erant pusillanimes: xp̃s vero erat in medio.s. fortitudinis. Sic aliqui nostrum sunt in extremo temeritatis recipientes redditus regis.s. dñicam diem Unde deus diuisit nobis tp̃us dans nobis sex dies ⁊ retinens sibi vnam.s. dñicaꝫ Et multi temerarij auferunt partem diei: ideo veniunt in iram regis. Sic potest poni exemplum de temeritate illoꝝ:qui volũt sumere vindictam de iniurijs sibi illatis:cũ hoc sit officium dei. Ro.12. Mihi vindictaꝫ ⁊ ego retribuam dicit dñs. Isti ergo tales sunt temerarij vsurpatores officij dei: q̃ztũ hẽret pro malo rex vel capitane⁹:vel alius officialis. Si alius vellet vsurpare dignitatem vel officium suum ⁊c. Sic ⁊ hic. Item pone exemplum de illis q volunt oĩa iudicia discere ⁊ disputare: cur hoc deus facit vel illud: Item perscrutari ea que sunt fidei:querentes rõnem ⁊c. Aliud exẽpluꝫ est pusillanimitas vel timiditas illoꝝ q timẽt facere p̃niam dicentes. Si ieiunauero non potero dormire ⁊c. Ideo ponamus nos in medio fortitudinis cum xp̃o:⁊ tunc erimus consolati ⁊ fortificati Dañ.3. Angelus aũt dñi descendit cum Azaria ⁊ socijs eius in fornacem:⁊ excussit flãma ignis de fornace ⁊ fecit medium fornacis quasi ventũ roris flantẽ ⁊ non tetigit eos oĩo ignis neq̃ contristauit:nec q̃cq̃ molestie intulit:fornax est iste mundus plenus igne tribulacionũ:sed quando aliqs est fortis in bonis operibus tunc deus mittit angelum ad cõsolanduꝫ eos ⁊c. Sicut legit̃ de multis sanctis martyribus. Nota contra illos qui ꝓpter detractiones ⁊ derisiones aliorũ dimittũt bonam vitam ex pusillanimitate ⁊c. Cõtra tales dicitur in p̃s. Sagitte puulorũ facte sũt plage corũ. Ideo apl's. Fidelis deus est q non patietur vos tentari supra id qđ potestis:sed faciet cum tentatione etiam ꝓuentum vt possitis sustinere.i. Cor.10.

¶ Quarto xp̃s fuit in medio duorũ latronum in sua passione Io.19. Crucifixerunt eum ⁊ cum eo duos latrones hinc:⁊ hinc medium aũt Iesum. Nota inuenitur ꝙ viuens plus stetit in medio ante mortẽ:i quo innuitur virtus tẽpantie cuius extrema sunt:curiositas ⁊ austeritas:latro a dextris significat prosperitatẽ ⁊ a sinistris aduersitatem. Multi in prosperitate sunt nimis curiosi in ornatibus cibis ⁊ delectationibus corpalibus:hoc est vitium:⁊ econtra. Quidam in aduersitate affligunt se nimis ⁊

ſupflue triſtantur: ⁊ hoc eſt vitium auſteri-
tatis. In medio igit̃ cum xp̄o tempãte vi-
uamus. Ideo Auguſt. Carnem veſtram
domate ieiunijs: ⁊ abſtinẽtia eſce ⁊ potus
q̃tũ valitudo pmittit: nõ dicit occidite. Itẽ
Ro. 2. Obſecro vos fratres p miſericordiã
dei vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã vi
uentem: ſanctam: deo placentẽ: rõnabile ob
ſequm veſtrum. De iſto medio dicit ſcriptu
ra Eccli. 50. Quaſi luna in medio nebule:
nebula eſt humida ⁊ ſignificat abundãtiã
ĩ pſperitate ⁊ frigida: ⁊ ſi ſignificat aduerſi
tatẽ. Ergo ſtemus in medio. Ergo ſurge hõ
⁊ ſta in medio Luc. 6. Surge. ſ. de extremis
vitiorum. Deo Gratias Amen.

¶ Dñica infra octauam natalis dñi: de
hereditate ⁊ exheredatione vite eterne.

Sermo. 10.



Si filius ⁊ he
res per deum. Gal. 4. Et
in ep̄la hodierna. Bona
conſeq̃ntia eſt ſi filius. ſ.
adoptiuus. Ergo heres:
q̃a filio adoptiuo debetur aliqua ps here-
ditatis paterne: nos aũt ſumus filij adopti
ui per grãm. Ro. 8. Non eni accepiſtis ſpũ
ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis
ſpũm adoptionis filiorum in quo clama-
mus abba pater. Ergo ſumus heredes dei.
Dicit aũt Nicolaus de lira. Sup predicto
v̄bo Ro. 8. Si ãt filij ⁊ heredes: q heredi-
tas ipſa eſt deitas: que eſt beatitudo obie
ctiue: que nõ diuiditur p ptes: ſed tota ha-
betur a quolibet bono: nõ tñ totaliter: quia
vnus eſt alio beatior. Et hoc modo filius
dei. Sermo ergo noſter erit ad videndum q
ſunt illi q pdere merentur hereditatem re-
gni celorum: caueamus ⁊c̃. Et q̃a Ap̄ls in
themate pp̄oſito loq̃tur legaliter tanq̃ le-
giſta. Ideo ⁊ nos ipſius veſtigia imitantes
legaliter etiã predicabimꝰ. Legales q̃dẽ in
ſtitutiones ad morales iſtructiones redu-
centes. Salute. virgo ⁊c̃. Pro declaratio
ne thematis ⁊ materie introductione pdi-
cande eſt notandũ: q ꝯcluſio vera eſt ⁊ ap
probata de iure diuino naturali: canonico
⁊ ciuili: q filius legitimus ⁊ naturalis vel
ſaltem legitimus cuiuſmodi ſumꝰ nos xp̄ia-
ni q ſumus filij dei: iõ vocamus ipm p̄rem
noſtrũ dicẽtes. Pater noſter qui es in ce-
lis ⁊c̃. De naturali aũt filio dei dr̄ Heb. 1.
Nouiſſime locutus eſt nobis in filio: quem
conſtituit heredem vniuerſorũ ⁊c̃. Debent
eſſe heredes p̄ris ⁊ ad eius bona ſuccede-
re. Hoc probat̃. Prio de iure diuino in ver
bis pp̄oſitis. Item Ro. 8. Ipſe enim ſpũs
teſtimonium reddit ſpũi noſtro: q̃a ſumus
filij dei: ſi aũt filij ⁊ heredes. Scd̃o pbat̃
de iure naturali qd̃ dictat hoi: vt ſicut filius
ſuccedit in locum patris: ſic ⁊ ſuccedat in
bona: q̃a plus eſt pſona q̃ bona: q̃ñ enim
pater relinq̃t filium poſt mortẽ ſuam: videt̃
adhuc ipſe pater viuere in filio: eo q filius
repreſentat pſonam patris imo eadẽ pſo-
na videt̃ eſſe cum vna pſona cenſeatur pa
ter ⁊ filius: vt. C. de impub. ⁊ aliis ſubſt. l.
fi. Inſti. De inutilibus ſtipula. §. Si vero.
Unde Eccli. 30. Mortuus eſt pater. ⁊ quaſi
ſi non eſt mortuus: ſimilem eni reliquit ſibi
poſt ſe. Et ex hoc a fortiori ſeq̃t̃: q multo-
magis ad bona ſuccedere debet ex vi natu
ralis rõnis. Et hoc expꝛ̄ſſe dicit textus legal'
in lege ſcripto. ff. Unde liberi: vbi ſic Juriſ
conſultus ait. Non ſic parentibus liberoꝝ
vt liberis parentũ debetur hereditas: pa-
rẽtes ad bona liberoꝝ rõ miſerationis ad
mittit: liberos nature ſimul ⁊ parentũ cõe
votum. Nota. non ſic parentibus declaro.
Nã q̃ñ filius p̄morit̃ p̄ri ex miſatiõe ſucce
dit ad bona filij ne addat̃ afflictio: vt q2 ĩ
vno grauat̃: ĩ altero releuet̃: nõ ãt ex natu
ra: q2 naturali curſu dꝫ p̄mori p̄r filio ⁊ nõ
ecõuerſo. Uñ dicit Ap̄ls. 2. Cor. 12. Nõ de
bẽt filij parẽtibꝰ theſaurizare ſed parẽtes
filijs. Uñ tũc turbat̃ ordo nature: q̃ñ filiꝰ
p̄morit̃ p̄ri. vt dicit tex. in. l. Nã et ſi pẽtibꝰ
ff. de inoffi. te. Uñ Bulgarus leguũ doctor
egregius cũ deceſſiſſet filiꝰ eius ipſo viuẽte
ait. Ordie turbato ſuccedis bulgare nato.
¶ Tertio pbat̃ de iure canonico. Nota in
c. Raynuciꝰ de teſta. ⁊ in. c. ſi p̄r. co. ti. lib. 6.
⁊. 17. q. 4. c. vlt. qd̃ infra hẽtur: ⁊ recita hic.
¶ Quarto de iure ciuili ſm q diſpoſitum
eſt: q p̄ria cã ĩ ſucceſſione ſit liberoꝝ. Inſti.
de hẽdum q̃litate ⁊ di. in prin. Uñ ẽt viuo
p̄re reputat̃ filiꝰ ĩ ptãte q̃ſi dñs p̄noꝝ bo
noꝝ: ⁊ idcirco mortuo p̄re: nõ dr̄ pp̄e filius
adiere hẽditatẽ p̄nã: ſed ſe imiſcere hẽdi-
tati: q2 poſt mortẽ p̄ris nõ recipe hẽditatẽ
videt̃: ſed magis liberã bonoꝝ admiſtra-
tionẽ ꝯſeq̃t̃: vt dĩc tex. i. l. In ſuis. ff. de lib.

⁊ posthūis. Pꝫ ergo ꝯclusio ꝓbata oi iur
quo ꝓbari pt: ⁊ h ē qꝺ dicit thema. Si fili/
us ⁊c. Et ex hac ꝯclusione inuit correlariū
ꝙ ius ciuile vel statutū mūicipale n̄ posset
ꝓuare total'r filiūꝫ hēditate pīna: hēditate
dico. l. legitia: qꝛ dī debitū bonoꝝ subsidiū
itellige discrete: nō āt sic posset diminuere
legitimā vel augere sed i totū ꝓuare n̄ pos
set: puta statuēdo ꝙ ꝓmogenitus succedat
in totū exclusis aliis filiis: nihil valet hoc
statutū: rō qꝛ cū de iure naturali ⁊ diuino de
beat hēditas pris filio vt dm̄ est: ergo per
ius ciuile tolli nō pt: qꝛ ciuilis gdē rō ciui/
lia iura pimere pt: naturalia ꝟo nō. Insti.
de legit. agna. tu. §. fi. Itē qꝛ iura sanguis
nullo iure ciuili dirimi possunt. ff. de regu.
iuris. l. iura sanguis. Vn̄ nec ꝯtraria cōsue
tudo valeret. 8. di. c. frustra de ꝯsue. c. vlt. ⁊
Nota in. c. Raynucius ꝑ Io. an. abba. ⁊ a
alios de testa. Et hoc tenet Dynus i regula
idultū lib. 6. Cynus ⁊ Bal. i. l. Sācimus. C.
de nup. Idē Bal. i. l. ea lege. C. de epi. ⁊ cle.
Amplius si pr vellet exhēdato filio eccle/
siā vel paupes istituere n̄ posset. Vn̄ Aug.
i ꝟmone de vita clericoꝝ: ⁊ i decretis. 17. q.
4. c. vlt. Quicūqꝫ ait vult exheredato filio
hēdē facere eccl'iam: q̄rat alteꝝ q suscipiat
nō Augustinū: imo deo ꝓpitio neminē iue
niet. Amplius si qs bōa sua donasset eccl'ie
eo ꝙ filiū nō hꝫ ⁊ postea nascit sibi filius ꝺ
iure vsqꝫ ad legitimā sibi debitā donatio/
nem illā reuocare: vt ibidē dr: ⁊ ꝯfirmatur
de iur ciuili. i l. si vnqꝫ. C. de reuocā. dona.
Qꝺ āt dixi nō posse ꝑ ius ciuile vel statu
tū municipale: vel ꝑ pr̄nam dispōnē filium
ꝓuari total'r legitia est veꝝ: nisi ex rōabili
cā: q̄ tūc posset fili⁹ ꝑ iuris vl' pris dispōnē
total'r ꝓuari legitia: puta pp delictū filii: qꝛ
tūc h ꝯuēit iuri naturali ꝟm qꝺ disponit
ꝙ maleficia puniant. l. ita vulnerat⁹. ff. ad
l. agliā: ⁊ publice vtilitat interest vt malefi
cia nō remaneant ipunita: vt dic tex. in. c.
vt fame de sen. exco. Determinare aūt hmōi
penā ꝑtinet ad legis ciuilis latorē. Vn̄ lex
ciuilis nihil aliud est q̄ determiatio iuris
naturalis: vt dicit Tho. 1. 2. q. 95. ar. 2. ⁊ 4.
Mō ad ꝓpositū nr̄m. cū nos sim⁹ filii dei
vt dicit Apl's i ep'la hodierna. ⁊ Ro. 8. ⁊ 1.
Io. 3. Videte q̄lē charitatē dedit nob pr:
vt filii dei noiaremur ⁊ simus. Item Io. i.
Quotquot āt receperūt eū dedit eis ptātē
filios dei fi. ⁊c. Ergo oi iure debemus ꝯseq
Noli vinci a malo sz vince in bono malum. Ro. 12. Sermo erit de victoria quā debem⁹ habere de peccatis mortalibus: vt possimus habere gloriā paradisi. Pro declaratione sciendū ꝙ regula ⁊ doctrina vniuersalis in theologia ē: ꝙ nullus intrauit nec intrabit gloriā paradisi: nisi p̄ victoriā. Ista doctrina declarat. p̄mo in angelis. Michael ⁊ ceteri pugnauerūt cū lucifero ⁊ sequacibus eius ꝛc. De quo bello dicit Apoc. 12. Factū est preliū ꝛc. 2°. pz in terra de hoībus. Et nunꝙ patriarcha aliqs: nec ꝓpheta: nec alius sine victoria in bello ꝯtra tentationes ⁊ inclinationes carnis: tentationes mundi: ⁊ tentationes diaboli: deniqz ne forte possent hoīes cōqueri vel negligēter bellari neqz xp̄s intrauit ad gloriā resurrectionis corporis sui: sine victoria. Vñ dič Luc. vlti. Nōne sic oportuit xp̄z pati ⁊ ita intrare in gloriā suā? Secus de gloria aīe: quā ab instāti ꝯceptiōis habuit. Iō apls. Nō coronabit: nisi q legitime certauerit. 2. Thi. 2. Si instantiā faceret aliqs de pueris baptizatis. R° ꝙ victoria xp̄i applicat eis. Sic victoria regis q vicit ciuitatē rebellem applicat infirmis ⁊ debilibus: q post victoriā regis intrabūt ciuitatem si fuerūt ð exercitu regis. Sic hic ꝛc. Nota ꝙ in hoc mundo habem⁹ septē bella ꝯ̄ septez peccata mortalia: ꝯtra q̄ si habemus victoriā coronabimur. Sicut xp̄s facit p̄conizari. Preco est Jo. euangelista: vt. j. videbit. Primū ꝓliū ē ꝯ̄ pctm̄ supbie: q̄ nimis regnat tā in dñis q̄z in p̄latis ⁊ militib⁹ ꝛc. Hec supbia ꝓcedit ex ꝯsideratione excellētie ꝓprie: respectu bonoꝝ spūaliū vel tpaliū. Vbi grā. Aliqs supbit ex gñis nobilitate ꝛc. Sz dz ꝯsiderare q: ð terra ē ⁊ i'terrā reuertet. Gen. 2. Puluis es ꝛc. Alius supbit de scia ꝛc. Sed ꝯsidera ꝙ ea q̄ scim⁹ sūt minima ps eoꝝ q̄ ignoramus. Vñ Socratas. Hoc vnū scio qꝛ ð nescio. Sine scia destruet. i. Cor. 13. Declara si videt. Alius supbit ex dñio ⁊ potētia. Sed ꝯsideret potentiā Octauiani ⁊ ceteroꝝ olim regū ⁊ potētum vbi sunt. Alius ex sanctitate. Sz ꝯsideret ꝙ nihil boni hz ex se sed a deo. Nota ꝙ

sufficientes scimus cogitare aliqd a nobis
quasi ex nobis:sed sufficientia nr̃a ex deo
est.2.Cor.3.Alius superbit ex diuitijs: sed
nõ satiãt aiam:qꝛ non intrant in eam:⁊ iõ
nunq̃ꝫ possunt cõtentare hoies:imo faciũt
hoiem miserum:quia efficitur seruus eaꝝ
Magna miseria est esse seruũ hois : sed pe
ioꝛ esse seruuʒ pecunie. Prouer.17.Quid
ꝓdest stulto hr̃e diuitias:? Ideo scriptura
Agite nunc diuites : plorate vlulantes in
miserijs vestris:que aduenient vobis:diui
tie vestre putrefacte sunt:⁊ vestimenta vr̃a
a tineis comesta sũt ⁊c̃. Usqꝫ ignis Jaco.
5.Debet ergo homo:q̃ꝫto plura habet:tan
to magis humiliari. Sicut Bascasius tan
to vadit humilius q̃to fardelluʒ est gra
uius ⁊c̃. Quia ratione debes reddere deo
de oib⁹. Ideo dic̃ scriptura Quãto maioꝛ
es humilia te in oibus:⁊ corã deo inuenies
gr̃am:qm̃ potentia magna dei solius ⁊ ab
humilibus honorat̃ Eccl'i.3. Sic obtinebi
tis promissionem factaʒ a christo Apoc.2.
Qui habet aurem audiat:quid spiritus di
cat ecclesijs. Uincenti.s.supbiam per verã
humilitatem:dabo edere de ligno vite qđ
est in paradiso dei mei. Nota cognitionem
arboris ligni vite : cuius fructus conꝯuat
creaturam a senectute ⁊ ab omni malo coꝛ
porali:⁊ significat xp̄m cuius fructus sunt
beatitudines ⁊ fruitiones:que conseruant
angelos ⁊ sanctos in aiabus ⁊ corporibus
post resurrectionẽ ab omnibus miserijs ⁊c̃.
¶ Scđm prelium est contra pct̃m auari
tie:que hodie totum mundum inficit. Un
de illud Jere.6. A minore vsqꝫ ad maio
rem oẽs auaritie student. Uictoria huius
habet̃ per misericordiã ⁊ liberalitatẽ. Mo
dum vincendi ponit ps̄.65.dicens. Nolite
sperare in iniqnita.⁊c̃. Nota tres conditio
nes hoiuʒ. Quidã sunt diuites đ male ab
latis: ⁊ talibus dicit. Nolite sperare in ini
quitate:quasi.d.nolite sperare qđ ex his di
uitijs domus vestra vel filioꝝ ꝓsperetur:
immo destruitur. Unde dicitur cõiter.ꝙ đ
male ablatis non gaudebit:tertius heres:
qa per quã viam veniunt per eãdẽ exeũt.
Nota exẽplum de Gaietanis diuitibus.
Quidam vero sunt pauperes : qui nõ hñt
de male ablatis:sed vellent incipere face
re vsuras:fraudes ⁊c̃. His dicit propheta
David. Rapinas nolite concupiscere:quia
Qui volũt diuites fieri incidunt in tẽpta
tionem ⁊ in laq̃.dia.⁊ desi.multa.in.⁊ no.
q̃ mer.ho.ad interitũ ⁊ ꝑditionẽ.i.Tim.6.
Quidam vero sunt diuites de bono iusto:
his dicit. Diuitie si affluant nolite coꝛ ap
ponere. Nota Coꝛ.licituʒ est apponere ocu
los custodiendo:manus computando:⁊ di
stribuendo in necessarijs ⁊ non in vanitati
bus:sed non licet coꝛ apponere in diuitijs
sperando ⁊c̃. Non potestis deo seruire ⁊
mammone Mat.6. Talibus habentibus
victoriam ꝓmittit salariuʒ Apoc.20. Qui
habet aureʒ ⁊c̃. Qui vicerit non ledetur a
morte scđa. Nota.4.mortes illatas hũano
generi ex pctõ Ade:vt in.2.prologo super
Math. Quaꝝ due sũt corporis:⁊ due aie.
Prima mors aie est quando per pct̃m per
dit gratiam dei:que dat vitam aie: ideo di
citur peccatum mortale. Scđa mors aie
est:qñ persona moritur in peccato mortali
⁊ damnatur in inferno. Ab hac.2.morte
liberatur qui vicit pct̃m auaritie per mise
ricordiam ⁊ liberalitatẽ. Auctoritas Tho.
4. Elemosyna ab omni peccato ⁊ a morte
liberat:⁊ non patiet̃ aiam ire in tenebras.
Boetius. Diuitie magis effundendo q̃ꝫ re
tinendo melius nitent. Siqdem auaritia
semꝑ odiosos:claros largitas facit: Claros
s.in hac vita : qa liberales ⁊ misericordes
diliguntur ⁊ exaltantur ẽt in futura vita.
Mortes etiam corporis sunt due. Prima
est quando aia recedit a corpore:⁊ ab ista
nullus euadit:qꝛ Statutum est hoibus se
mel mori Hebꝛ.9. Scđa mors corpis erit
post iudicium:quando simul cum aia dam
nabitur:⁊ ab ista liberabit̃ qui vicerit aua
ritiam per misericordiam ⁊ liberalitatem.
¶ Tertium prelium est contra pct̃m luxu
rie:de quo. Nõ est qui se abscondat a calo
re eius:⁊ istud vincitur per munditiã ⁊ ca
stitateʒ. Nõ licet gustare de hoc viro ẽt co
gitando:quia venenum est pessimum. Nul
lum enim venenum occidit solo cogitatu
vel visu:nisi venenũ illud luxurie. Solo vi
su fuit occisus David i Bersabee.2.Re.xi.
Qui viderit mulierem ad concupiscẽdum
eam ⁊c̃. Mat.5. Talis vincens habebit re
promissionẽ. De qua Apoc.2. Qui habet
aureʒ ⁊c̃. Uincenti dabo mãna abscõditũ

ꝛ dabo illi calculum candidum: ꝛ in calcu-
lo nomen nouum scriptum: quod nemo scit
nisi qui accipit. Nota Mãna quod daba-
tur in cibum filijs israel. 40. annis in de-
serto in quo viuebant Exo. 16. Dicit ergo
vincenti: quasi dicat illi qui non vult habe
re delectationem bestialem: dabo delecta-
tionem spūalem ꝛ celestialem quam deus
dat castis : ꝛ nemo scit nisi qui accipit gu-
stãdo ꝛc̄ ps. 30. Quã magna multitudo dul
cedinis tue quã abscō. timentibus te ꝛc̄.
¶ Quartum bellum est contra pctm̄ inui-
die: que viget in toto mundo: sed maxime
inter p̄latos ꝛ dños. Unde Eccl's. 4. Cō
templatus sum oēs labores hoinm: ꝛ indu
strias: aia duerti placere inuidie proximi.
Hoc pctm̄ vincitur per dilectionem ꝛ cha
ritatem proximi orãdo pro illo cui inuides
vt deus conseruet sibi illa bona: de quibus
sibi inuides: talis habebit premiū. De quo
Apoc. 2. Qui habet aures audiat qd spi-
ritus dicat. Qui vicerit ꝛ custodierit vsqꝫ
in finem opera mea dabo illi potestatē sup
gentes: ꝛ reget eos in virga ferrea ꝛ tanqꝫ
vas figuli confringentur. Et dabo illi stellã
matutinam. Nota opera mea. Opera xpi
sunt incarnatio ꝛc̄. Et quicquid fecit amore
hoiuꝫ voluit esse humilis: vt nos exaltaret.
Deus qui in filij tui humilitate iacentem
mundum erexisti. Item voluit esse pauper:
vt nos ditaret: propterea dic̄. Qui vicerit
s. pctm̄ inuidie ꝛ custo. opera mea. Supple
dilectionis: ꝛ stella matutina est angelus q
portabit aiam eius ad paradisum. Ange-
lus dicitur stella: qa stelle celi empyrei dñr
angeli Baruch. 3. Stelle dederunt lumē in
custodijs suis: ꝛ dicitur matutina: qa ange
lus iste datur in morte que est finis noctis
huius miserie ꝛ p̄ncipiū diei alterius vite.
¶ Quintum prelium est contra peccatum
gule: hoc vincitur per temperantiam ꝛ par
citatem. Nullum aial est tam magnum si-
cut homo cum tam paruo ore. ꝛ hoc facit
deus vt homo sit parcior alijs. aialibus in
cibo ꝛ potu: ꝛ tm̄ est totum oppositum: quia
postqꝫ Asinus bibit: non bibit pro rege ꝛc̄.
Sed homo contra. Ideo dicit. Qui vicerit
sic vestietur vestimentis albis: ꝛ non dele-
bo nomen eius de libro vite ꝛc̄. vsqꝫ ange-
gelis eius. Apoc. 3. Nota vestimentis albis

pctm̄ q̄ puocat ad luxuriã. qꝛ ille ptes sūt
vicine: sed abstinens est dñs sui corporis:
qa dat sibi q̄ntum natura indiget: ꝛ nil dat
illis partibus. Ideo dicit̄ q̄ induetur ve-
stimentis albis. s. castitatis ꝛ bone fame.
Seq̄t. Et nō delebo nomen eius de lib. vi-
te. Ex textu Biblie habemus q̄ psone que
sunt in gratia dei ꝫm p̄ntem iusticiã corre
spondet cathedra in celo vbi scriptum est
nomen: sed quando peccat statim raditur
nomen. Auctoritas. Qui peccauerit mihi.
delebo eum de libro meo Exo. 32. Quia er
go gulosus est luxuriosus: ideo suum nomē
raditur: sed abstinens viuit gratia dei: ideo
dicit non delebo nomen eius. Seq̄t ꝛ con-
fitebor nomen eius coram patre meo ꝛ co
ram angelis dei. confitebor. s. cōfessione lau
dis qualis gloria erit laudari ab ore xpi.
¶ Sextū preliuꝫ est cōtra pctm̄ ire ꝛ istud
vincitur per patientiã. pctm̄ ire multum re
gnat in mūdo: qa nescimus nos supporta
re iniuriam: aialia viuunt in pace: lupi: vrsi
leones ꝛc̄. Sed hoies cōtra. Ideo peiores
sunt bestijs. Illi ergo qui vicerit iram pro-
mittitur regnū dei Qui vicerit faciam il-
lum colūnam in tēplo dei mei Apo. 3. No-
ta colūnam. Colūna est res firma sustinēs
edificiū: ꝛ significat firmitatem glorie: ꝛ qꝛ
patiens fuit firmus in bono amore : ideo
sibi respondet firmitas glorie: qa dicit̄ co-
lumna: qa est firma ꝛ eterna.
¶ Septimū preliū est contra pctm̄ accidie
ꝛ istud vincitur per diligentiam. Nota q̄
in factis tpalibus qlibet est valde diligens
sꝫ in spiritualib⁹ hoies sunt negligentissimi
nesciunt orare nisi quãdo induunt se : nec
confiteri: nec ieiunare ꝛc̄. Nota diligētiam
quã debet habere. s. orare ꝛc̄. Quelibꝫ eb
domada audire missam: sermonē ꝛc̄. Quo
libet mense cōfiteri: quolibet anno cōmuni
care. Tales ergo habebūt salariū pmissuꝫ
Qui vicerit dabo illi sedere mecū in tro-
no meo sicut ꝛ ego vici ꝛ sedeo cū p̄re meo
in trono eius Apoc. 3. Nota in trono meo:
cum tm̄ nullus sedeat cū papa in eadē ca-
thedra: nec cum rege. Et xp̄s dicit dabo il
li sedere mecum in throno meo. Iste thro-
nus siue cathedra est eternitas siue vita
eterna: qa sicut non est nisi vna eternitas. s.
p̄ris ꝛ filij ꝛ spūs sancti. sic non est nisi vna

essentia dei: ⁊ vna vita eterna: ⁊ ibi recipit persona diligens ⁊ spiritualis eternam trā̄llitatē in deo eternaliter quietatā. Ideo de oībus predictis dicit thema. Noli vinci a malo. s. peccato sed vince in bono malum ⁊c. Deo gratias.

¶ Dñica. 4. post octauam epiphanie. De euangelio. Sermo. 18.



Triticum cō gregate in horreum meum. Mat. 13. In hoc euangelio notaṫ totus hūane creature decursus: et quo creator ipse per suam oipotentiam creauit quousqꝫ eam per suam iustitiam premiabit: ⁊ sic a die creationis vsqꝫ ad diem iudicij: ⁊ sunt quattuor status. Primus status legis naturalis ab Adam vsqꝫ ad Moysen: q̄ fuit legis lator. Scd̄s status legis scripte a Moyse vsqꝫ ad Christū: qui fuit lator legis gratie: qa lex per Moysen data est gratia: ⁊ veritas per Jesum xp̄m facta est. Jo. i. Tertius status legis gratie a xp̄o vsqꝫ ad finem mundi. Quartus status glorie qui succedet gratie. Sicut gratia successit legi scripte: qa sicut dicit Dionysius i 4. c. Ecclesie ierarchie. Sicut se habet ierarchia legis ad nostram ierarchiam. Ita se habet nostra ad celestē. Uide Tho. i. 3. sniarum. di. i. q. i. ar. 4. In. 3. rōne. Et quo euangelio habemus cām amandi: vigilandi: sperandi: ⁊ timendi. Amandi qdem deū ꝓpter infinitam bonitatem. Uigilandi super nobis: ꝓpter hostis pessimam ingratē: Sperādi propter diuinā longanimitatem. Item timendi propter ipsius iustissimā seueritatem. Dicit ergo simile factum est regnum celoꝝ ⁊c. Dic historiam euangelicā. Que recitata. Nota quattuor p̄ncipaliter in hoc euangelio notanda.

¶ Primo notaṫ dīna bonitas: in creādo.
¶ Secundo notatur diabolica nequitia: in depredando.
¶ Tertio notaṫ dīna patiētia i expectādo.
¶ Quarto diuina iustitia in remunerādo.

¶ Primo ergo notaṫ diuina bonitas ⁊c. Et hoc est quod dicitur in euangelio. Simile factum est regnum celoꝝ hoi qui seminauit bonum semen in agro suo. homo iste est deus: qui dicitur homo vel ab humanitate i. benignitate: vel qa humanatus est in vtero virginali: qui seminauit bonum semen in agro suo. Ubi nota: q̄ quadruplex est ager dei: in quoꝝ quolibet diuina bonitas seminauit per creationē bonum semen. Primus ager est supremus. i. natura angelica Gen. i. In principio cre. deus ce. ⁊ ter. Glo. Aug. i. Naturā angelicā: que est bonum semen tum rōne creationis: quia deus bon⁹ nil facere pōt nisi bonum: quia arbor bona ⁊c. Mat. 7. Tum etiam rōne rei create: qa angelica natura non solū est bona bonitate naturali: sed etiam supnaturali: qa angeli fuerunt creati in gratia gratum facientē: vt ponit Tho. pte. i. q. 62. ar. 3. Tum etiā ratione finis ad quem creati sunt. s. ad gloriā vite eterne: ad quā gratiam ordinā tur. sicut ad finem. Scd̄s ager est mundus: sicut paradisus terrestris: i hoc agro seminauit bonū semen: qa posuit ibi Adaꝫ ⁊ ibi est producta natura humana que est bonū semen: qa est facta ad imaginem dei Gen. i. Faciamus hoiem ⁊c. Imago dei cō sistit in aīa q̄tū ad ꝓprietates naturales: scilicet q̄tum ad memoriā: intelligentiam ⁊ volūtatem. Similitudo aūt in gratuitis: ⁊ ideo similitudo est quedam pfectio imaginis: qa gratia perficit naturā s̄m Nicolaum de lira vbi supra. Fuit enim primus homo creatus in gratia sicut ⁊ angelus: vt ponit Tho. pte. i. q. 95. ar. i. Et hoc fuit bonum semen. qa omnis creatura dei bona est: ⁊ qa ad imaginem ⁊ similitudinem dei factus est homo ⁊c. Tertius ager est infimus. s. mundus iste. i. ecclesia militans: in quo agro seminauit deus bonum semen: ⁊ istud semen est doctrina euangelica: q̄ cō sistit in quattuor. Primo in credendis. Scd̄o in agendis. Tertio in vitandis. Quarto in sperādis. Uel dic in quo agro deus seminauit bonum semen. i. pacē ⁊ fraternam charitatē Jo. i4. Pacē relinquo vobis pa. me. do vobis ⁊c. Item Mat. 22. Diliges primum tuū sicut te ipsum: ⁊ hoc est bonum semen: qa facit hoīes bonos.

¶ Quartus ager est intimus siue interior. i. aīa hoīs: in qua deus seminauit virtutes ⁊ dona in baptismo: ⁊ bona proposi-

ta:que sunt bonum semen. Omnia ergo ꝓ-
dicta semina sunt bona:seminata a deo in
agris suis. Unde Gen̄.i. De vna quaqꝫ re
creata dicitur. Vidit deus ꝙ esset bonum
⁊ postea de oībus similiter dicitur. Vidit
deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bo-
na:⁊ sic patet primum.

¶ Scd̄o notatur diabolica neqtia ⁊c̄. Ibi
Cum autem dormirent hoīes venit inimi-
cus eius ⁊ sup̄seminauit zizaniaꝫ. In quo
ibet enim pred ctorum quattuor agrorum
diabolus superseminauit zizania.i.malum
semen. Nam in agro supremo.i.in celo dia
bolus sup̄seminauit sup̄biam:per quā cor-
rupit se ipsum:dicens illud Isa.14. In ce-
lum conscendam:sup astra celi exaltabo so
lium meum:in monte dei in latere aq.astē.
in al.nu.similis ero altissimo. Corrupit etiā
multos alios angelos apostatas:qui dicū-
tur dormire:qa non fuerunt vigilantes ad
cognoscendam ⁊ respuendam sup̄biam lu-
ciferi. Apoc.12. Cauda draconis trahebat
tertiam partē stellarum celi. Nota stellaruꝫ
idest angelorum. Nota tertiam partē. vna
pars fuit illorum angelorum qui deo assi-
stunt:alia illorū qui deo ministrant. Ter
tia illorum qui deo noluerunt assistere nec
ministrare:hi sunt demones In secundo
agro.i.i paradiso terrestri in quo fuerat bo
num semen seminatum a deo.diabolus etiā
superseminauit zizania.i.inobedientiā.⁊ hoc
cum dormirent ipsi Adam ⁊ Eua prece-
ptum dn̄i negligendo. Propterea dicitur
Sap̄.2. Inuidia diaboli mors introiuit in
orbem terrarum. In tertio agro.i.in mū
do.i.in ecclesia militante diabolus superse
minauit zizania.i.hereses:scismate ⁊ perse-
cutiones magnas quas ecclesia patitur : ⁊
multo maiores passura est tempore Ante-
christi. Nihilominus semper ecclesia rema-
nebit nec vnqꝫ deficiet:quia nauicula pe-
tri fluctibus magnis conquassari poterit
perire non poterit:probatur hoc Apoc.12.
Ubi dicitur ꝙ postqꝫ vidit ꝙ draco proie
ctus esset in terram persecutus est mulie-
rem.i.ecclesiam:que tandem saluata est ⁊c̄.
Hic vt expedit. In quarto agro.i.in ani
ma superseminauit zizania.i.carnalia desi-
deria ⁊ alia vitia. Unde nota. ꝙ diabolus
adinuenit mala semina contra omnem vir
tutem. Nam contra semen humilitatis su-
perseminauit zizania superbie. Contra se-
men misericordie superseminauit zizania
auaritie. Contra semen castitatis luxuriam
Contra semen charitatis inuidiam. Con-
tra semen abstinentie gulam. Contra se-
men pacis iracundiam lites ⁊ discordias
Prouer.6. Omni tempore iurgia semi-
nat:⁊ sic deceteris. Seminat autem cum
suggerit praua desideria:⁊ immittit malas
cogitationes. Hoc semen per delectatio-
nem mittit radices.per consensum vero in
cipit germinare ⁊ per operationem ꝯ fru
ctificat fructum culpe mortalis ⁊ pene eter
nalis. Sic igitur prudens anima vigilet
ne talia semina diabolus spargat in ipsa:
ꝙ si aliquando sparsa fuerunt : statim ex-
tra agrum sue mentis illa proiiciat. Un-
de Iaco.4. Resistite diabolo ⁊ fugiet a
vobis. Item Ouidius de remedio amo-
ris lib.i. Principiis obsta.sero medicina
paratur. Cum mala perlongas conualue-
re moras. Ecce ergo quomodo diabolus
superseminauit zizania. Propterea dici-
tur de eo. Prouerb.6. Homo apostata:vir
inutilis graditur ore peruerso : terit pede:
annuit oculis:⁊ in omni tempore iurgia se-
minat. Nota Homo:diabolus dicitur ho-
mo:quia hominem vicit. Sicut ab Aphri-
ca deuicta dicitur Scipio aphricanus ⁊c̄.
Apostata:quia a deo apostatauit ⁊ est inu
tilis:immo valde nociuus ⁊ graditur ore
peruerso : quia mendax est ⁊ pater eius
⁊ sic patet secundum.

¶ Tertio notatur diuina patientia in
expectando. Unde dicitur in euangelio.
Cum autem creuisset herba ⁊ fructum fe
cisset tunc apparuerunt zizania. Nota
ꝙ cum semen christi idest virtus crescit
⁊ fructum facit : tunc dicuntur zizania
apparere. Non enim apparet differen-
tia zizanie ⁊ tritici. Zizania est herba ſm
Hierony. Que habet quasi similitudinem
tritici:quia quantum ad exteriorem appa
rentiam non est differentia inter semen
christi:⁊ semen diaboli : sed in fructu de-
prehenditur diuersitas ; quia vt dicitur
Mat.7. A fructibus eorum cognoscetis
eos. Patientia autem diuina notatur du
pliciter. Unomodo in prima rñsione piis-

familias: dum interrogatus a seruis. Dñe nõne bonum semen seminasti in agro tuo. Unñ ergo habet zizania? Respondit. Inimicus homo hoc fecit: nõ exarsit ad iram: nõ turbatus est: sed cũ patientia rñdit: dicens. Inimicus homo ⁊c. Diabolus dicit᷑ homo quia vicit hoiem: vt dictuꝫ est supra prima parte in fine. ⁊ dicit᷑ inimicus: quia semꝑ aduersat᷑ voluntati diuine. Mat. 12. Qui nõ est mecũ ꝯtra me est: ⁊ nõ colligit mecum dispergit. Est aũt notandũ: ꝙ iste paterfamilias. s. deus pater: hꝫ duplex genus seruoꝝ. Sicut dicit Raban⁹ quos ad agri sui ministeriũ deputauit. Quosdam enim hꝫ suos quibus tẽpore messiũ. i. in die iudicij cõmittet officium metendi: ⁊ isti sunt angeli. Mat. 13. Sic erit in ꝯsumatione seculi. Exibunt angeli ⁊c. Vide. j. 4. pte. Quosdã alios hꝫ suos quibus cõmisit tẽpore isto medio officium custodiendi: ⁊ isti sunt ꝑlati. Isti ergo serui ꝗbus agri custodia est commissa percipientes zizania cum tritico. i. hereticos cum catholicis: ⁊ malos cũ bonis in agro dñi. i. in ecclesia pariter crescere: cum dolore ⁊ admiratione referũt dño: dicentes. Dñe nõne bonũ semen seminasti ⁊c. Nõne hoiem creasti in mũdo bonum ⁊ purũ? Et nõ interrogant dubitatiue sed admiratiue. Unde ergo hꝫ zizania? vnde tot hereses? vnde tanta ambitio? vñ tanta discordia? vñ tot scismata: ⁊ persecutiones ꝯtra ecclesiã? vnde tot guerre inter principes? vnde tot diuisiones in ciuitatibus? vñ tanta supbia ⁊ inuidia inter oẽs? Et ait illis. Inimicus homo supseminauit zizania: qꝛ supbia ⁊ inuidia diaboli fuit ⁊ ẽ initiũ ois mali. Unñ Jo. papa: ⁊ habet᷑ in decretis. 16. q. 2. c. Uisis. Habet enim. s. diabolus mille tentandi ac nocẽdi modos: nec ignoramus astutiam eius: conat᷑ nãqꝫ a principio ruine sue vnitatem ecclesie rescindere: charitatẽ vulnerare: sanctoꝝ operum dulcedinẽ inuidie felle inficere: ⁊ omnibus modis humanum genus euertere ⁊ ꝑturbare. Dolet enim satis ⁊ erubescit charitatẽ quã in celo nequiuit habere: hoies ꝯstantes ex lutea materia in terra tenere.

Scđo appet magna patiẽtia dei in scđa rñsione. Dum enim dicerent serui eius. vis imus ⁊ colligem⁹ ea? Ait nõ. Ne forte colligentes zizania eradicetis cum eis simul ⁊ triticũ. Circa quã respõsionẽ duo querunt᷑.

Primo quare deus tollerat malos in hoc mũdo? Scđo quare ꝯtra inhibitionẽ istam faciunt principes ⁊ potestates: q hereticos cõburunt ⁊ fures: latrones ⁊ homicidas decapitant vel suspendunt?

Ad primũ ergo dicendũ: ꝙ duplici de causa deus tollerat malos in hoc mũdo. Prima est ꝓpter maloꝝ correptionem. Scđa vero ꝓpter bonoꝝ excitationẽ siue exercitationẽ seu perfectionẽ. Prima cã est: vt mali corrigant᷑. Cõtingit enim plerũqꝫ ꝙ qui sunt mali vno tꝑe: ꝯuertant᷑ ad pniam ⁊ efficiant᷑ boni: ⁊ sic de zizania efficit᷑ triticũ. Talis fuit Dauid: Magdalena: Paulus: Matheus: Petrus ⁊ huius. Isa. 30. Propterea expectat vos dñs vt misereat᷑ vestri. Item Ro. 12. Ignoras qm̃ benignitas dei ad pniam te expectat. Hanc benignitatem nõ exhibuit angelis peccantibus: qꝛ nõ expectauit eos ad pniam per vnũ momentũ tꝑis: sed hoies sic. Et hoc est qđ dr̃ in euãgelio. Nõ: ne forte colligẽtes zizania eradicetis simul ⁊ triticũ. Nam qui hodie sunt mali cras poterunt esse boni. Ezech. 18. Si ipius egerit pniam ab oibus peccatis suis que opatus est: vita viuet ⁊ nõ morietur. Nunqd voluntatis mee est mors impij dicit dñs: ⁊ nõ vt ꝯuertat᷑ a vijs suis ⁊ viuat.

Scđa ratio: est ad hoc vt per malos boni exerceant᷑. Sicut enim ꝑ flagellum excutit᷑ palea a grano ⁊ remanet granũ puruꝫ: sic per viros malos flagellati mundant᷑ a paleis desiderioꝝ terrenoꝝ ⁊ imperfectionũ suaꝝ: vel sepe per malos eruunt᷑ boni a palea carnis per mortẽ eis illatã: vt sic mũdi ꝯgregentur in horreo vite eterne. Sicut fuerũt martyres tẽpore Diocliciani ⁊ Maximiani: ⁊ alioꝝ tyrannoꝝ. Agatha a qntiano: Lucia a pascasio: Catherina a Maxentio ⁊c. Sic herodes nõ potuisset tm̃ ꝓdesse Innocẽtibus: q̃tũ intẽdens obesse: ꝓfuit occidendo. Sic ⁊ oportuit xp̃m pati ⁊ ita intrare in gloriã suam: sicut dicit Luc. vlti. Sic etiã hereses multas ꝑmisit deus vt doctoꝝ catholicoꝝ acuerent᷑ ingenia: ⁊ eoꝝ sciẽtia effulgeret. Unde Aug. in decretis. 24. q. 3. c. vltimo. Iđ diuina ꝓuidentia multos diuersi erroris hereticos eẽ ꝑmittit:

vt cum interrogant vos:ea que nescimus:
sic discutiamus pigritiā ⁊ diuinas scriptu
ras capiamus. Propterea Apl's ait. Ut
ꝓbati manifesti fiāt:hi enī deo ꝓbati sunt
q bene pħt:docēt. Hec ille. Ad idem Aug.
16. De ciui.dei.c.2. Oportet hereses esse vt
ꝓbati manifesti fiant in nobis. Unde scri
ptum est. Filius eruditus sapiēs erit: ipru-
dente aūt ministro vtere:multa qppe ad fi
dem catholicā ꝑtinentia dum hereticoruꝫ
callida inquietudine exagitant̄: vt aduer
sus eos defendi possunt:⁊ cōsiderant̄ dili
gentius:⁊ intelliguntur clarius:⁊ instātius
predicant̄ ⁊ ab aduersario mota questio
discēdi existit occasio ⁊c̄. Itē Aug.18.c.5.
Loquens de hereticis sic ait. Sic qppe ve
ris illis catholicis mēbris xp̄i malo suo pro
sunt:dum deus vtit̄ ⁊.malis bene:⁊ diligē
tibus deū oīa cooꝑantur in bonū : inimici
enim oēs ecclesie quolibet errore tenent̄:vt
malitia deprauentur. Si accipiunt ꝑtāteꝫ
corꝑalē affligendi exercent eius sapiētiaꝫ:
vt etiā inimici diligant̄:exercent eius be-
niuolentiā:vt etiam beneficentiā:siue sua-
dibili doctrina cū eis agatur : siue terribili
disciplina. Hec ille. Similiter etiā si tollerē
tur de ecclesia tentationes diabolice: eradi
carentur virtutes. Unde Apl's passus est
carnis stimulū ne eradicarent̄ eius virtu-
tes.2.Cor.12. Uirtus in infirmitate perfi-
citur. Unde ps.67. Increpa feras arrundi
nis:cōgregatio tauroꝝ in vaccis populoꝝ
vt excludāt eos q ꝓbati sunt argēto. Sed
postea qd facit deus:⁊c̄. Nota similitudi-
nem de patre familias qñ accipit virgā ad
verberandū filios familias: postq̄ȝ autem
verberauit proicit virgā illam ad ignē ⁊c̄.
Sic diuina sapientia postq̄ȝ vsa est malis
hoibus tanq̄ȝ virga ad flagellādū bonos
proicit illos malos ad ignem eternum ⁊c̄.
quia iam expletum est officium eorum.
Ad secūdā q̄stionem est dicendū q̄ princi
pes ⁊ iudices facientes occidi malefacto-
res nō faciunt contra inhibitionē istā dum
modo seruent seruanda q̄ȝtum ad moduꝫ
⁊ intentionē ⁊ ordinem. Unde Nota regu
lam generalē affirmatiuā q̄ iudices ⁊ po-
testates possunt licite exercere vindictā ad
uersus hoīes malos:qnimo ad hoc tenent̄.
Nō enim iudex sine causa gladiuꝫ portat:
sed dei minister est vindex in iram ei qui
male agit. Ro.12. Hec aūt regula patitur
sex exceptiones. Prima est qñ delinq̄n
tes nō sunt nostri iuris.vt ponit Gratia.
in decretis.23.q.4. His ita rñdetur: vnde
Apoc.i.Cor. Quid eniꝫ mihi attinet de his
q foris sunt iudicare: De his enim dñs iu
dicabit. Ad idē facit qđ notatur in.c. At si
clerici.de iudic. Et in.c. Si iudex laycus.
de sen.exco.lib°.6. Non enim debet ponere
qs falcē in messem alienā:de sepul.c.i. Hic
potes querere qd si iudex sit excōicatus.
Item et hoc. Nota q̄ iudex laycus non
pōt iudicare de clerico. Uide in sūma. Iu
dex.i.§.vlti. Et vide.23.q.5. Principes.

Scđa exceptio est qñ nō est certum de
aliquo q̄ sit zizania:q̄ȝuis qbusdam signis
appareat:vt dicit gl. Occultoꝝ enim solus
deus est cognitor ⁊ vindex:vt dicit tex.i.c.
Erubescāt.32.di.⁊ in.c.fi.de simo.in.c.sicut
tuis ⁊.c.tria nos eo.ti. Qñ ergo occultū est
delictum : vel dubiū est qs nam deliq̄rit:
nō debet fieri eradicatio:ne simul cū ziza-
nia eradicetur ⁊ triticū:⁊ sic pōt intelligi in
hibitio ista de qua in euangelio:⁊ concor-
dant legiste dicentes:q̄ facilius est impu-
nitum relinq facinus nocentis q̄ȝ innocen-
tem condēnare.ff.de penis.l.abeuntē. Po
ne exēplū. Si aliqs fuerit occisus in sedi-
tione populi:delictū qdem certuꝫ est ⁊ ma-
nifestum:sed nescitur ꝑsona que cōmisit de
lictum:tunc debet potius relinq facinus
impunitū q̄ȝ inocentē punire. Pōt tñ prela
tus ingrere. Uide tñ ad h̄ qđ legit̄ ⁊ notat
23.q.8.c.vlti.⁊.ff.ad.l.acql.l. Ita vulnera-
tus i fi. Propter h̄ reprehēsibilis fuit valde
Theodosius:q cū apud Thesalonicā sedi
tio esset exorta:⁊ qdā vir ex militaribus im
petu fuisset populi furentis extinctus:repē
tini nuntij attrocitate succensus ad ludos
circenses inuitari populū fecit:eiq̄ȝ ex impro-
uiso circūfundi milites:atq̄ȝ obtrūcari pas
sim:ꝓut q̄sq̄ȝ occurisset gladio iussit:⁊ vin-
dictā dare nō crimini sed furori: vt dicitur
in historia ecclesiastica. Et habet̄ i decretis
in.c.cum apud Thesalonicam.xi.q.3. Ipse
tñ Theodosius ad pniaꝫ cōuersus:nō eru
buit pniam publicā agere ⁊c̄. Nota qūo
nō fuit receptus in ecclesia ab Ambrosio
donec publicam pniam ageret ⁊c̄. Et ipse

postmodū leges sanxit: vt snie principum sup aīaduersione ꝓlate: in dies.30. ab executorib⁹ differrent: quo locus mīīcordie vel si res tulisset pnīe nō piret: vt dicitur in pallegato.c. Cū apud thessalonicā.xi.q.3.

Tertia exceptio est qñ eradicatio zizanie esset piculosa: vt qa nō posset eradicari zizania sine piculo tritici. Ideo dicit. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul ꝛ triticū. Verbi grā. Si malus hō sit ita potēs ꝙ si velis ipm punire sequeret oppssio innocentū vel scisma. tunc dissimulari debet punitio. Vñ Aug. ꝯtra eplaz Parmeniani: ꝛ habet in decret.23.q.4. Cū qsqꝫ fratruz ꝛ Christianoꝝ intus in ecclesie societate constitutoꝝ in aliquo tali pctō fuerit dephensus: vt anathemate dignus hēatur: fiat h vbi piculū scismatis nullū ē. Et ifra. Quādo vero cuiusqꝫ crimen est notum: ꝛ oibus execrabile apparet vt vel nullos ꝓrsus: vel nō tales hēat defensores p quos possit scisma cōtingere: tūc nō dormiat seueritas discipline. Hec ille. Ad idem facit qđ dicit idē Aug. ꝛ hētur in decret.23.q.7.c.i. Et 24.q.i. Quisqs. Nōnullos igt toleramus quos corrigere vel punire non possumus: neqꝫ ꝓpter paleam relinqmus aream dñi. neqꝫ ꝓpter pisces malos rumpimus retia dñi: neqꝫ ꝓpter edos in fine segregādos deserimus gregem domini. Et hoc etiam casu potest intelligi inhibitio in hoc euangelio facta dū dicit. Nō: ne forte colli. zizania ꝛc.

Quarta exceptio est qñ eradicatio zizanie esset valde dānosa: puta multitudo est in delicto. Unde dicit Augu. ad Aurelium epm: ꝛ hētur in decret.44.di. Comessationes. Seueritas exercēda est in peccata paucoꝝ. Et idē Aug. ad Bonifaciū. ꝛ habetur l.di. Ut constitueret.23.q.4. Ipsa pietas. In huiusmodi causis vbi p graues dissentionum scissuras nō huius aut illius hois piculuz: sed plurimoꝝ strages iacet: detrahendū est aliqd seueritati: vt maiorib⁹ sanandis malis charitas sincera subueniat. Hec ille. Ad idē facit tex.i.q.vlt.c. Quotiens. vbi dicit tex. Innocētij. Quotiens a populis aut a turba peccat: qa in oēs propter multitudinē vindicari nō pōt: inultuz solet trāsire ꝛc. Uide ꝙ scripsi: super pi nr.

Quinta exceptio est. qñ eradicatio zizanie esset libidinosa: vt qñ ex libidine vindicte: vel motus impatientie vellet tunc malos auferre. qa tunc patientia est seruanda. Jaco.5. Patientes estote fr̄es mei vsqꝫ ad aduentum dñi. Propterea legimus Luc. 9. Qđ cū trāsiret Jesus p quādā ciuitatē Samaritanoꝝ ꝛ nō fuisset ibi receptus: nec inuenisset ibi ad māducādū: videntes hoc Jacobus ꝛ Jo. dixerunt. Uis dicamus vt descendat ignis de celo ꝛc. Dic historiā. Et dicit magister in historijs: ꝙ illud qđ laudatur in Helia.4. Re.i. de duob⁹ qnquagenarijs. in his discipulis reprehēdit: ꝙ illi ex charitate: isti vero ex ira hoc appetebāt ꝛ hoc etiā ꝓbat p tertū Amb. in.c. Quod xp̄s.23.q.4. vbi sic dicit Ambro. Qđ xp̄us discipulos suos increpauit: qa ignē descendere sup eos gestiebāt qui ipsum non receperant: ostenditur nobis nō semp in eos q peccant vindicandū: qa nōnunqꝫ amplius prodest clementia tibi ad patiētiā: qꝫ lapso ad correctionē: supple ꝓfit vindicta Glo. Deniqꝫ Samaritani citius crediderunt: a qbus hoc loco ignis arcetur: nec discipuli peccant: qui legē sequunt. Sciebant eniz ꝛ phinee esse reputatum ad iustitiā: ꝙ sacrilegos interemerat: ꝛ ad preces helye ignem descēdisse de celo. Hec ille. Sed intelliget hoc qđ dicitur. nec discipuli peccababant respectu rei quā volebant: sed bene peccabant in modo volendi: qa non amore correctionis sed odio desiderabant vindictaz: vt dicit Auz. in lib. de sermone dñi in mōte: ꝛ habetur in decretis.23.q.4. Ea vindicta. Et hoc sentit Glo. hui⁹.c. ꝛ Gratianus etiam in dicto.c. Qđ xp̄s. §. Potest ꝛc.

Sexta exceptio est qñ eradicatio zizanie esset precipitata: puta qñ iudex ad cōdemnationem delinquentis nō seruatis seruandis. s. sine processu ꝛ ordine iudiciario precipitaret sniam. Debet ergo iudex discrete deliberare: ꝛ ordinem iudiciarium obseruare. s. citationem faciendo ꝛc. Ideo dñs anteqꝫ condēnaret sodomitas ait. Descendaz ꝛ videbo vtrū clamorem opere ꝯpleuerint Geñ.18. Uide de hoc.2.q.i. Deus omñs. Et.c. de māifesta đ coha. cleri. ꝛ muli.c. Uestra. Sic faciebat Job. d. Cām quā nesciebam: diligentissime inuestigabam Job.29. Sic iudex āteqꝫ excōicet debet monere ꝛc.

De sen.ex. Sacro. Septima exceptio pōt addi: in casu in quo princeps pōt remittere iniurias ⁊ damna illata ꝓpter bonum cōmune pacis fiende. Octaua qꝛ cōsuetudo vniuersalis excusat: vt in.c. Sane de tempo.ordi. Et notat Glo ibi. Et etiaȝ in.c. Deniqꝫ.4. di. Et sic patet hec materia. Pōt etiā intelligi inhibitio euangelij de eradicatione ȝizanie vniuersali ⁊ oimoda: que fienda est tēpore messis.i.in fine seculi Ideo dicit. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem ⁊c.

¶ Quarto ⁊ vltimo notatur diuina iustitia in remunerando ⁊ hoc est qđ dicitur. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem: ⁊ in tēpore messis dicam messoribus. Colligite primuȝ ȝizania ⁊c. Isa.24. Congregabunt congregatione vnius fascis in lacū: ⁊ claudētur ibi in carcere ⁊c. Generalis ista messis est remuneratio extremi iudicij. Messores autem erūt angeli: qbus dicet christus Mat.13. Colligite primum ȝizania ⁊c.

Dominica in septuagesima. De euangelio. Sermo.19



Voca operarios ⁊ redde illis mercedē suā incipiēs a nouissimis vsqꝫ ad primos Mat.20. Ista dñica dicitur in.70. Ratio qa antiqui pr̄es incipiebant hodie ieiunare: ⁊ vocabant istā dñicaȝ de septuagesima: qa pnīa fit ꝯtra septē peccata mortalia: in qbus oia alia peccata reducūtur: imminuti vero in deuotione nō incipiunt pniam vsqꝫ ad quadragesimā. Sed officiū ⁊ nomen huius dñice adhuc remanet. De dominica ergo ista erit sermo. Tenebo modum conuiuātis: quia sup mensam euangelij dabo vobis de tribus escis: in quos diuiditur totum euangeliū.

¶ Prima est diuina vocatio.
¶ Secunda est digna retributio.
¶ Tertia est humana correctio.
¶ De prima dicit thema. Voca ⁊c. Et est verbum patris ad filium.

¶ Prima ergo est diuina vocatio: quando deus vocat aliquem per gratiam ad vineam idest ad bonam vitam: ⁊ ista vocatio fit diuersimode: vt dicit principiū euangelij: quia quosdam vocat hora prime ⁊c. Quinqꝫ hore ponuntur in euangelio ad denotandum.5.hominis etates. Prima est hora prime: ⁊ nota primam etatem: que dicitur pueritia vsqꝫ ad.14.annum: quia sicut illa hora incipit claritas diei fugans tenebras noctis: sic in hac etate incipit claritas discretionis ⁊ timoris dei ⁊c. Tales quandoqꝫ vocantur a deo per gratiam: sicut legitur de Mauro ⁊ Placido ⁊ Musa puella: de qua Greg.in dialogo lib.2.⁊.4. c.18. Et ad hoc multū possunt iuuare parentes: q debēt tales instruere in hac etate: qa sunt sicut arbores flexibiles: vel sicut cera mollis. Debēt ergo parētes instruere tales ad adorādū: ⁊ audiēdū s̄mones: ad confitendū etiā a qnqꝫ ānis: qa Greg. recitat i 4. Dialogoꝝ.c.19. Puer qnqꝫ annoꝝ fuit dānatus. Et decretalis extra de delic. puerorū.c.i. dicit ꝙ talis etas plena est delictis preter fornicationem. Item quando sunt decem vel duodecim annorum ꝙ communicent ⁊c. Sed multi non curant de bono nutrimento puerorum: sed solū ꝙ sint pasti ⁊c. Dic vt expedit. Iō Apostolus Patres nolite ad iracundiam supple dei prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina ⁊ correptione domini Ephe.6. Nota in fine istius: prime partis ꝙ puer ante pubertatē.i.14. ānos in mare ⁊.12.in femina.nō potest assumere habitum probationis in aliqua religione inuito patre: sed habet annum ⁊ diem ad reuocandum. 20.q.2.c.i. Et.c. Puella. Nota ꝙ etiam volente patre in hac etate nō potest profiteri vt in.c.i. De regu.lib.6. De talibus dicitur. Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo: ad deum qui fecit illum ⁊c.

¶ Secunda hora dicitur hora tertia: ⁊ significat secundam etatem hominis que dicitur adolescentia: a.14.anno vsqꝫ ad.25. In hac etate sunt maiora pericula per insurgentes motus tentationum ⁊c. De talibus Trenorum.3. Bonum est viro quum portauerit iugum ab adolescentia sua: scilicet obedientie ⁊ deuotionis. In hac etate possunt intrare religionem: ⁊ non ante: vt in.c.i.de regularibus lib.6.

¶ Tertia hora dicit̃ hora.6. In qua sol est in medio ⁊c. Talis etas dicit̃ Juuẽtus seu virilitas a.25 anno vsq͂ ad.50. Postq͂ pri/mas etates expendit homo in vanitate: ⁊ postea cognoscens hõ ꝙ honores mũdi: di/uitie: ⁊ voluptates: nõ sunt nisi ventus ⁊c. ꝯuersus ad deũ dicit̃ vocari hora sexta. Et potest dicere illud ps.58. Fortitudinẽ meam ad te custodiam ⁊c.

¶ Quarta hora dicit̃ nona: in qua incipit sol declinare.i. senectus: in qua fortitudo corporis ⁊ claritas intellectus incipit defi/cere: tunc aliqui ꝯuertunt̃ ad deũ: sed cum difficultate. Vñ dicit ṽsus prouerbialis.
Qui nõ assuescit virtuti dum iuuenescit.
A vitijs nescit discedere qñ senescit.
Et ꝓuerbium est Adolescẽs iuxta viã suã ⁊ cuȝ senuerit nõ recedet ab ea. Illi tñ qui ꝯuertuntur ad deum in senectute dicunt̃ vocari hora nona.

¶ Quinta hora.xi. que est inter vesperas ⁊ cõpletoriũ dicit̃ decrepitas: sed est diffi/cultas magna ꝓpter ꝯsuetudinẽ: que ẽ ef/fecta altera natura.l.i. vbi Glo.ff. ad mace/do. ⁊ per phm in lib. de memoria ⁊ remini. Jere.13. Si mutare põt ethiops pelleȝ suã: aut pardus varietates suas: sic ⁊ vos pote/ritis bñfacere cum didiceritis maluȝ: ideo caueatis a mala ꝯsuetudine. Oẽs vellent vocari ista hora: sicut bonus latro ad vi/nee culturã. Querit sctũs Tho. in.2.2. q.97. ar.3. Vtrũ ꝯsuetudo preiudicet legi: Rñdet ꝙ sic ꝯtra legem humanalẽ sed nõ diuinalẽ: q2 tunc ꝯsuetudo nõ minuit pec/catum: sed auget. Cõcordãt Canoniste. de simo.c. Nõ satis. Et ꝙ nota.8.di. frustra. ⁊ in.c.fi. de ꝯsuetudine. Et qđ dico de vna ꝑsona ne assuescat peccatis. Idem dico de cõitate: ne assuescat dissimulare peccata no/toria: alias ira dei est ꝯtra eam: nõ dico me/retricibus publicis: q2 ꝓpter maius malũ euitandum: permittuntur ab ecclesia: sed de alijs: sicut de facturis notorijs: de blasphemijs: de negligentijs festiualibus: de lenonibus: de meretricibus particulari/bus extra locũ publicũ.s. lupanar. Sȝ no/ta ꝙ potest dici ꝙ hec hora.xi. est vltimus terminus vite hois ꝓpinqu9 morti: in quo plerũq͂ ꝯuertunt̃ aliqui lȝ pauci. Dic exem/plum qđ refert Greg. in homelia hodier/na: ⁊ etiã refert in.4. dialog.c.40. de Teo/doro: qui in morte videbat se deuorandũ a dracone ⁊c. Talis etiã fuit latro in cru/ce. Et nota ꝙ ꝯducti in tertia hora vsq͂ ad xi. dicũtur fuisse ociosi ⁊c. Ociosi dicuntur qui aut nihil operant̃: aut inutiliter operã/tur. Sicut sunt qui stant in mundo: qui in sero mortis nihil reportant ⁊c. Sed nota qđ dicit multi sunt vocati pauci vero ⁊c. Ideo christus. Contendite inqt intrare ꝑ angustã portã: q2 multi dico vobis querẽt intrare ⁊ nõ poterunt Luc.13. Angusta por/ta est.pnia ⁊c. Ecce prima esca.

¶ Scđa esca est digna retributio.s. per glo/riã. de qua dic̃ thema. Voca operarios ⁊c. Sunt verba dei patris ad filiũ: qui inquã/tum deus: est dñs cum patre: sed inquãtũ homo: est ꝓcurator dei ⁊c. Nota singulos denarios: denarius significat gloriã. Nota que sunt in denario. Primo scriptura.2° ẽ ibi imago ꝑncipis.3° est figura spherica.s. rotunda. Scriptura significat vnã excellẽ/tiam.s. sciẽtiam: qua ipletur quantũcunq͂ fuerit homo rudis. Videt enim oia in ver/bo. Da similitudinẽ sicut si esset vnum spe/culũ in quo repñsentarent̃ omnes creature: Vñ Greg. Quid est qđ non videant qui videntẽ omnia vident: Et.i. Cor.13. Vide/mus nũc per speculum in enigmate: tunc aũt facie ad faciem: nũc cognosco ex pte: tũc cognoscã sicut cognitus sum. Debet er/go studere homo in studio bone vite. No/ta ꝯtra illos qui student in speculatiuis: ⁊ nolunt scire patriã dum sunt in vita. Ta/libus continget sicut illis qui dum ambu/lant: tenẽt oculos eleuatos ad sydera ⁊ ce/lum: ⁊ in itinere est puteus in quẽ cadũt: q2 nõ videbant illum ⁊c. Sic tales qui va/cant speculatiuis incidunt in puteum pec/cati mortalis: quẽ nõ vident: q2 nihil sciũt de casibus ꝯscientie: ⁊ de his que pertinẽt ad ꝯscientiam dirigendã: dum vacant cu/riositatibus speculatiuis. Scđo imago denarij significat fruitionẽ quã habent de deo cui assimilantur per gloriã: per quam habent omnia bona. Boetius. Beatitudo est status omniũ bonoꝝ aggregatione per/fectus. Nota omniũ bonoꝝ. Sicut si ego haberem vnũ lapidẽ preciosum ⁊ respiciẽ/do in eum haberem quicquid vellem. Sic

ibi anime ↄtēplantes in xp̄m habēt vnum lapidem preciosum. De quo in ep̄la. Petra aūt erat xp̄s: quem intuēdo habent omne bonū.s.qn̄ eris in gloria. Exo.33. Uel dic ꝙ imago significat dilectionem qua diligunt deū. Imago enim est causa dilectionis ⁊ etiā similitudo. Nota tres imagines. Una que habet per naturā: de qua Gen̄.i. Faciamus hominē ad imaginē nostram ⁊c.

Sc̄da per gratiā: hec perdit per peccatū mortale. Tertia per gloriā: ⁊ hanc habēt beati: qui efficiunt similes deo ꝑ participationē glorie: que ↄsistit in visione dei: iuxta illud. Hec est aūt vita eterna: vt cogno.te. solum deū verū ⁊ quē misisti Jesum xp̄m. Jo.17. De hac imagine loquitur Ap̄ls.2. Cor.3. Nos vero oēs reuelata facie gloriā dn̄i speculantes in eandē imaginē trāsformamur a claritate in claritate: tanq̄ a dn̄i spiritu ⁊c. Propter hanc similitudinē beati vocant dij estis ⁊c.s. participatiue. Un̄ .i.Jo.3. Scimus qm̄ apparuerit similes ei erimus: qm̄ videbimus eum sicuti est. Itē Ro.8 Quos presciuit ⁊ p̄destinauit ↄformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratrib[9]. Quarto dicit denarius: q2 datur in premiū obseruantie decē preceptorum legis. Quinto dicit denarius: q2 gloria dicit dies ꝓpter claritatem ⁊ lumen: ⁊ est vna dies. p̄s.83. Melior est vna dies in atrijs tuis ⁊c. vel dicit denarius: q2 datur in premium gratie: q̄ est dies. Jo.9. Tertio figura circularis denarij significat ꝑpetuitatē glorie: q2 sicut talis figura nō h3 principium neq3 finem: sic nec gloria vite eterne respectu obiecti. Et ē duplex q̄stio. Prima est: q2 si oēs beati habēt quilibet vnū denariū: vt dicit in euangelio. Ergo oēs sunt equales in gloria? R[o] ꝙ gloria obiectiua nō est nisi vna: sed possessores sunt multi: sc̄3 diuersitatē aūt possessorum diuersificat gloria. Exēplum de sole qui nō est nisi vnus: s3 eius calor nō equaliter sentit ab oībus: q2 plus collericus q̄3 flegmaticus. Item claritas solis equaliter tangit oīa vasa: sed plus resplēdet vas auri vel argenti q̄3 ligni. Idem de deo. Nam s̄m ꝙ sanctus plus habuit de charitate: vel de gratia hic: tāto plus h3 de gloria ibi. Ideo ap̄ls.i.Cor.15. Alia claritas solis: alia claritas lune: ⁊ alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate ⁊c. Ita de sanctis in gloria. Jo.14. In domo patris mei mansiones multe sunt: ꝑ quas vt Augu. dicit. Diuerse meritorum dignitates intelligunt in vita eterna. Diceret aliquis: ⁊ est sc̄da q̄ō. Nunqd illi q̄ h̄nt paruā gloriam inuidēt illis qui h̄nt maiorem? Dico ꝙ nō. Similitudo de filijs magnis ⁊ paruis: quorum iunior nō inuidet de tunica maioris: q̄3uis habeat plus de pāno: q2 nō cōpetit sibi. Sic sancti induunt eodē pāno glorie obiectiue: sed vnus h3 plus: alius vero minus nec inuident nec vellent ꝑmutare. Quilibet enim ↄtentat de hoc qđ h3: ⁊ gaudet de gloria alterius. Iō ap̄ls.i. Cor.3. Unusquisq3 aūt ꝓpriam mercedem accipiet s̄m suum laborē. Et sicut vnus nō inuidet alteri: sic etiā nec vnus desiderat gloriā alteri[9] maiorē: alias nō esset beatus si desideraret aliquid qđ nō haberet. Et ratio quare nō desiderat est: vt dicit Tho. in.i.2.q.5.⁊.2.2. q.26.ar.3. Quia q̄libet ibi diligit plus deū q̄3 seipsum: ⁊ ideo magis vellet illud ꝙ ē cōuenientius deo q̄3 illud: qđ melius esset sibi ⁊c. Est ⁊ alia ratio ꝙ quilibet beatus ē ꝑfectus ⁊ iustus: ergo nō desiderat iniustū. Esset aūt iniustum ꝙ gloria det maior q̄3 requirat meritū ipsius ⁊c. Nec obstat qđ dicitur hic de murmuratione. Responde vt in tertia parte sermonis sequente.

¶ Tertia ratio: est ratione sufficiētie: q2 q̄libet ē beatus ⁊ ↄtētus. Nō aūt esset beatus si aliq̄d desideraret quo careret. Incipiens a nouissimis. hoc intelligit tripliciter.

Primo tēpore vocationis particularis. Un̄ Glo. Prius latronē q̄3 Petrū in paradisum introduxit. Sc̄do modo a nouissimis. s̄m statum ecclesie de vtroq3 populo collecte. Et sic nouissimi dn̄r gentiles. Primi vero iudei: vt hic dicit. Tertio modo nouissimi s̄m etatem hoīum a nouissimis vsq3 ad primos etate hoīum. Un̄ Glo. prius aliq̄n remunerant vocati in senectute q̄3 in iuuentute: q2 prius de corpore exeūt.

¶ Tertia esca est sp̄ualis correptio ꝑ iustitiam.s. ꝙ deus corrigat defectus nostros ꝑ iustitiam: cū dicit. Et accipientes murmurabant. Nō intelligatis ꝙ in paradiso sit inuidia sed in hoc mundo: q2 populus q̄ pri

mo venit in vineā dei.s. ad seruitium dei. Primo vocati fuerunt iudei: ⁊ nos christiani vltimo: ⁊ inuidēt nobis intm̄ ꝙ credūt ꝙ Saluator nō debuit saluare nisi Judeos. Jdeo qn̄ xp̄s predicabat alijs.s. Samaritanis indignati dicebant sibi Jo.8. Non ne bene dicimus nos: qꝛ samaritanus es ⁊ demoniū habes? Et hec inuidia Judeoꝝ adhuc durat: intm̄ ꝙ si possent occidere nos facerēt. Nota exēplum de quodā Judeo moriente: qui dixit amicis flētibus: qꝛ letus moriebat̄: qꝛ de inimicis eoꝝ occiderat mille arte sua medicine. Nota hic participationē xp̄ianoꝝ cum Judeis. Hic populus incepit murmurare: qꝛ displicet eis ꝙ saluemur. Sed tūc obstat: qꝛ dicit̄ ꝙ acceperunt singuli singulos denarios. Sʒ ℞. dicuntur accipientes.i. putantes se accepturos. Deo gratias.

¶ Eadem dn̄ica septuagesime. De ocio. Sermo.20.



Quid hic statis tota die ociosi? Mat. 20. Verbū ꝓpositū dat mihi motiuū predicandi de peccato ociositatis: vel accidie: qꝛ istud inducit alia peccata ⁊c̄. Sciendū est ꝙ persona dicit̄ ociosa: vel qꝛ nihil facit nisi vana: vel qꝛ lʒ laboret tamē de sero nullum lucrum apportat. Sic spūaliter quidā dn̄r ociosi: qꝛ nihil faciunt: aut qꝛ viuunt in peccato mortali: qd̄ nihil est nisi priuatio. Aug. Peccatū est priuatio vel negatio spēi: modi: ⁊ ordinis: spēi.s. nature: quādo.s. opus de sui natura est malū: vt furtū: homicidiū ⁊c̄. Q̄nq̄ȝ priuatio modi: vt qn̄ opus nō est malum: sed nō adhibet̄ debitus modus. Verbi grā. Facere litterā ex importunitate petentis. Jteȝ tali modo posset dici missa ꝙ esset peccatū mortale: vt post prandiū: ⁊ sic de alijs: vt in loco inhonesto: vel sine aliqua veste puta planeta: vel stola: vel camisia ⁊c̄. Q̄nq̄ȝ ē priuatio ordinis.i. finis ad quē debet ordinari opus: vt siquis facit elemosynam vidue: vel puelle intentione peccandi cū ea: non est ibi ordo: qꝛ intentio ordinat̄ ad pctm̄.

Jdem si dicat̄ missa: vel predicet̄ intētione laudis humane. Patet ergo ꝙ peccatum mortale nō est nisi priuatio formaliter: vel negatiue. Jtē Aug. super Jo. Oia ꝑ ip̄ȝ facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nihil Jo.i. dicit. Peccatū nihil est: ideo hoies cuȝ peccant faciūt nihil: ⁊ nihil fiunt: ⁊ sic actiue ⁊ passiue. Nō quidē quantū ad naturam sed q̄ntū ad gratiā dei: ad cuius gratie habēde finē creatus est hō: quē finem cū nō hʒ dicitur nihil esse: sicut dicit̄ arbor nihil valere si nō facit fructū: qꝛ frustratur fine suo: q̄ est fructus: lʒ habeat esse vt valeat ad cōburēdū. Jō Jere.io. Corripe me dn̄e: verūtn̄ in iudicio ⁊ nō in furore tuo: ne forte ad nihilū redigas me. Qui ergo viuit in peccatis dr̄ ociosus: qꝛ nihil facit. Scd̄o dn̄r ociosi: qꝛ multa faciunt ⁊ magna: sʒ in sero mortis nihil portant: vt illi q̄ laborāt hic ad aggregandū diuitias: possessiones: dignitates: officia ⁊c̄. que oia remanent hic qn̄ moriunt̄: ⁊ anima nuda vadit coram xp̄o. Cui dicit xp̄s. O miser vbi sunt tot diuitie ⁊c̄? Et ideo vt ociosus ꝯdēnabit̄: ⁊ tanq̄ȝ nudus ⁊ pauper mittet̄ ad hospitale miseroꝝ.i. in infernū. De talibus dicit scriptura. Infelix est ⁊ vacua spes illoꝝ: ⁊ labores sine fructu: ⁊ inutilia opera illorum Sap̄.3°. Et Sapie.5. dicūt damnati in inferno. Quid nobis ꝓfuit superbia? aut diuitiaꝝ iactantia q̄d ꝯtulit nobis? Transierūt omnia illa tanq̄ȝ vmbra ⁊ tanq̄ȝ nuncius ꝑcurrens ⁊c̄. Econtra de illis qui ꝯgregant thesauros spūales audiēdo missas: sermones: faciēdo elemosynas ⁊c̄. Tales vadunt cū thesauris meritorijs: ⁊ semꝑ erūt in gloria beati. Apoc.14. Audiui vocē de celo dicentem mihi: scribe. beati mortui q̄ in dn̄o moriunt̄. Opera enim illoꝝ sequunt̄ illos. Nō enim sequunt̄ eos amici nec parētes nisi vsq̄ȝ ad ecclesiā: nō thesauri: neq̄ȝ honores. p̄s.48. Diues cum dormierit nō sumet oia: neq̄ȝ descendet cū eo gloria eius: sʒ solum op̄a illoꝝ sequunt̄ illos. Vn̄ habent premiū.s. denariū diurnū vt hic. Ex istis sequit̄ correlariū: ꝙ falsum est iudiciū hominū mūdanoꝝ. Dicit̄ de diligēti mercatore: vel laboratore. O quō est diligens: sic de armigero ⁊c̄. Sed si vacat deo ⁊ spūalibꝰ dicunt. O quō est ociosus. Sic dicebat Ju

lianus apostata ⁊c̄. Sed in sero mortis osti
detur quis fuit ociosus vel diligēs: qꝛ tūc
dicet christus mūdanis. Quid hic .s. in hoc
mundo statis tota die ociosi? Rephenden
do dure illos q nō faciunt opera spūalia.
Pꝫ thema. Nota ꝙ in themate sunt qnqꝫ
dictiones: ⁊ vltimo .s. ociosi: includit vitium
seu peccatū ociositatis: qd hꝫ quattuor re
prehensiones: ꝑpter qd ꝓponunt quattuor
dictiones: ⁊ quelibet dat ratione quare vi
tium ociositatis est reprehensibile.

¶ Primo quia est ꝯtra virtualem opera
tionem vel discretionem: quid ociosi.

¶ Scd̄o quia est cōtra naturalem habita
tionem. hic ocio.i.

¶ Tertio ꝯtra humanalem conditionem.
statis ociosi.

¶ Quarto quia est ꝯtra tēporalem dura
tionem. tota die ociosi.

¶ Primo dico ꝙ ociuꝫ est ꝯ virtualē opa
tionem eo ꝙ est ꝯ ordinē rōnis: q ꝯsistit in
hoc ꝙ vult qescere. Vn̄ nota ꝙ ꝯsuetudo
scripture est quando vult reprehendere ali
quid qd est ꝯtra virtutem: rephendit cō
muniter ꝑ quid: vt pꝫ Mat. 26. Nota hi
storiā de Magdalena. De qua xp̄s rephen
dēs aplos di it. Quid molesti estis huic
mulieri ⁊c̄? Sic christus rephendēs in no
bis peccatum ociositatis dicit. Quid hic
statis ociosi? qꝛ ꝯ virtutem ⁊ discretionem
est. Ratio: qꝛ si rusticus q habet domū ple
nam filijs: ⁊ nō pōt eis prouidere: cui dn̄s
cōpatiens tradit possessiones vt inde vi
uat laborādo ⁊c̄. Si talis nō vellet labora
re: imo permitteret se mori fame: digne re
prehenderetur. Quid hic stas ociose: sic
deus cuilibet nostrū dedit possessionē ter
re .s. corpus. Gen̄. 2. Formauit igit deus ho
minē de limo tre. Quare? vt laboraremꝰ. ⁊
qꝛ spinas ⁊ tribulos germinat nobis. Vn̄
illud qd dixit dn̄s Ade. Maledicta terra
in opere tuo: in labore comedes ex ea cun
ctis diebus vite tue: spinas ⁊ tribulos ger
minabit tibi Gen̄. 3°. Potest intelligi etiā
de terra corporis: que germinat nobis spi
nas tēptationum ⁊ tribulos cōcupiscentia
rum ⁊ miseriarum ⁊ infirmitatum ⁊c̄.
Formauit igitur nos deus de limo terre vt
laboraremus ⁊ seminaremus in ipsa terra
.s. in corpore: ⁊ faciamus fructus peniten
tie ⁊c̄. quibus possumus viuere in vita be
ata. Ista possessio terre arat cum cilicio: fo
ditur cum disciplina: vt faciebat sanctus
Dominicus: Franciscus: Benedictus ⁊c̄.
Si anime dānatoꝝ possent impetrare tan
tam carnem q̄nta est vna auellana ⁊ essent
viatrices: facerent tantā penitentiā ꝙ sal
uarent: qꝛ lꝫ modo faciant pn̄iam: tn̄ est in
fructuosa: qꝛ est extra carnem ⁊c̄. Ideo fa
ciamus penitētiam. Primo in oculis plo
rando. Scd̄o in auribus audiēdo missas
⁊ sermones. In naribus sentiendo fetorem
corporis ⁊ despiciendo nos ipsos ⁊ humi
liando. Ore orando ⁊ cōfitēdo: Corde con
terendo de peccatis. Pedibus peregrinan
do ⁊c̄. Ecce quare deus dedit nobis cor
pus vt faciamus fructꝰ ⁊c̄. Ideo xp̄s. Ego
elegi vos: vt eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fru.
¶ Tertia mors est gehennalis:⁊ hanc debemus timere.

¶ Quarta mors est eternalis:⁊ hanc debemus abhorere.

¶ Prima ergo est mors spūalis. Nam p peccatum mortale perditur gratia.p qua aia viuebat spūaliter.qua perdita dicitur homo mortuus spūaliter: ⁊ lz homo letet comedat ⁊ bibat ⁊ ornetur exterius:aia tm̄ interius iacet mortua:corrupta ⁊ fetida.sicut corpus mortuum in sepulcro. Ideo dixit xp̄s peccatoribus. Ve vobis qui similes estis sepulchris dealbatis que a foris aparent hoibus spetiosa: inter vero sunt plena ossibus mortuorum ⁊ omni spurcitia Mat.23. De hac ergo morte do vobis auctoritates:⁊ similitudines. Auctates qdem habentur in veteri testamento ⁊ in nouo. In veteri qdem:sufficiat pro nunc vna q̄ habetur Eze.18. Anima que peccauerit ipsa morietur. Nota peccauerit.s.mortaliter: qa peccatum veniale non dat mortē hanc aie:nisi dispositiue vt infra dicetur:in materia peccati venialis. Item in nouo testamento peccatū suple mortale cum ꝯsumatum fuerit:generat mortē Jaco.i. Non loquitur de morte corpis:qa non statim moritur peccator morte corpali: sed loqtur de morte aie:⁊ dicit cū ꝯsumatum fuerit.s.per consensum. Peccatum.n.hz principiuz in cogitatione:medium in delectatione:finem vero seu consumationē in consensu. Principium.i.sola cogitatio:est veniale. Mediū est veniale. Cōsumatio aūt cū consensu:est mortale. Si ille actus d genere suo est mortale:etiam si nō pcedat ad opus exterius ⁊ generat mortem aie de iure diuino.lz de iure positiuo in foro contentioso: talis consensus non fit punibilis.si nō procedat ad actum exteriorem qa cogitationis penam nemo patiatur.vt dicit textus lege.Cogitationis.ff.de penis ⁊ de peni.di.i. cogitationis.⁊ occultoꝝ siue secretoꝝ cognitor:⁊ deus iudex est vt dicit tex.32.di. Erubescant Et extra de simo.c.tua ⁊.c.sicut. Nota hic contra aliquos qui male sciunt cōfiteri:qa nunquā cōfitentur de cogitationibus malis:qa ex quo homo non procedit ad actū exteriorem credere non peccasse:contra qd dicitur Mat.5. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Similitudo aūt per quā ostēditur φ per peccatum mortale homo dicit mortuus quantum ad aiam: sine a morte corpali. Nam pp duo signa ostendit hoiez esse mortuū corpaliter. ¶ Primū est imobilitas. ¶ Secdm est insensibilitas: sic i peccatore:qr p pctm̄ mortale efficitur hō imobilis sicut lapis Exo.15. Fiant imobiles q̄si lapis sicut.n.lapis nūq̄ mouet neqꝫ minuitur neqꝫ auget:sic pctōr excissus a deo cum gladio peti mortalis:in tm̄ fit durus i corde ⁊ aio φ neqꝫ a terrenoꝝ effectu eleuat neqꝫ in sua malitia minuitur. nec augetur in bono sed in malo.sicut ps. Supbia eoꝝ q te oderunt ascēdit semp:ideo sicut lapis dr̄ quasi ledens pedem:sic pctōr est aptus alios ledere pp scandalum ⁊ malum exemplum:a qbus orabat Dauid liberari:di. Custodi me a laqueo quē statuerunt mihi

⁊ a sctā opa ini. ⁊c. ¶ Scd̄m signū est in-
sensibilitas: qa oēs sensus in eo ꝑduntur.
Caret.n.spūali visu ꝓpter ignorantiam q2
ois peccator ignorans est. Unde Sap.2.
Excecauit illos malitia illoꝝ. Item caret
auditu ꝓpter inobedientiā ⁊ efficitur ita
durus ꝙ nō vult audire vocē dei cōtinue
vociferantis: per scripturas ꝑ ꝑdicationes
per exēpla mortuoꝝ. Jam de petōre dicit
Job. Cor eius indurabitur sicut lapis ⁊c.
Job.41. Nōne durus esset lapis qui non
posset frangi nec per maleū nec per pico-
nem vel scarpellū vel moliri per ignem. ⁊c.
Sic cor petōris impenitēs: nō frangitur ꝑ
maleum verboꝝ dei que dicit malleum ⁊ ēt
ignis. Jere.23. Nūqd verba mea sunt qua
si ignis ardens: dicit dn̄s: ⁊ quasi maleus
conterens petrā. Item nō frangitur per pi
conem ⁊ scarpellū exēplo alioꝝ quos con-
tinue videtis migrare de hoc seculo frauda
tos a desiderijs suis: qa desideriū petōꝝ
peribit. ⁊ tamen estis semꝑ in eodem statu
omni die venitis ad predicationes. ⁊ ad
missas ⁊ tn̄ non mouemini: modo neqꝫ vsu-
rarius ab vsura. nec superbus. ab honori
bus ⁊ officijs. nec luxuriosus a voluptati-
bus: immo qd̄ peius est multi vadunt ad
ecclesias vt videant mulieres ⁊c. Nota de-
mercato ꝙ fit in maiori ecclesia ⁊c. Ecce
quomodo peccator perdit auditum. Econ-
tra de homine bono dicitur. In auditu au
ris obediuit mihi. ¶ Item caret olphatu
propter inuidiam que non permittit bonū
odorem habere nec complacentiam in bo-
nis proximi: vel per odorem intelligo famā
quā peccatum facit perdere. ¶ Item caret
gustu per accidiam que non gustat bona
spiritualia quia non vacat nec videt quā
suauis est dn̄s. 1. Cor.2. Animalis homo nō
percipit ea que dei sunt. sicut ⁊ porcus ma-
gis delectat de luto ꝙ̄ de aqua mūda. Et
leo magis delectat de carnib' quā de flori
bus. quo contra. dicitur Isa.6. dī. Ue qui
dicitis malum bonum: ⁊ bonum malum.
ponentes tenebras lucem ⁊ lucem tene-
bras ponentes amarum in dulce ⁊ dulce
in amarum. ¶ Item caret tactu per iner-
tiam qa nō extendūt manus ad bona ope
ra. Unde de talibus posset dici illud Ocu
los habent ⁊ non videbunt: Aures habēt
⁊ non audient. Nares habent ⁊ non odo-
rabunt. Manus habent ⁊ non palpabunt
Pedes habent ⁊ non ambulabunt ⁊c.
ps. Item Isa.6. ⁊ Mat.13. Auditu audie-
tis ⁊ non intelligetis ⁊c. Uidentes videbi-
tis ⁊ non videbitis. Incrassatum est enim
cor populi huius ⁊ auribus grauiter au-
dierunt ⁊ oculos suos clauserunt ne quan
do videant oculis ⁊ auribus audiant: ⁊
corde intelligant ⁊ conuertantur ⁊ sanem
eum. Et.5.c. Precipit diabolo dicens ex-
ceca cor populi huius. s. propter demeritū
peccati. ⁊ aures eius aggraua ⁊ oculos
eius claudi. ne forte videat oculis suis ⁊
auribus suis audiat. ⁊ corde suo intelligat
⁊ conuertatur ⁊ sanem eos. ⁊ Jere.5. Audi
popule stulte qui non habes cor qui habe-
tis oculos ⁊ non videtis. ⁊ aures non au-
ditis. Et Isa.43. Educ foras populum ce-
cum. ⁊ oculos habentem surdum ⁊ aures
ei sunt. Istam ergo mortem debemus fu-
gere quia potius omnia mala debemus
pati quam peccare. Nota exemplū de su-
sanna que dixit. Si enim hoc egero mors
inest: si autem non egero non effugiam
manus vestras. sed melius inest incidere
absqꝫ opere in manus vestras ꝙ̄ pec-
care in conspectu domini Dan.13. Sed heu
hodie pauci sunt qui effugiunt istam mor
tem: sed mortem corporalem multi ⁊c. cum
tamen hec fugi ⁊ euitari possit: illa vero
non. Ideo dicitur Eccl'i.21. Quasi a facie
colubri fuge peccatum. ⁊ infra. Dentes leo
nis dentes eius interficiētes aīas hoīum.
¶ Scd̄a mors est corporalis Hebreo.9.
Statutū est hominibus semel mori. ⁊ hec
mors procedit ex prima: quia nisi fuisset
mors anime ex peccato non fuisset mors
corporis. non quidem ex natura. sed ex gra
tia. vt supra dictum est. Uide supra arti.2.
sermone i. parte.5. Postqꝫ enim homines
diu vixissent in paradiso terrestri dixisset
deus michaelli vt collocaret in paradiso
celesti ⁊ sine dolore ⁊ morte fuissent in pa
radiso celesti collocati. sed ex morte aīe pro
cessit mors corpis. vt pꝫ Gen̄.2. Et si deus
dedit preceptū ipsi ade dicens. in quacūqꝫ
die comederis morte morieris. Deus dedit

hoc preceptum ade: vt cognosceret sup se
dn̄m ꝛ superiorem. alioquin forsitan gra/
uius corruisset per superbiam. Nota morte
morieris.s.aie ꝛ etiā corporis. Diceret ali/
quis quō est verꝫ hoc cum adam postquā
peccauit vixerit nōgentis annis ꝛ.30. Sic
habet Gen̄.5.c°. Hoc dixit ꝑpter neces/
sitatem moriendi: ꝛ ꝯtinuū cursum ad mor
tem. Est enim differētia inter mori ꝛ mor/
tuum esse.nam nos oēs nō sumus mortui:
ꝛ tn̄ ꝯtinue moriunt̄ dum viuimus. qꝛ me/
dia vitā in morte sumus.2.Re.14. Omnes
morimur ꝛ quasi aque in terra dilabimur
que nō reuertunt̄. Sic lapis dum cadit de
alto dr̄ lapis cadit: sed qn̄ iam est in terra
dr̄ cecidit. Ideo qn̄ aliqs interrogat̄ quid
facit pōt respondere morior: sicut qn̄ fur du
citur ad furcas pōt dicere vado ad mortē.
sic ꝛ nos ducimur ad mortē cum quadriga
solis: q habet quattuor rotas.i. quattuor
tp̄a anni.s. ver estatē: autūnuꝫ: ꝛ hyemem:
ꝛ sic fit executio ꝛ sn̄ia iam est lata ꝛ for/
matus ꝑcessus: de quo ꝑcessu. Notarius
dei dd.scribit: dicēs ps.138. Imperfectum
meū viderunt oculi tui. ꝛ in lib. tuo o.scri.
di.for.ꝛc. Sentētiā aūt scripsit alius nota
rius dei.s.Eze.di. Aia que peccaueuerit ip/
sa morietur Eze.18. Ideo debemus totis
viribus diuinā misericordiā flctibus flecte
re: vt mutet sn̄iam in nobis ꝛc. ¶ Et sic no
ta. ꝙ mors dr̄ naturalis ꝛ penalis diuer/
sis respectibus. Nam si ꝯsideretur respectu
cause efficientis p̄ncipalis que est de⁹. Ho
mo est imortalis. ꝛ sic etiā ex p̄te cause for
malis.q̄ est aia imortalis: ꝛ sic nō est mors
naturalis: sed est pena illata ꝑpter culpaꝫ:
si aūt ꝯsideretur homo ex p̄te cause mate/
rialis ē naturalis mors: vt dixi s̄.arti.2.ser
mone.4.p̄te.2.3.ꝛ.4. Et idem si ꝯsideratur
homo ex p̄te cause finalis que est visio dei:
pōt dici mors naturalis Exo.32. Non me
videbit hō ꝛ viuet: vt dixi sermone vbi s̄
p̄te.5. Et tangit Tho.i.2.q.85.arti.vlt. Sꝫ
vide h̄ latius inferius in hoc sermone im/
mediate in qōne. que incipit. Q uero vtruꝫ
mors ꝛc. Patet ergo quō ex pctō mors ꝑ
cessit: mors nō solum aie sed etiā corporis.
Ideo Ro.5. Per vnum hoiem peccatū in
trauit in mundum ꝛ ꝑpter pctm̄ mors: ꝛ
qꝛ illa mors incerta est: quadruplici incerti
tudine.s.qn̄.vbi.quō.ꝛ in quo statu. Decla
ratꝫ certissima sit. Et ideo deberemus ꝓui
dere: qꝛ fugere eam nō possumus. Ideo di
cit ecclesia. Emēdemus in melius que igno
ranter peccauimus: ne subito p̄occupati
die mortis queramus spacium p̄nie ꝛ inue
nire nō possimus. Ideo in die cinerꝫ da/
tur cinis: ꝛ dr̄ Memento homo qꝛ cinis es
ꝛ incinerem reuerteris. Nota pratice ꝯtra
multos qui fugiunt mortem corporis: sed
nō aie ꝛc. Prouideamus ergo ꝯitēdo de
peccatis ꝑ tēpore ꝛ nolimus expectare ad
mortem: qꝛ nemo scit vtrū homo moriatur
cum lingua vel sine lingua ꝛc. Eccli.17. dr̄.
Ne demoreris in errore imploꝝ ante mor/
tem cōfitere. a mortuo enim quasi nihil pa
rit confessio. ꝯfiteberis viuens. Viuus ꝛ
sanus ꝯfiteberis ꝛ laudabis dn̄m ꝛ gloria
beris in miserationibus eius. Item dn̄s
dicit Luc.12. Ideoqꝫ estote parati: qꝛ qua
hora nō putatis filius hois veniet. Nota.
hic de testamētis fiendis a viuis ꝛc. Nota
ꝯtra illos q debent restituere mala ablata
ꝛ dn̄t ego dimittam in testō. Primo enim
nesciunt si moriantur cuꝫ lingua. Nota de
dn̄o Nicolao spāli ꝛc. Scdo dico ꝙ etiā
si faciant testamētum in morte. tūc nō p̄nt
benefacere: tum ꝑpter molestiam infirmita
tis: tum ꝑpter horrorem mortis: qꝛ mens
testatoris mortis cogitatiōe turbatur: tum
qꝛ videt ꝯtrouersias ꝯsanguineoꝝ de testa
menti factione. Tertio dico ꝙ hoc nō suffi
cit: qꝛ tenetur statim restituere si pōt: ideo
debet vnusqsqꝫ vestrū se preparare. Primo
ꝑ ꝯfessionem. Scdo ꝑ testamēti factioneꝫ
ieiunando: opera mi̇̄sericordie exercendo: ꝛ
alia bona opera faciendo.
¶ Tertia mors dr̄ gehēnalis vel inferna/
lis. Et hoc in alio mūdo. Postqꝫ.n. anima
transit de corpore cum peccato mortali sta
tim detruditur ad infernū: vt ꝓbatur. 21.
Job. Tenent tympanum ꝛ cytharā ꝛ gau/
dent ad sonitum organi ducunt in bonis
dies suos ꝛ in puncto ad infernus descen/
dunt. Nota tympanū significat peccatum
luxurie. Cithara peccatum auaritie. Orga
num peccatū superbie ꝛc. Declara vt ha/
betur ꝑ magistrum Vincētium dn̄ica scda
post festum trinitatis. sermone.5. parte.3.
Item Luc.6. Mortuus ē diues ꝛ sepultus

est in inferno. Probatur ⁊ ratione. qa sicut bonis premium sic ⁊ malis pena debetur sed de bonis. Patet ꝙ statim ad ꝑadisum euolant si sint perfecte boni: vt pꝫ Luc.23. Cum dñs pendens in cruce dixit latroni. Hodie mecum eris in paradiso: ergo ⁊c. Ad idẽ facit qd dic aplˀs.2.Cor.5.Scimꝰ n.qm̃ si terestris do.h.no.hu.ha.dis.ꝙ he. ex deo.habe.do.nõ ma.sꝫ eterná i ce. Per hoc ergo excluditur error quorundá gre/ coꝝ:qui dicunt aias ante corpoꝝ resurre/ ctionem: neqꝫ ad celum ascendere: neqꝫ ad infimum demergi. De quo per Tho.in.4. contra gent.c.91. De hac igitur morte gehẽ nali: loqt David dicens. Mors petõꝝ pes/ sima ps.33. Mala est mors que priuat ho/ minem vita corporali: peior qa priuat vita spũali grãm dei ab aia auferendo: sed pes/ sima est hec gehẽnalis: qa priuat vita eter na mors eternalis: que differt a.3.morte. h supra positam.

¶ Quarta est hoc. qa illa mors est solum in aia: sed h etiam post diem iudicij in aia ⁊ in corpore. De hac morte dicit Joannes Timidis ⁊ incredulis: ⁊ execratis: ⁊ homi cidis: ⁊ fornicatoribus: ⁊ nephariis: ⁊ ido/ latris: ⁊ oibus mendacibus ps illoꝝ est in stagno ignis ardentis: ꝙ est mors.2.Apoc. 21. Nota h.8.genera petõꝝ ⁊c. Dic vt ha/ betur in sermone predicto allegato supra proxima parte.4 Et nota dum dicit: ꝙ est mors scda. Diceret aliqs qũo tu dicis ꝙ scda mors est.4. Nota ꝙ dixi qttuor mor/ tes incurrit homo ꝓpter peccatum. quaruꝫ due prime sunt in hoc mũdo: alie vero due s.tertia ⁊.4.sunt in alio mundo.s.mors ge hennalis ⁊ mors eternalis. que est scda al terius mundi ⁊ est.4.computando mortes huius mundi: ⁊ alterius. vel dic.ꝙ est scda mors qꝫtum ad corpus. de hac vita debe/ mus semp orare dñm dicentes libera me dñe de morte eterna ⁊c. qd nobis ipse con cedat ipse dñs. Amen.

¶ Queritur vtrꝝ mors corpalis sit naturalis.

¶ Queritur circa ꝑdictá materiá vtrꝝ mors corporalis sit naturalis homini ⁊ videtur primo ꝙ nõ qa natura est instituta a deo Jo.i. Omnia per ipsm facta sunt: sed mors non est a deo: nam dicitur Sap.i. Deus mortem non fecit. ideo ⁊c.

¶ Preterea illud qd est sm naturam: nõ est pena homini: qa naturalia sunt conne/ nientia hoi ⁊ cuiuscũqꝫ: sed postea discon/ ueniens est: sed mors fuit pena originalis Gen.i. Quocũqꝫ die comederis morte mor rieris Ro.5. Per vnum hoiem peccatum intrauit in mundum ⁊ pro peccatum mors ergo ⁊c. Sed contra: quicquid est composi/ tum ex materia quattuor elementorum est corruptibile per naturam: sed homo est hmõi ergo ⁊c. preterea qcqd ponitur in dif finitione rei est de natura rei: sed mortalis ponitur in diffinitione hois. ergo ⁊c. Prete rea si mors hois non esset naturalis: ergo naturaliter esset hõ immortalis. Ergo post petm̃ esse etiá imortalis. nõ n. fuisset subla ta per petm̃ hoi imortalitas: sicut non imor talitas angeli: qa angelus non ꝑdidit na/ turalia per petm̃. vt dicit Damascenus er/ go nec hõ. Dicẽdũ ergo. ꝙ mors aliqbus respectibus ⁊ rõnibus est homini natura/ lis: aliqbus vero non pro cuius intelligen tia est notandum. ꝙ in homine est conside/ randa quadruplex causa.

¶ Pria est causa principalis ⁊ effectiua.

¶ Scda est causa formalis ⁊ perfectiua.

¶ Tertia est causa materialis subiectiua.

¶ Quarta est cá finalis completiua.

¶ Quantũ ergo est ad primá cám: mors non est hoi naturalis ⁊ sic credo debere in telligi dčm Aug.13. de ciui dei.c.13.in fi. qꝫti. vbi sic dicit. vnde constat inter xpia/ nos veraciter catholicos tenentes fidẽ et ipsam nobis corporis mortem non lege na ture qua nullam mortem hoi deus fecit: sed merito inflictam esse peccati: qm̃ petm̃ vindicans deus dixit hoi. in quo tunc om nes eramus. Terra es ⁊ in terram ibis.

¶ Pro cuius intellectu notádũ: qd deus est principalis causa effectiua hois sicut ⁊ aliaꝝ creaturaꝝ. Sciendum aũt ꝙ agens intendit eligere materiá ꝓportionatá for/ me. Si át aliqua materia nõ ꝓportionare tur hoi: h nõ ꝯtingit ex intentione agentis sed ex ꝯditione materie sicut faber ad fa/ ciẽdũ cultellũ eligit materiá durá ⁊ ducti lem quo suctiliari possit vt sic sit apta inci sioni: ⁊ sm hanc incisionẽ materia ferri est ꝓportionata forme cultelli. Sed h qd fer/ rum sit fragile ⁊ rubiginẽ ꝯhens: cõsequr

ex naturali conditione ferri:nec hoc eligit
artifex in ferro:sed magis repudiaret si pos
set. Similiter natura eligit corpus hūanū
vt sit materia cōueniens forme hūane:que
est aia q̄ꝫtum ad hoc ꝙ est tempate cōple
xionis:vt possit esse conueniens organum
tactus ⁊ aliaꝝ virtutū sensitiuaꝝ ⁊ moti
uarum:sed ꝙ sit corruptibile hoc est ex con
ditione materie:nec est electuꝫ a natura qn
potius natura eligeret materiā incorrupti
bilem si posset. Deus ergo cui subiacet ois
natura in ipsa suplectione hois suppleuit
defectum nature ⁊ dono iustitie originalis
dedit corpi incorruptionē quandā. Et ꝫm
hoc dicit ꝙ deus mortem non fecit. Sap.i.
Et ꝙ mors est pena peti.vt dicitur Ro.5.
⁊ hoc vult Tho.i.2.q.76.ar.5. ¶ Deus
ergo nō fecit mortem q̄ꝫtum per se intentā
duplici rōne. Prima philosophica ⁊ natu
rali:qa vt dixi intentio agentis est eligere
materiā ꝓportionatā forme:aia aūt huma
na q̄ est forma hois est icorruptibil':sꝫ ꝙ sit
incorruptibilis est ex conditione materie.
vt dixi ⁊ sic intelligitur illud. Deus morteꝫ
nō fecit. Sap.i.s.per se intentam vt exponit
Tho.pte.i.q.49.ar.2. Scripsi supra:lꝫ aūt
potuisset deus eligere materiaꝫ incorrupti
bilem hoi:tñ noluit:qa non erat cōuenien
tior materia ad talem formam. Item vt or
do vniuersi conseruaretur q ordo reqrit ꝙ
q̄dam sint que possint deficere. Quia cor
ruptio vnius est generatio alterius. Et ꝫm
hoc vt conseruaretur bonū vniuersi deus
ex cōsequenti ⁊ quasi per accñs causat cor
ruptiones reꝝ:iuxta illud.i.Re. Et dñs mor
tificat ⁊ viuificat ⁊ Deut.22.c. Occidā ⁊
ego viuere faciam: Et h̄ vult Tho.pte.i.
q.49.ar.2. ¶ Item est.3.rō quare deus cō
posuit hoiem ex materia corruptibili:vt iu
stitia dei cōseruetur:per quā homo qa pec
cabilis erat ⁊ peccaturus puniri potuisset
cuius pcti prescius erat deus. Hoc decla
ra vt scripsi supra ar.2.ꝫmone.4.parte i.
¶ Item est.4.rō vt posset homo premiari
per dei fruitionē vt habetur infra in.4.p.
¶ Scda rō ꝙ deus nō fecit mortē p se intē
tam est theologicalis.qa deus dedit donuꝫ
iustitie originalis per qd preseruari poterat
homo a corruptione. Ideo Tho.in pte.i.q.
97.ar.i. Dicit ꝙ ex parte cause efficientis q

est deus:in statu innocentie erat homo in
corruptibilis ⁊ imortalis.⁊ sic ēt est.3.rō qr
mors cum sit pura priuatio est nihil. ergo
nō est a deo principaliter intendēte sed per
missiue. Et sic habes primum. Item sctūs
Tho.in.4.contra gen.c.52.
¶ Quantū aūt ad scdam cām formalem
etiā erat homo imortalis.⁊ hoc siue loqui
mur de forma essentiali siue accidētali. De
forma qdem essentiali que est aia rōnalis.
Patet primo qdem qa aia est incorrupti
bilis ꝫm naturam. Unde ⁊ q̄ꝫtum in se est
appetit materiam incorruptibilem. Prete
rea si forma corpis celestis ꝓpter suam no
bilitatem ⁊ perfectionem ita satiat appeti
tum materie.vt nō appetat aliam formaꝫ
ꝓpter qd dicimus materiam corpalem ce
lestium esse incorruptibilem: multo magis
aia rōnalis que est nobilior forma:q̄ꝫ for
ma corpoꝝ celestiū. Debet hoc facere non
ergo ex defectu ipsius aie est ꝙ corpus sit
corruptibile.sed potius q̄ꝫ est in ipsa esset
incorruptibilis.⁊ confirmatur rō. qa in om
ni re natura pticularis que habetur a for
ma eius est propria virtus actiua ⁊ conser
uatiua ipsius.⁊ ꝫm hoc ois corruptio ⁊ de
fectus est contra naturā particularem cu
iuscūq̄ꝫ rei:vt dicit i.2.de celo ⁊ mũ. Tho.
i.2.q.85.ar.vlt. Unde dicit ibi Tho.ꝙ ex
parte sue forme naturalior est hoi incorru
ptio:q̄ꝫ aliis rebus incorruptibilibus:eo ꝙ
nulla forma rei corruptibilis pōt assequi
ppetuitatē sui preter aiam rōnalem: eo ꝙ
ipsa nō est oio subiecta materie corpali:si
cut alie forme:quimo hꝫ ꝓpriam opationē
immaterialē. ¶ De forma vero accidentali
loq̄ndo etiā non est mors hoi naturalis: ꝙ
pꝫ ⁊ in statu innocentie ⁊ in statu glorie
Nam in statu innocentie est immortalitas.
data hoi ex dono grē iustitie originalis. In
erat.n.aie vis q̄dā supnaturaliter diuinit⁹
data:p quā poterat corp⁹ ab oi corruptio
ne ꝯseruari quā diu ipsa subiecta deo man
sisset:ꝙ rōnabiliter factū est: vt ipsa forma
accidētalis esset conformis forme eēntiali.
Quia.n.aia rōnalis excedit proportionem
corpalis materie cōueniens fuit.vt in prin
cipio ei virtus daret̄ p quā corpus ꝯſuare
posset sup naturā materie corpalis: Istam
āt vim pdidit ipse hō p petm̄.⁊ q̄ꝫnꝫ graꝫ

recuperauerit ad remissionē culpe ⁊ meritū glie: nō tñ ad amisse imortalitatis effectū hec.n.reseruabit̄ tp̄o p quem nature defectus i melius repar dꝰ erat: vt dicit. Tho. pte.i.q.97.ar.i.ad.2. in statu ēt glie inherebit aie dispositio q̄dam p quā formaliter a corruptione phibet̄. qa vt dicit Aug. i epl'a ad discop. Tā potēti natura deus fecit aiā vt eius btitudine redūdet in corpꝰ plenitudo sanitatis.i.vigor incorruptionis: ⁊ s̄m h̄ dī homo icorruptibilis ex pte corpis vt not. Tho. pte.i.q.97.ar. vbi supra.

¶ Quantū ad tertiū.s.cāz materialē mors est hoi naturalis: triplici rōne. ¶ Prio pp ɔpōez materialē. ¶ Scd'a pp distantiā localem. ¶ Tertia pp deficientiā virtualem. De qbus dic vt scripsi supra arti.2.s̄mone 4. vbi agitur de morte: que est pena peccati originalis parte.2.3.⁊.4.

¶ Quantū ad.4.cām finalem etiā videt̄ mors esse naturalis. Finis.n. ppter quem creatus est homo est vt fruatur deo: frui āt deo nō pōt homo: nisi post mortē ergo ⁊c̄. Declara latius hanc rationem sicut scripsi supra arti.2.sermone.4.parte.5.

¶ De peccato in spiritum sanctum.

Sermo.12.



Quasi a facie colubri ⁊c̄. Seqt̄ predicare hoc mane de scd'a ɔsideratione pcti mortalis: vbi videbitur de pcō in spūm sctūz. Materia est vtilis ⁊ deuota. Salutet̄ virgo maria.

¶ Pro introductione ⁊ cōplemento s̄monis est notandū. ꝙ inter ceteras diuisiones datas a theologis de pctō mortali quas longū esset enumerare lōgius de eis predicare: vna distinctio datur que est talis: ꝙ pctm̄ mortale cōmittitur: aut cōtra deum: aut ɔ̄ seipm̄: aut ɔ̄ primū. De hac antē distinctione trimembri relinquā duo vltima mēbra ⁊ p̄dicabo de primo membro: vz. de pctō cōmisso in deū sub quo cadit pctm̄ in spūm sctūm de quo hoc mane p̄dicare intendo dn̄o concedente. Pro declaratione ergo huius materie. Tertia pūcta sunt p̄ncipaliter videnda.

¶ Primo quidem de ipsius quiditate.

¶ Scd'o de spēꝝ eius diuersitate.

¶ Tertio de eius irremissibilitate.

¶ Quantū ad primū. nota ꝙ pctm̄ in spiritum sctm̄ dicit̄ qa cōmittit̄ contra spūm sctūm in ꝑ contra. Quia aūt spūs sanctꝰ vt not. Tho p.i.q.36.ar.i.ad primū. Dupl'r pōt accipi: ideo dupl'r pōt dici peccatū i spiritū sanctum. ¶ Uno qdez mō pōt accipi in ꝟtute duaꝝ diuisionū ⁊ h̄ mō q̄libz. ꝑsona trinitatis pōt dici sp̄s.s. Nā ⁊ pī sp̄s ē ⁊ est sctūs. Et filiꝰ sp̄s est ⁊ est sctūs. Jo.4. Deus sp̄s est ergo ⁊c̄. Per h̄.n. qd' dī spūs imaterialitas diue substātie designat̄. Sp̄s .n. incorporeus ⁊ inuisibilis est ⁊ paꝝ hz de materia. Vñ oibus substātijs imaterialibꝰ ⁊ inuisibilibꝰ h̄ nomē attribuimꝰ. Per hoc ꝟo. ꝙ dī sctūs: significat̄ puritas diue bonitatis. ¶ Alioᵒ pt accipi sp̄s.s. i vi vnius diuisionis: ⁊ h̄ mō ex vsu eccl'e h̄ nomē sp̄s.s. est accomodatū ad significādū vnā triū ꝑsonaꝝ trinitatꝭ q̄ pcedit p modū amoris a pr̄e ⁊ filio. Scd'm hāc ergo duplicē diuisionē pōt dupl'r accipi pctm̄ in spūm sctūm. Nā si accipimꝰ p̄moᵒ peccatū in spūm.s. dī q̄libet blassemia dicta ɔ̄ diuinitatē pr̄is aut filij aut sp̄s.s. aut ɔ̄ opa eiꝰ. Et distiguit̄ h̄ mō pctm̄ i spūm.s. ɔ̄ peccatū seu blasphemiā i filiū hois de quo scribit̄ Mat.12. Ubi dn̄s dicit. qcūqꝫ dixerit ꝟbū ɔ̄ filiū hois remittet̄ ei: q āt dixerit ɔ̄ spūm.s. nō remitet̄ ei nz in h̄ seculo neqꝫ in futuro. Pctm̄.n. i filiuz hois itelligit̄ blassemia in xp̄m s̄m humanitatē. ⁊ vtroqꝫ mō peccabāt iudei in xp̄m sicut ēt peccauerūt olim in deserto: vt h̄ētur infra in.3.pte s̄mōis. Nā vt dicit Tho.22. q.14.ar.i. Xp̄s opabat̄ q̄dā hūanitꝰ: comedēdo: bibēdo: ⁊ alia huiuꝰ faciēdo: ⁊ q̄daz diuinitꝰ.s. demones eiciēdo: mortuos suscitādo ⁊c̄. h̄mōi. q̄ qdē agebat p ꝟtutē ppríe diuinitatis: ⁊ p opationē spūs sci: quo s̄m hūanitatē erat repletus. Judei āt prio q̄dē dixerūt blassemiā ɔtra filiū hois: cū dicebāt eū voracē ⁊ potatorē vini ⁊ publicanoꝝ amatorē. vt h̄ētur Mat.xi. Post modū āt blassemiauerūt in spūm.s. duz opa q̄ ipse opabat̄ ꝟtute ppríe diuinitatis ⁊ per opationē spūs sancti, attribuerunt principi demonioꝝ. Dicebāt.n. Hic nō eicit demones nisi i belzebub p̄ncipe d̄monioꝝ Mat.12. Mar.3.⁊ Luc.xi. Hodie ēt iudei non

cessant blasphemare christum verbo ⁊ ope
re: ⁊ si occulte faciunt nō imputatur recto/
ribus ciuitatum: sed quādo publice secus.
Nota. hic ꝯtra xp̄ianos qui ꝑmittunt iu/
deos emere seruos quos faciunt circūcidi
⁊ fieri iudeos: ⁊ paulatim incipiunt emere
teucros: sub quibus ement rusos: ⁊ sic erūt
dn̄i xp̄ianoꝝ cum sint serui nostri in. c. Et si
iudeos: de iudeis. Quinimo seruus empt⁹
ab eis si vult effici xp̄ianus eripitur in li/
bertatem: vt in. c. i. ⁊ vlt. de iudeis ⁊c̄. Dic
vt expedit ꝯ hunc defectum. Et sic iudei ꝓ
pter predicta dr̄ in sp̄m sanctū blasphe/
mare. Et sic pꝫ quō intelligat̄ hoc mō pec/
catum in spūꝫ sctm̄. Et hoc modo intellexe
runt antiqui. doc. s. Athanasius. Hilarius
Amb. Hiero. ⁊ Crisostom⁹: vt refert Tho.
22. q. vbi supra. ¶ Scd'o aūt modo pōt ac
cipi spūs sctūs: vt dixi supra in vi vni⁹ di/
ctionis: ita vt significet vnam ꝑsonam trini
tatis ꝓcedentem a patre ⁊ filio. Et ſm h
dicit̄ pctm̄ in spiritū sanctū ꝓut differt a
peccato cōmisso ꝯtra ꝑsonam patris vel fi/
lij. Dicit̄ aūt peccare in patr vel filiuꝫ: vel
spiritū sanctū. qn̄ peccatur ꝯ aliquid ap/
propriatum patri vel filio vel spūi sancto.
Est aūt notandū. ꝙ patri attribuitur potē
tia: filio sapientia: spiritui sancto bonitas.
Ideo peccatū ꝙ cōmittitur ex infirmitate
.i. ex impulsu passionis di ꝯ patrem. Pec/
catum vero ꝙ fit ex ignorantia est cōtra fi
lium. Peccatum aūt ex certa malitia que
opponit̄ bonitati est peccatū in sp̄m san/
ctum: qd' nō intelligitur qn̄ ex habitu vitij
acquisito peccatur: sed qn̄ voluntas tendit
in aliqd' malum ꝑ remotionē vel contem/
ptum aliensus ꝓhibētis peccatū: vt decla/
rat Tho. 22 q. 14. ar. vbi supra. 2. i. 2. q. 78.
ar. 3. ⁊ scripsi. s̄. ar. i. sermone. 5. pte. 5. Pono
exemplum in petro: paulo ⁊ iuda. Petrus
negauit ter xp̄m in nocte passionis ꝓpter
infirmitatē. i. ꝓpter impulsum passionis ti/
moris: q᷑ timens mortem negauit eū ma/
gis diligens corpus suum q̄ȝ christum. Nō
enim peccabat ex ignorantia quā confes/
sus fuerat corde ⁊ opere. d. Tu es christus
filius dei viui. Mat. 6. Et sic ex fragilitate
peccauit ⁊ sic dicitur peccasse cōtra patrē:
cui appropriatur potentia. Sic etiam dd'.
peccauit ex fragilitate cū bersabee. 2. Re. xi.

Et ideo christus misertus est sibi. Nam si/
cut dicit Luc. 22. Conuersus dominus re
spexit petrum ⁊ recordatus est petrus ver/
bis domini: sicut dixerat: ꝙ prius q̄ȝ gallus
cantet ter me negabis: ⁊ egressus foras fle
uit amare. Paulus aūt peccauit ex igno/
rantia: quia credebat bene facere ꝑsequē
do ecclesiam dei ⁊ sic dicebatur peccare cō
tra filium: cui appropriatur sapientia. Et
ideo necessaria fuit sibi medela sciētie: quā
contulit sibi xp̄s cum iret damascum ⁊c̄.
Sicut legitur Act. 9. vbi dicitur ꝙ circum
fulsit illum lux de celo qd' non solum fuit
verum de luce visibili: sed etiam de luce sa/
pientie inuisibili: que illuminauit intellectū
eius de sapientia ⁊ fide vera. Ideo dicit
ipse de se. Primus fui blasphemus ⁊ per/
secutor ⁊ cōtumeliosus: sed misericordiam
consequutus sum: quia ignorans feci in in
credulitate. i. Thi. i. ¶ Sic etiā Traianus
imperator ex ignorantia peccauit perse/
quens xp̄ianos: ⁊ ideo misericordiam cōse/
quutus est orante ꝓ eo Greg. Quāuis il/
lud fuerit specialissimum cōsequi veniam.
Sic etiam peccauit adam in filium. Quā/
uis enim adam nō fuerit seductus in hoc
in quo mulier: sicut dicit Apl's. i. Thi. 2. Tn̄
in hoc seductus est. qd' credidit veniale qd'
mortale erat: vt dicit Aug⁹ ⁊ post Tho. 2.
sen. di. 43. ar. 6. Argumēto. Iudas āt pec/
cauit ex malitia: non enim ex infirmitate
nec ex ignorantia: q᷑ iam nouerat ꝙ ad in
uocationem nois iesu christi ipse faciebat
miracula sicut ceteri apl'i sicut legit̄ Mat.
10. Ideo peccauit in sp̄m sanctum: cui ap
propriatur bonitas. Et q᷑ hoc peccatū est
grauissimum: ideo nunq̄ȝ meruit remissio/
nē q̄ȝuis multis medijs: xp̄s voluerit ip̄m
cōuertere. s. amore: qn̄ lauit sibi pedes: timo
re quādo dixit: ve homini illi ⁊c̄. Bonum
erat ei si natus nō fuisset homo ille Mat.
14. Dolore cum predixit traditionem: di.
Unus vestrum me traditurus est ⁊ cōtri/
stati val. ce. di. Nunquid ego sum rabi ⁊c̄.
Pudore cum dixit Iude. Tu dixisti ⁊c̄. sꝫ
nō fuit possibile: quia peccatū ꝙ ex mali/
tia cōceperat erat a deo grauissimuꝫ ꝙ cor
suum fecerat lapideum: ⁊ sic etiā peccatuꝫ
diaboli nō ex ignorantia: nec ex infirmita/
te ꝓcessit. Et ideo quia nullo ipellente pec

cauit:veniam nõ meruit nec merebitur in
eternum. Et his ergo.pꝫ quid est peccatum
in spũm sanctum illud.s.ꝙ ex certa mali/
tia cõmittitur que opponitur bonitati que
approbatur spiritui sctõ.ꝛ hoc vult magi/
ster sniaꝝ in.2°.di.43. ℭTertio vero mo/
do accipit Aug⁹ pctm̃ in spiritum sanctum
ꝙ dicit esse finalem in pniam. De quo dici
tur infra.3.pte sermonis.3.puncto. Et sic pꝫ
pma ps.vꝫ.qd est pctm̃ in spiritũ sanctũ.
ℭQuãtũ ad scm.s.de spēꝝ suaꝝ diuersita/
te:est notãdum.put ponit Tho.22.q.14.
ar.2.qḋ accipiendo peccatũ in spũm sctm̃.
Scḋo mõ supra vꝫ: p peccato ꝙ ex mali/
tia cõmittitur diuiḋ.ħ peccatum in sex spe
cies:que sunt iste vꝫ.
ℭPrima est desperatio.
ℭScḋa est presumptio.
ℭTertia est finalis impenitentia.
ℭQuarta est obstinatio.
ℭQuinta est ĩpugnatio veritatis agnite.
ℭSexta inuidentia fraterne gratie.
Et p sufficientia istaꝝ spēꝝ est notan/
dum.ꝙ sicut supradictum est pctm̃ in spiri/
tum sanctũ dr̃ qñ voluntas hoĩs ex mali/
tia cõtēnit illa remedia a bonitate spirit⁹
sancti instituta.p que hõ retrahitur a pec/
cato vel ad pniam ꝓuocatur. ħ aũt reme/
dia sunt sex:quoꝝ duo ptinent ad ipsum
dñm remittentem in quo sunt duo per que
homo retrahiṫ a peccato ꝛ ad pniam pro
uocatur. ℭPrimũ est mĩscordia: de qua
datur homini spes ꝙ remittantur sibi pec/
cata:ꝛ ꝙ premientur bona.ꝛ ꝯ hanc pec/
catur p desperationē:ꝛ ideo desperatio est
peccatũ in spũm sanctum. Exēplum habeṫ
de Chaym ꝛc. Dic historiã: quando occidit
Abel fratrē suum.videns enim se dephen/
sum a deo ꝛc. Dixit maior est iniqtas mea
quã vt veniam merear. Geñ.4. Grauius
peccauit desperando ꝙ fratrem occidēdo
sic ꝛ iudas desperans laqueo se suspendit.
sic ꝛ multi interficiunt se ex desperatione.
sed forte talium desperatio. potius est cir/
cunstantia peccati.ꝙ pctm̃ spãle in spũm.
qꝛ voluntas coꝝ nõ directe fertur ꝯ spem
diuine venie per contēptum eius. ℭScḋꝫ
ꝙ est in deo retrahens a peccato hominē
ꝛ prouocans ad penitentiã. est iustitia. de
qua insurgit hoĩ timor de punitione pecca
ti:ꝙ quãto magis di[f]fert tanto magis in/
fert:iuxta illud ps.7. Deus iudex iu⁹. 107.ꝛ
patiens nunquid ira.per sin.di. nisi cõuer.
sue.gla.suum vi.ar.su.te.ꝛ pa.illum ꝛc. Et
Ualerius in.i.c.de neglecta religiõe. Leo
enim gradu ad vindictam sui diuina pro
cedit ira tarditatemq̃ supplicij .grauitate
cõpensat. Et ꝯtra hoc peccat homo p pre/
sumptionem dum aliquis se presumit glo/
riam adipisci sine meritis:vel veniã sine pe
nitētia.qḋ quidē est magna blasphemia
ꝯ deum:qꝛ facit deum iniustum : ꝛ in hoc
peccatũ psumptionis videṫ incidisse Ori
genes qui dixit omnes etiã damnatos sal
uandos esse. Et ideo post mortem anate/
matizatus est.di.24.q.2.c.si. Siquis auteꝫ
peccat cum spe venie mediate penitentia
quã putat vel intendit agere nõ peccat in
spũm sanctum. ℭAlia vero due remedia
ptinent ad pniam p quã remittuntur pec/
cata:in qua requiruntur duo. ℭPrimũ est
dolor de peccato. ℭScḋm est ꝓpositũ ab
stinendi de futuro. Sic enim diffinimur pe
nitētia ab Ambro. Penitentia est peccata
mala plangere ꝛ plangenda iterũ nõ com
mittere. ℭCõtra primum ergo.i.ꝯtra dolo/
rem de peccato cõmisso peccatur p finalem
impenitētiam:que accipitur non eo modo
quo dicit pmanentiam in peccato vsq̃ ad
mortem.sic enim nõ esset speciale peccatuꝫ:
sed quedã peti circũstantia:ꝛ videtur ideꝫ
pctm̃ esse cũ obstinatione: vt dicit Tho.in
2°.sen.di.43.sup lr̃am.in fi. Et sic accipiṫ
pnia ab Aug. Sꝫ ħ accipiṫ in pnia.sm ꝙ
importat ꝓpositum non penitendi sm Tho.
Talis ergo impnia dr̃ spãle pctm̃ in spũm
sanctum:ꝙ nunq̃ remittiṫ neq̃ in hoc secu
lo:neq̃ i futuro. Vñ Hierony.sup amos.i.
ꝛ habeṫ in decreṫ.de pe.di.i. Sup trib⁹ sce
leribus damasci ꝛ sup quattuor nõ ꝯuertã
eum:iuxta tropologiã hoc possum⁹ dicere.
Primũ peccatũ est cogitasse q̃ mala sunt.
Scḋm cogitationibus acquieuisse puersis.
Tertiũ ꝙ mente decreueris ope cõplere.
Quartũ post pctm̃ nõ agere pniam.ꝛ suo
sibi cõplacere delicto.hec ille. Vñ ꝓuerbiũ
est. Huanũ ē peccare diabolicũ pseuerare:
sed angelicũ emēdare. ℭCõtra scḋꝫ.i.ꝯ ꝓ
positũ abstinēdi a pctis futuris peccaṫ per
obstinationē qñ.s.hõ firmat suũ ꝓpositũ,

in hoc q peccato inhereat. quinimmo studet inuenire diuersos modos patrādi peccata exultat cum inuenerit. ꝯ quos dr̄. letant cū male fecerint ⁊ exultant in rebus pessimis. Prouer. 26. Et alibi: nō enim dormiunt nisi malefecerint nec capit somnꝰ ab eis nisi supplantauerint comedunt panē impietatis: ⁊ vinum iniquitatis bibunt Prouer. 4. De his etiā duobus modis peccādi dr̄ Jere. 8. Nullus est q agat pniam de pctō suo dicens. Quid feci: ecce primum. Oēs ꝯuersi sunt ad cursum suū quasi equus impetu vadens ad prelium: ecce scdm. Dic pratice sicut expedit. Nota hic exēpluꝫ de illo armigero qui dixit Abbati scte iustine. Quid feci: ego nunꝙ feci passibus ad derobādū hoīes: nunꝙ hominē occidi ⁊c̄. Cui rn̄dit abbas. Credatis frater mi qđ vnū peccatū mortale damnat animā. sicut p vnum paruum foramē ꝑditur nauis. lꝫ sit alias noua ⁊ fortis. ¶ Alia vero duo remedia quibus voluntas hoīs retrahitur a peccato ⁊ ad pniam ꝓuocatur summuntur ex parte donoꝝ ipsius dei: quoꝝ vnum est cognitio veritatis fidei p quā illuminat ad cognoscēdum spūalia. ⁊ ꝯ hoc opponitur impugnatio veritatis agnite: dum. s. aliquis veritatē fidei agnite impugnat vt liberius peccet. Sꝫ nota. q veritas ⁊ sapiētia ⁊ huius possunt dupliciter ꝯsiderari vel ſm ꝓpriā rationem: ⁊ sic appropriant filio: ⁊ sic impugnans veritatē peccat in filium. vel ſm qđ habent rōnem boni: ⁊ sic appropriat spūi sancto: qui est primū donum: in quo omnia dona donant: ⁊ sic aliqs impugnans veritatem agnitā ex certa malitia in spūꝫ sanctū peccat. ſm Tho. in. 2°. sen. di. 43. Et nota. hic ꝯ doc. legistas qui sciēter dnt ꝯ ius. ¶ Aliud est auxilium interioris gratie: contra qđ ponit inuidentia fraterne grē dum. s. nō solum inuidet ꝑsone fratris sed etiaꝫ inuidet gratie dei crescenti in mundo: ita q vellet q nullus haberet gratiā dei vt totus mundus esset socius culpe sue. O volūtas diabolica: nō ergo inuidia fratris est pctm̄ in spūm sanctū: Puta qn̄ quis inuidet de ꝓsperitate vel exaltatione hoīs: sed inuidia fraterne gratie est pctm̄ in spūm sanctum. s. qn̄ quis inuidet de exaltatione gratie: sicut q multi cōuertantur vel aliqđ huius. ſm Tho. in. 2. sen. di. 43. Nota h pratice ꝯ aliquos predicatores qui emulantur aliis predicatoribus faciētibus fructū ⁊c̄. Cum tn̄ debent gaudere: si veram charitateꝫ haberēt: sicut letatur homo qn̄ hꝫ aliquos coadiutores in exercitio seu labore suo. Sed iam implet verbum apl'i. Phi. i. Quidam qdē ꝓpter inuidiam ⁊ ꝯtentionē. qdā aūt ꝓpter bonā voluntatem xp̄m predicabāt: qdam ex charitate ⁊c̄. Cōtra hanc aūt inuidētiam fraterne gratie siue charitatis. Nota. Exēplum qđ legitur de quodā heremita. legit nāq de eo q ipse asperimā vitam diu fecerat ad queꝫ cum quidā latro venisset: qui multos spoliauerat facta ꝯfessione cum nullā pniam ab eo vellet recipere: nec ieiunium: nec orationē: nec elemosynam ⁊c̄. Tandē heremita ab illo qđ potuit accepit. Et iniunxit ei q quotiens iuxta viam crucem aliquā videret flexo genu orationē diceret aliquā: cūq latro hanc solam pniam acceptasset: remotus paululuꝫ a cella heremite videns hostes suos quorū ꝯsanguineos occiderat: fugere cepit: quo fugiente crux supra viam erecta illuc occurrit: ⁊ statim flexo genu cepit orationē dominicā dicere ⁊ crucem adorare. ⁊ tum euadere potuisset si cōtinue cucurrisset: maluit mori quā pniam sibi iniunctam preterire. Cuꝫ ergo ab hostibus fuisset occisus: vidit dictus heremita angelos cum gaudio portantes animā latronis vel potius martyris: quo viso cepit diabolica instigatione valde dolere ⁊ indignari q per multos annos durissimaꝫ pniam fecisset: ⁊ tn̄ latro ille q nunꝙ pniam fecerat eum in gloriaꝫ precessisset: ⁊ sic relicta heremo ad seculum rediit. Diabolus aūt accepta iuste a dn̄o potestate timens ne aliqn̄ ad pniam rediret: posito in via obstaculo in qđ corruit ⁊ collo ꝯfracto mortuus est: in inferno animam eius sepeliuit. Vn̄ dr̄. Finis non pugna coronat. ⁊ sic patet sufficientia istarum spēꝝ peccati in spiritum sanctum.

¶ Quātum ad tertium. s. de remissibilitate ipsius pcti in spūm sanctū: est notanduꝫ. q tripliciter pōt accipi pctm̄ in spūm sctūm. Uno modo ſm Aug. pro finali impnia. ſm q est circūstantia quedā peccati. Et sic dr̄ ꝓprie irremissibile: q2 nullo modo remittit

peccatū mortale in quo homo perseuerat vsq3 ad mortem:q2 in hac vita nō remittiť p pniam nec etiā in futuro dimittetur. Un̄ dī Eccl's.xi. Si ceciderit lignū ad austruz: aut ad aquilonē in quocūq3 loco ceciderit ibi erit. Item Greg. ꝛ habeť in decret.25. di. Qualis. Hinc quisq3 egreditur: talis in iuditio presentatur.

¶ Sexto modo pōt accipi petm̄ in spiritū sanctū pro qualibet blasphemia dicta ꝯ diuinitatē patris vel filij vel spūs scti:vel ꝯ opera eius:ꝛ hoc dī eo modo irremissibi le quo petm̄ sequens. Uel dic melius qꝺ tunc dī irremissibile:q2 de difficili remittiť: nō tamen est difficile sicut sequens.

¶ Tertio modo pōt accipi ꝓ petō ex mali tia cōmisso:ꝑut dictū est supra.qꝺ ꝛ diui ditur in sex spēs supra positas. Et ꝭm hoc dī irremissibile:nō q2 nullo modo remittať. sed q2 quātum est de se h3 meritum:vt nō remittať. Et hoc dupliciť vno qdē modo: quātum ad culpam.sicut enim aliqs diciť morbus incurabilis ꝭm naturā morbi per quē tollitur illud p qꝺ morbus pōt curari: puta cum morbus tollit virtutē nature: vel inducit fastidium cibi ꝛ medicine: l3 etiam talē morbū deus posset curare. Ita etiam petm̄ in spūm sctm̄ dī irremissibile:ꝭm na/ turā suam inquātū excludit ea p q̄ fit re/ missio peccatoꝝ. Per hoc tn̄ nō ꝯcluditur via remittendi ꝛ sanādi oīpotētie ꝛ miri/ cordie dei:p q̄s aliq̄n tales quasi miraculo/ se spūaliter sananť.ꝭm Tho.22.q.14.ar.3. Et sic intelligitur quod dicit dn̄s Mat.12.ꝛ Mar.3.ꝙ hoc petm̄ nō dimittiť nec in hoc seculo neq3 in futuro. Cum ergo dī petm̄ in spūm sctm̄ esse irremissibile nō intelligiť p hoc qꝺ ꝑtineť potētia absolute ad remissio nē:nec ex pte dei remittētis:q2 potētia ipsi/ us est infinita ꝛc̄. Nec ex pte eius cui fit remissio:cui inest natura liberū arbitrium in statu vie existēs:ꝙ ēt post petm̄ in spūm sctm̄ manet. Priuať ergo p hoc potius apti tudo vel facilitas quedā ad remissionem. ꝭm Tho.i.2°.sniaꝝ.di.43.ar.4.in vlt. arti. Et hoc p3.in exēplo Petri:pauli: ꝛ Iude. de qb⁹ dictū est supra.pte.i.ꝭmonis.Quā/ tum vero ad penā.dī irremissibile.i.habere meritū vt non remittatur:q2 qui peccat ex ignorantia vel infirmitate minorē penam meretur.qui autē ex certa malitia peccat nō h3 aliquā excusationē. Un̄ eius pena minuiť. Similiter etiā qui blasphemat in filium hois eius diuinitate.nōdū reuelata poterat habere aliquā excusationē ꝑpter infirmitatē carnis q̄3 in eo aspiciebat: ꝛ sic minorē penam merebať. Sed q ipsā diui nitatē blasphemabat opera spūs scti dia/ bolo attribuens nullā excusationem habe/ bat:vn̄ eius pena diminueretť. Et ideo dī ꝭm expositionē Chrisostomi:hoc petm̄ non remitti nec in hoc seculo neq3 in futuro: q2 pro eo passi sunt penam iudei:ꝛ in presenti vita p romanos.ꝛ in futura vita penam in ferni. Sic etiā Athanasius inducit exēplū de eoꝝ parētibus q primo qdē ꝯ Moysen ꝯtenderunt ꝑpter defectum aque ꝛ panis: ꝛ h dn̄s substinuit patiēter. Habebant.n. excusationem ex infirmitate carnis:s3 post modum grauius peccauerunt quādo blas phemantes in spiritum sanctum. Beneficia dei qui eos de egypto eduxerat idolo at/ tribuentes:cum dixerunt hi sunt dij tui is/ rael:qui te eduxerūt de terra egypti: ꝛ ideo dn̄s etiā tēporaliter fecit eos puniri:q2 ceci derunt in die illo:quasi.23.milia hominum Exo.32. Et in futurū eis penam cōminať dicens. Ego aūt in die vltionis visitabo h peccatū eoꝝ.ꝭm Tho.vbi supra. Et sic p3 tertia pars. Deo gratias Amen.

¶ De quattuor causis quibus pōt ho/ mo cadere in peccatum. Sermo.15.



Uasi a facie colubri ꝛc̄. Prosequendo adhuc tertiū ar. Seqť ꝑdi care de causis peti morta/ lis.ꝛ l. sufficiēter dictū sit./ De hac materia s̄.ar.i.Sermone.5. vbi di/ ctū est de causalitate peti: tn̄ ad h moraliť loquendo. Nota. q̄ttuor cās qbus pōt ho mo cadere in petm̄:ꝛ spāliter ꝑtinet hoc ad hominem deuotū: ꝛ propterea monet nos apl's dicens. Qui se existimat stare videat ne cadat.i.Cor.10. Nota.stare. Dī hō stare qui est in gratia:p quā homo habet rectū vultum:seu faciem anime ad deum:que fa cies anime est ratio naturalis: sed cadit p peccatum mortale per qꝺ adheret terre: ꝛ

ōsculatur ⁊ diligit bona terre: ⁊ qꝛ grā non
habet cogere liberū arbitrium. Ideo non
facit hoiem a deo stabilē: qn possit a gra-
tia cadere. sic ⁊ econtra. Pctōꝛ pōt a pctō
resurgere ad statum grē ꝑpter libertatem
arbitrīj. que ad hec durat in eo. Ideo dicit
apl's vbi supra. Qui se existimat stare ⁊c̄.
Cause ergo sunt iste.
¶ Prima est diabolica tentatio.
¶ Scḋa est familiaris affectio.
¶ Tertia est delitiosa conuersatio.
¶ Quarta est negligens operatio.
¶ Prima ergo causa ⁊c̄. Licet. n. diabo-
lus nō possit cogere libeꝝ arbitrium: tñ ten
tatio sua est tante impetuositatis. ꝙ nisi hō
sit diligens ⁊c̄. Exēplum habeť in Dauid
2. Re. xi. Qñ vidit bersabee ⁊c̄. O qualis
turris erat: qa iam puer custodiens gregē
pr̄is sui interficere potuit leonem ⁊c̄. Ideo
dixit ipse. Impulsus sum: vt caderē ⁊ dñs
suscepit me. Postmodum dat remedium
ꝙ homo de cetero nō cadat. d. Fortitudo
mea ⁊ laus mea dñs ⁊ factus est mihi in
salutem ps. 117. Sicut. n. ille qui tenet se for
titer cum ambabus manibus ad colūnam
nō cadit: sic q tenet se cū deo cum duabus
manibus. i. cū vigilia ⁊ oōne ⁊c̄. Ideo dr̄
Prouerb. 18. Turris fortitudinis nomen
dñi. Ad ip̄m confugiet iustus ⁊ saluabitur.
Hoc ꝯsilium dedit dñs in nocte passionis
aplis d. Vigilate ⁊ orate: ne intretis in ten
tationem Mat. 26. Sed qꝛ apl'i nō tenue-
runt eius ꝯsiliū: ideo ceciderunt. Qñ ergo
religiosus: vel monialis: vel secularis videt
ꝙ vires sue nō sufficiunt ad acgrēdas vel
manutenendas virtutes: remedium est vt
recurrat ad oōnem: in qua petat auxiliū
a deo. ps. 49. Imola deo sacrificium lau-
dis ⁊ red al. vo. t. ⁊ inuo. me. in die tribu.
eruā te ⁊c̄. Item. ps. 90. Clamauit ad me
⁊ ego exa. eum ⁊c̄.
¶ Scḋa causa est familiaris affectio §. mu
lieris ad virū ⁊ econtra. qa sicut palea ad
ignem cōiuncta quā cito incenditur: sic ⁊c̄.
Idō caueat vnusqsq; a familiaritate hmōi
quantūcūq; illa ꝑsona sit necessaria vel bo
na ⁊ honesta: qa terra est bona: ⁊ aqua est
bona: ⁊ tñ simul iuncte faciūt lutum Mat.
18. Si oculus tu. scan. te. er. eum. ⁊ ꝓ. abste
bonū est tibi cum vno oculo ad. vi. intra.
quā. d. ocu. ha. mi. in gehē. ignis. Unde ait
poeta. Que nocitura tenes quāuis sint ca-
ra relinque. Propterea est maximum pe-
riculum monialibus conuersari cum viris
⁊ religiosis vel clericis: ⁊ quanto sunt san-
ctiores. tanto grauius corruunt. Da similitu-
dinem de his q currunt: q facilius ⁊ gra-
uius cadunt qͣȝ q ambulant asiatim sic ⁊
viri sancti ⁊ mulieres q currunt ad vitam
eternam. ꝑ viam mandatoꝝ dei ⁊ ꝯsiliorū
grauius ⁊ facilius cadunt ⁊ grauiter in ta
libus. Unde Iere. dicitur Fortis impegit
in fortē ⁊ ambo pariter corruerunt Iere.
46. Unde tot monasteria viroꝝ ⁊ cōuen-
tuum: nisi ꝑpter nimiā familiaritatē cum
secularibus. Dissipata sunt. ps. 105. Et com
mixti sunt inter gentes ⁊ didicerunt opera
eoꝝ ⁊ factum est illis in scandalum. Nota
cōtra mulieres q vadunt ad visitādū mo-
niales ornate ⁊ parate. ps. 17. Cum sancto
sanctus eris. Nota etiā exēplum in vitis pa
trum de beato Arsenio q fugiebat oēs pre
sertim mulieres: semel aūt cum qdā hone-
sta mulier ab vrbe roma venisset ad eum
visitandū: nō tñ prescium visitationis ⁊ ro
gasset eū vt hrēt memoriā eius in orationi
bus suis. Rñdit Rogo deum vt memoria
tua penitus tollatur de corde meo ⁊c̄. Dic
historiā. Ideo Hiero. Hospitiolū tuū aut
raro: aut nūquā mulieꝝ pedes terāt: qa nō
pōt toto corde hitare cū deo: q feminarū
accessibus copulať. Feminā quā bene vi-
deris cōuersantē: mente dilige non corꝑali
frequentia. Hec habetur in decretis. 32. di.
Hospitiolum.
¶ Tertia cā est delitiosa ꝯuersatio. qa qñ
hō delitiose viuit: lȝ sit bonus tñ cito cadet
imersus luto delitiaꝝ: puta bene comeden-
do: bene bibendo: dormiendo ⁊c̄. dicit eni.
Hoc nō est peccatū mortale sicut faciunt
religiosi. q nō curāt ſuare cerimonias reli-
gionis: iportando linū in carne: in tenendo
silentiū in ieiunando: in comestione carniū
⁊ ceteris cerimonialib⁹. Tales nō pñt stare
diu in gratia dei. Opȝ. n ꝙ cadant qa late
⁊ ample volūt viuere ⁊ incipiūt tepescere
a deuotione. ps. 101. Aruit cor meū: qa obli
tus sum comede. panē meū. s. pnie. ps. 79.
Cibabis nos pane lachrymaꝝ: postea ve-
ro ingrasatus ꝯscientia. incipit relinquere

dñm fac.suum ⁊ recessit a deo salutari suo.
tandē cadit in multa peccata mortalia: qꝛ
sicut vinea non potest diu durare sine ma
ceria. alioqn intrant ⁊ diripiunt eā omnes
transeuntes viam: ⁊ etiā bestie agri. Sic ⁊
religiosi nō possunt diu durare: etiā in sub
stātialibus sine maceria cerimonialiū. Jō
di. Treno.4. Lubricauerūt vestigia nostra i
itinere plateaꝝ nostraꝝ ⁊ appropinquauit
finis noster. Nota. plateaꝝ. Est differentia
inter plateas ⁊ vicos: platee sunt volunta/
tes carnis ⁊ mundi p quas late patet om
nibus via: qꝛ lata est via: que ducit ad per
ditionem Mat.7. Vici qui sunt stricti si/
gnificant asperitatē ⁊ artitudinē penitētie.
p quā pauci vadūt: qꝛ arta est via q̄ ducit
ad vitam ⁊ pauci intrant per eam vbi su/
pra. dicit ergo. Lubrica ve.vo.in iti.pla.i.
delitiaꝝ nostraꝝ ⁊c. Et appropinquauit fi/
nis noster.i. destructio nostra. Sicut enim
qui vadit p viam lutosam sepius cadit in
lutum: secus si per viam siccam. Sic g gra
ditur in luto voluptatis cadit secus de il/
lo qui vadit p viam siccā abstinētie ⁊ pe
nitentie. ideo remedium est qd dat Apl's
dicēs. Carnis curam ne feceritis in deside
rijs Ro.13. Nota. in desiderijs: qa in neces
sarijs homo debet habere curam carnis.
Puta qñ infirmatur persona deuota que
alias nō consueuit comedere carnes nec
dormire in loco ⁊c. In infirmitate non dꝫ
ista seruare: qꝛ sicut asinus oneratus cadēs
in terram nō pōt cōmode eleuari nisi onus
deponatur quo eleuato iterum onus impo
nitur sibi. ita in proposito: nō potest homo
infirmus cōmode curari nisi deponat partē
onus penitentie: satis bona penitentia est
habere patientiā in ifirmitate. qua remo/
ta onus penitentie resumat. Jō dicit apl's.
Nemo vnquā carnem suam odio habuit
sed nutrit ⁊ fouet eā.s.i necessarijs. Eph.5.
¶ Quarta occasio est negligentialis ope/
ratio. Sicut enim videmus in rebus tem/
poralibus q muri ciuitatis faciunt fortem
ciuitatem: ita q nō potest capi ab inimicis.
Ita opa penitentialia puta orationes: vigi
lie: ⁊ alie virtutes sunt muri ciuitatis ani/
me. De quibus muris dicit Dauid Beni/
gne fac in bo.vo.t.sy.vt edi.mu. Jerusalem.
ps.50. Si aūt aliquis destruit illos muros
patet ciuitatis introitus hostibus. sic qui
per neglig tiam dimittit orationes ⁊ vigi/
lias: di. Quid oportet surgere ad matuti/
nas ieiunare vel orare genibus flexis ⁊c.
Talis cito cadet ⁊ hostes occupabunt eū:
qꝛ muri ciuitatis destruunt. O quot sunt
qui bene incipiunt cum feruore ⁊ postmo/
dum per negligētiam corruūt quasi redeū/
tes retrorsum de talibus pōt verificari il/
lud Jo.18. Abierunt retrorsum ⁊ ceciderūt
in terrā. Figura de vxore Loth: que respe/
xit retro ⁊ e ecta est statua salis: que nō po
test fructum facere Gē.19. Item figu/
ra de) oth: qui sodomis iustus fuit: sed
in monte peccauit: qꝛ negligens fuit sic in
proposito ⁊c. Ideo dñs Memores estote
vxoris Loth. Luc.vij. Item Luc.9. Nemo
mittens manus suas ad aratrū: ⁊ respiciēs
retro aptus est regno dei. Remedium ergo
habemus: illud qd dicit dñs moraliter ex
ponendo.4.Re.4. Accinge lumbos tuos: ⁊
tolle baculum meum in manu tua ⁊ vade.
Nota accinge lumbos tuos: qñ aliquis va
dit sine cinctura vel zona vel corigea ore ve
stium sine falde vadunt p terram: ita ne/
gligentes qui nō cingunt se zona.i. peniten
tia: vadunt per terram. Ideo dicit Accinge
lumbos tuos: ⁊ tolle baculum. Baculus si/
gnificat crucem xp̄i: cum quo xp̄s trāsiuit
fluuium huius mundi ad ripam alterius
mundi: iuxta illud Geñ.32. Cum baculo
meo transiui iordanem. Talem baculum
crucis debemus summere vt sustentemur
in via gratie: qa sicut ille qui est debilis: ⁊
infirmus non potest sustentari sine baculo
quin cadat: si vero habet baculum in ma/
nibus sustentatur. Sic quando persona
deuota aliquando accidiatur ⁊ ex hoc ve
nit in negligentiam assumat baculum cru/
cis christi ⁊ passionem: non solum oculis
considerationis sed etiam manibus opera
tionis. Maius enim confortamentum qd
possit haberi in opationibus bonis: est me
moria passiōis christi. Verbi gratia. Si ha
betis tediū de ieiunio: cogitetis ieiuniū chri
sti: ⁊ prandiū quod habuit in cruce. Si mo
lestant vos pulices: cogitate puncturas ⁊
aculeos in capite christi: ⁊ in manibus ⁊ in
pedibus: puncturas clauorum. Si de lecto
duro: cogitate lectum crucis christi. Si de

paupertate: cogitate xp̄m nudum in cruce.
Si ꝯtumelie ⁊ offense: cogitate ꝯtumelias
⁊ iniurias illatas xp̄o in cruce pendenti ⁊
dicenti. Pater ignosce illis ⁊c̄. Ecce quare
dicit Tolle baculum meū in manu tua. Fi
gura huius habemus in passione christi:
qñ Symon cireneus portabat crucem chri
sti ex vna parte ⁊ xp̄s ex altera: q2 xp̄s por
tat crucem penitētie nostre: simul nos ad/
iuuando: ⁊ ꝯfortando nos. De ista tñ ma/
teria. s. de causis peccati mortalis: vide la/
tius vt scripsi supra ar. primo. sermone. 4
vbi agit̄ de cāsitate pcti. Deo gr̄as amē..

De effectibus peccati mortalis. Sermo. 14.



Uasi a facie
colubri ⁊c̄. Sequit̄ predica
re de quarta ꝯsuetudine
tertij articuli vz. de effecti-
bus peccati mortalis: qd̄
habet inferre multa mala homini: ⁊ vltra
ea que dicta sunt supra arti. primo. sermo-
ne. 4. de effectu peccati: ⁊ supra eodē ar. 3.
sermone primo vbi dictū est de quadrupli
ci morte illata homini ꝑpter demeritū pec
cati mortalis. Nunc predicabo de quodā
alio effectu. vz: q2 mortificat opera bona q̄
fiunt in statu peccati mortalis: ⁊ facta fue/
rant ante. Salutetur virgo ⁊c̄. Pro intelle
ctu ergo huius materie debetis scire ꝙ in
sacra theologia distinguunt omnia opera
nostra quadrifarie. Sunt enim opera no/
stra in quadruplici differentia.

¶ Quedam enim opera sunt viua.
¶ Quedam mortua.
¶ Quedam mortificata.
¶ Quedam viuificata.

Et pro declaratione huius pone exem/
plum de aliquo membro corporis: puta ma
nu que qñꝫ est viua. s. qñ habet principiū
vite: ⁊ operationem vite. Principiū vite cor
poris est anima Gen̄. 2. Formauit igit̄ deus
hominem de limo terre: ⁊ inspi. in. fa. eius
ceret eum sibi retinuit:⁊ post modicum tē/
pus defunctus.tanꝙ sol fulgens apparuit
dicens.Cognate:bene ꝑ octo dies me feci
sti pati penas in purgatorio ꝓpter equum
cuius precium vt dixerā pauperibus nō de
disti:sed ipune nō feres. Hodie eni ferent
aīam tuam in infernum diaboli:⁊ ego pur/
gatus vado ad regnū dei.Ad qđ ille nos
perducat qui viuit ⁊ regnat in secula secu/
lorum.Amen.

¶De eadem materia.s.de suffragijs.
Sermo.26.



Quasi a facie
colubri ⁊c.Dicto de duo
bus punctis materie de
suffragijs.sequitur mo/
do videre de alijs tribus
supra sermone proximo
notatis. Et primo per quos suffragia fa/
cta prosint. Circa ergo tertium punctum v3
de personis facientibus suffragia querit
per quas personas suffragia facta ꝓsint:
Circa ꝙ notandum ƀm Petrum de pa/
lu.in.4.sniaꝝ di.45.q.1.ar.1.ꝙ in hac mate
ria sunt.5.conclusiones.
¶Prima conclusio est ꝙ per vnum viuū
facta prosunt alteri viuo propter charita/
tis vnionem. etiam sic prodest bonum fa/
ctum alij bono.ƀm illud Sanctorum com/
munionē.Et ps. Particeps ego sum oīum
timētium te. Da exēplum naturale de cor/
pore naturali in quo oīs comestio prodest
oībus mēbris.q2 vna est oīum fideliū vni
uersalis ecclesia charitate ꝯiuncta. que est
societas ⁊ amicitia spūalis. Vnde sicut qñ
contracta est societas omnium bonoꝝ inter
aliquos:qcquid vnus lucratur omnibꝰ est
cōmune.sic ⁊ hic spiritualiter: non aūt pec
catori qui nō est de corpore christi sed mē
brum diaboli: quia nō est cōmunio christi
ad belial. Vnde existens in peccato mor/
tali ēt nō excōmunicatus:nō est particeps
alicuius boni qđ fit in ecclesia ꝑ vnionem
cum sit mēbrum precisum a corpore. quod
nō recipit influentiam ab anima. Scđo
modo ꝑ modum intētionis prosunt suffra
gia omnibus etiā malis pro quibus eccle/
sia intendit orare:nisi sint excōicati: ꝓ qui
bus ecclesia nō intendit orare publice sed
priuate. Vnde sicut seruus cōis plus acq/
rit illi dño cui nominatim stipulat ꝙ alijs:
q2 obligatio illi queritur insolidum. Silr si
iussu dñi vnius vel ex re ipsius seruus cō/
munis acquirat illi spālιter acquiritur. Sic
est in ꝓposito.nō solum enim papa sed qli
bet debet se reputare seruum seruoꝝ dei.si
cut scribit Rabanus in scđo ꝓlogo macha
beoꝝ. Vnde illi spāliter ꝓdest cui intendit
etiā peccatori:cui ita pōt intēdere sicut iu/
sto:sed nō ꝑ modum meriti ƀm illud Ne
forte nō sufficiat nobis ⁊ vobis:q2 nullus
pōt alteri mereri primam gratiam nisi chri
stus:vt p3 in paruulis baptizatis. Vñ Eze.
14. Si fuerint coram me Noe Daniel. ⁊
Job:animas filioꝝ nō liberabunt. Sicut
alteri stipulari nemo potest nisi qui eius iu
ri subiectus est:sicut pater filio aut ecōuer/
so.l.Stipulatio. Ista.§.Alteri.ff.de ver.ob/
liga. Vnde christus meretur nobis sicut fi/
lijs:⁊ vnus bonus alijs sicut seruus domi/
nis. sed malis sicut extraneis . nisi merito
congrui forte.vel per modum impetratio/

nis sic: quia nisi stephanus pro paulo orasset: paulus saluus non fuisset: vt dicit Augustinus. Et de Karolo magno audita est vox. Egidij merito: Karoli peccata dimitto: et sic prodest recipi ad beneficia in spũali alicuius hominis vel multitudinis: siue sic receptus sit peccator: q2 tunc receptus fit particeps per intentionem qui non erat per vnionem: siue sit iustus: quia plus fit iustus q̄ꝫ impius.

¶ Scḋa conclusio est. quomodo suffragiũ viui prodest mortuo: Rⁿ. qḋ ꝓdest. Primo quidẽ ꝓpter charitatis vnionem: quia charitas nũquã excidit. i. Cor. iz. Licet amicitia politica pereat ꝭm phm. Et sic oĩa bona bonorum prosunt mortuis: etiam si fiãt pro viuis: sicut missa. de cele. missa. c. 2. vbi dicitur. De eadem die missas audiant pro salute viuoꝝ et etiam defunctoꝝ. Scḋo ꝓpter intentionem: quia viuunt in memorijs viuoꝝ. et sic omnes misse eis prosunt. in q'bus est vnum memento pro mortuis. non sic autem alia bona: in quibus non fertur intentio ad defunctos. Nec obstat. Beati mortui qui in domino moriũtur Apoc. i4. Quia illi in quibus princeps mundi huius tempore exitus non habet quicquam nec penã nec culpam. sicut beatus Martinus: statim sunt beati in re. nec egent suffragijs. Qui vero sic in domino moriuntur ꝙ superedificauerunt lignum fenum et stipulam saluabunt: sic tamen quasi per ignem i. Cor. 3. Et beati non in re sed in spe. sicut etiam omni tempore preciosa in conspectu domini mors sanctoꝝ eius. etiaꝫ ante apertionem celi in spe et non in re.

¶ Tertia conclusio an suffragia per malos facta prosint: Rⁿ regulariter ꝙ non. quia vt dicit Greg. Cu3 1 s qui displicet ad intercedẽdum mittitur irati animus ad deteriora ꝓuocat. Sed ꝓsunt. Primo ex opere operato: vt missa mali tm̃ valet quãtum boni sicut et baptismus. Et sic nihil ꝓdest nisi sacramentum noue legis: vel aliud sacramentale: vt aqua benedicta: et exorcismus. non autem oratio: ieiunium: et elemosyna. et h quidẽ dicitur de missa mali sacerdotis. Intellige ꝙ non sit precisus ab ecclesia. alioquin potius nocet tam illi qui celebrat q̄ꝫ illi pro quo celebratur. si scienter iniungit illi vt celebret. Uide de hoc in. c. Uestra: de coha. cleri. et mulie. Et. 32. di. verbũ. Uel dic ꝙ non est differentia inter precisum et nõ precisum. Si enim aliquis cõmittit sibi celebrare: et sit in mortali peccat committens si scit illum in mortali: siue sit precisus siue non. Si autem non cõmittit sibi: et ille motu proprio celebrat pro illo valet sibi ex opere operato non ex opere opante: siue sit precisus siue non. Scḋo ex opere operãte vniuersalis ecclesie. cuius minister est peccator non precisus alias non est minister: qui dicit vigilias pro mortuis: nec solum vigilie curati ꝓsunt parochianis suis: quorum est pulica persona: sed etiam extraneis respectu quorum est priuata persona: quia est minister. non solum huius particularis ecclesie: sed etiam vniuersalis ecclesie cuius omnes boni sunt membra. Tertio ex opere operante eius qui rogat vel mandat pro se fieri: sicut bonus dominus ꝑ malum seruum faciendo elemosynas meretur et satisfacit: q2 qui per aliũ facit per seipsuꝫ facere videtur. Sicut christus per malos ministros bene dicit et baptizat. Unde dicit textus in. c. Uestra. de coha. cleri. et mulie. Non potest aliquis quãtumcũqꝫ pollutus diuina polluere sacramenta. que purgatoria cunctarum contagionum existunt: qualiscunqꝫ enim sacerdos sit: que sancta sunt coinquinari non possunt. Hoc autem intellige. quando is qui rogat ignorat ministrum quem rogat esse malum: et sic suffragia a defunctis mandata vel petita ꝑ malos exhibita eis prosunt. Nec obstat ꝙ malus non potest satisfacere pro alio: quia verum est principaliter: sed instrumentaliter sic. Quarto ex opere operante alterius mãdãtis: puta executoris vel alterius propter eandem rationem: sicut papa mandauit fieri solemnes vigilias pro defuncto summo pontifice. de elec. Ubi maius. lib. 6. potest etiam quis subito pro se et pro alijs orationes iniungere: et etiam confessor penitenti ꝙ pro se oret. Quinto ex opere operante ministri. quia ipse operatur aliquo modo. Unde si prelatus malus iniungat bono subdito dicere psalterium. pro aliquo viuo vel mortuo: et bonus subditus dicat al's nõ victurus. intẽdẽs ꝓ illo dicere

in ſpālí pro quo ſibi iniunctū eſt: vel ꝑ quo
iniungens intendit: ꝓdeſt illi ⁊ ſi nō ex in
tentione mādātis tamē mandatarij. Si au
te ſubditus diceret nō intēdēs ꝑ alio niſi
ꝑ ſe ipſo ad expletionē obediētie tūc nō ꝓ
deſſet extraneo illi ꝑ quo iniūgēs itēdebat
nec exprimebat: nec ex intētiōe mādātis q
indign⁹ ē. nec mādatarij q h nō intendit:
ſed ſolum propter charitatis vnionem que
eſt i ei cāpte. alias āt gn̄alr̄ nō valēt: ſuffra
gia per malos: vt dictum eſt in pn̄cipio ſer
monis huius. qꝛ cū his qui diſplicet ad in
tercedēdū mittit̄ ⁊ vbi ſupra: qđ ver eſt ꝑ
modū vnionis. qꝛ vnitus nō eſt. nec ꝑ mo
dū meriti. qꝛ nō meret̄: ſed qn̄qꝫ ꝑ modum
ipetrationis ꝓſunt. qꝛ oīo petōris qn̄qꝫ eſt
ipetratiua ꝓ ſe ⁊ alijs: vt pꝫ in miraculis q̄
qn̄qꝫ fiunt ꝑ ipſos ad cōuerſionē infideliuꝫ
ſicut Judas q cū alijs apl'is ſanabat infir
mos. ſed plus valet ſuffragiū boni bono.
qꝛ oibus modis poſt modū plus boni ma
lo qꝛ ꝑ modū frequētis impetrationis: qa
Uoluntatē timentiū ſe faciet etiā ꝓ indi
gnis. Tertio mali ꝓ bono. Quarto ma
li pro malo ſed nō tm̄: nec tam frequenter:
quia deus peccatores non exaudit. Jo. 9.
ſic. ſ. ſicut iuſtos.

❡ Quarta cōcluſio eſt. an ſuffragia ꝓſunt
facienti ⁊ qdē ad merendū ſi ſit in charita
te nō minus ꝓſunt q̄ꝫ ſi pro ſe fierent ſm̄ il
lud. Orō mea in ſinu meo conuertetur. ⁊
qn̄qꝫ plus meretur hō celebrādo ꝓ alio q̄ꝫ
pro ſe: qꝛ maiori feruore charitatis accen
ſus videtur qui ſintillas emittet ad alios. ⁊
maxime ad inimicos. Dn̄s. n. conuerſus eſt
ad pniam Job: cum oraret ꝓ amicis ſuis.
Scđo ꝓdeſt ad ſatiſfaciēdū directe qn̄
ille pro quo ſit aut nō indiget. vt qꝛ ſalua
tus. aut capax nō eſt. vt qꝛ dānatus qn̄ fa
ciens eſt talis intentionis in hitu ꝙ ꝑ ſe fa
ceret ſi crederet nō ꝓficere illi pro quo in
tendit. Unde Mat. x. Et ſiqdem fuerit ibi
filius pacis reſidebit ſup illū pax vr̄a: ſit āt
ad vos conuertetur. tertio indirecte ꝑ illuꝫ
cui ſuffragiū p̄ſtare qui tenetur orare pro
faciente ſuffragiū alias eſſet ingratus non
reddens antidota: ⁊ ſic eſt melius orare ꝓ
mortuis q̄ꝫ viuis: qꝛ mortui qn̄ erunt in pa
radiſo. ſciunt illos q pro eis orauerunt ⁊ ēt
ꝓ eis orabit ſi ſuffragantes ꝑꝑ pctm̄ ſuum
illis nō ꝓfuerunt: qa amicitia cōſiderat af
fectum pluſqꝫ effectū: ⁊ ſunt in charitate ꝑ
fecta. per quā nō eoꝝ exp̄ſa exauditur. vi
uus aūt ꝑ quo ſuffragiū facio forte igno
rat: ⁊ ſic nō orabit pro me. Itē forte eſt pec
cator ⁊ ſic parum valebit mihi oratio ſua.
aut ſi eſt iuſtus non tamen in via ſemper
ad votum exauditur.

❡ Quarto nō ꝓdeſt ad ſatiſfaciendū dire
cte: vt ſi eſt mihi iniunctū vnum pſalteriuꝫ
⁊ tibi aliud dicendo ꝓ te vnum: adhuc ſuꝫ
obligatus pro me ad vnuꝫ. ſicut ſi debem⁹
ego ⁊ tu cuilibet Titio decē ſoluēdo pro te
adhuc maneo obligatus pro me.

❡ Quinta concluſio eſt. an obſit defuncto
ſi omittantur ſuffragia ab eo mandata. Et
qdē nec quo ad meritū totum in hac vita
cōparatur reſpectu cuius bona voluntas
ꝓfecto reputat̄. Scđo nec quo ad pene
intenſionē: qꝛ illa cū aīa egredit̄ ſic ſibi ta
xatur: ꝙ nec auget̄ nec diminuitur Tertio
nec quo ad ꝑpetuationē. Si. n. aliqs ſit in
carcere ꝓ debito qđ alij ſoluendū cōmiſit
alio nō ſoluente ꝑpetuo ibi tenebit̄: niſi per
ſe ſoluat. Sed ſi ꝑ ſe manēdo in carcere ſol
ueret ſolutione pacta: etiā ꝓcuratore non
ſoluente: ea facta liberaret̄. ⁊ ſic eſt h. Sed
ſi qs mandat ſolui fore facta ⁊ nō ſoluant̄.
Si fuerit in mora ſoluendi in vita ⁊ nō pe
nituit: dānatur retinēdo opus mercenarij
vſqꝫ mane. Si aūt nō fuit in mora vel peni
tuit tunc nō dānabitur ſed ſtabit in purga
torio minus ꝑ hoc ꝙ ſolui mādauit q̄ꝫ ſi ꝑ
obliuionē venialē nō ſoluiſſet nec ſolui mā
daſſet. Quarto nocet: ſi qđ potuit ſolue
re in vita: vel cito poſt mortē mādauit ſol
ui tardius. Unde melius faciūt qui in vita
ſoluunt teſtamentū ſuū vel anteqꝫ bona ꝑ
ueniant ad heredes: qa modicū in vita ſuf
fragij plus valet q̄ꝫ multa poſt mortē: poſt
quā: quāto citius tanto melius. Quinto
nocet ſola negligentia ꝓcuratoris ad hoc
vt diutius ibi moret̄: qꝛ nec ex ope opato
qđ nō eſt: nec ex ope opante executoꝝ libe
ratur: ipſe tamē executor damnat animam
ſuam ſi non exequitur ⁊c.

❡ Nota exemplū vltimū qđ habetur in
legenda de mortuis in fine. Sicut dn̄s pōt
excōicari iuſte qn̄ citatus miſit procurato
rem qui nō cōparuit: cū ſit contumatia ve

ra vel presumpta: ex quo citatus nec per se nec per aliũ comparuit. Sed qñ ꝓcurator diem accipit ⁊ ipse citatus est: ⁊ non dñs: lꝫ noie dñi ꝓpter cuius contumaciã dñs excõicari nõ debet: cũ non sit cõtumax ipse q citatus nõ est: lꝫ fuerit negligens eligendo talem: qa pro negligẽtia sine cõtumacia nõ debet quis excõicari. Sed iste mortuus est obligatus ꝑ se. vnde si non soluat ꝑ se vel ꝑ aliũ: detinebitur quousqꝫ soluerit ꝑ seipꝫ.

¶ Circa quartũ punctũ: vꝫ. quãtũ suffragia ꝓsint: sunt. 5. ꝯclusiones. ¶ Prima ꝙ non tm̃ ꝓsunt illi ꝓ quo nõ fiunt quãtuꝫ illi ꝓ quo spãliter fiunt ⁊ ex intentiõe: ex quo. n. ẜm illum modũ ꝓsunt suffragia defunctis ẜm quem viuis: sicut plus valet viuo pro quo fit determinate: quã alijs: sic ⁊ mortuo nõ obstante exemplo posito de luce ⁊ doctrina: quia talia non operantur ẜm intentionem sed ex necessitate nature.

¶ Secũda conclusio est: ꝙ suffragiũ factum pro multis. tm̃ valet quãtum ad gaudiũ cuilibet quãtum si pro quolibet fieret: qa charitas de qua scriptũ est: ꝙ Non querit que sua sunt cõia ꝓprijs ⁊ non ꝓpria cõibus anteponit. Unde sicut religiosus bene dispositus plus gaudet de legato facto cõitati quã delegato simpliciter sibi facto: sic ibi: sꝫ quo ad liberationẽ nõ pro se sicut etiã debitum solutum pro multis oium debitũ attenuat sed nullum ex toto liberat: cũ tamẽ posset pro vno solutum. ipsum ex toto liberare: vt si tm̃ soluãtur pro oibus quãtum quilibet ꝑ se sed per accidens potest tm̃ valere: vt dicetur in sequenti arti. Est aũt h̄ dubium. qa dñt doctores. ꝙ ille qui est in maiori charitate plus gaudet de suffragio facto pro alio. quã gaudeat ille ꝓ quo fit. Hoc enim vno mõ est verum: alio modo est falsum. Suffragium. n. ⁊ est bonũ facientis: in quãtum est actus eius bonus reddẽs ipm̃ cõmendabilẽ ⁊ acceptũ corã deo: ⁊ est bonũ eius ꝓ quo fit inquãtũ ꝓ eo satisfacit.

Quantũ ad primã bonitateꝫ plus gaudet de suffragio ille qui est in maiori charitate quã ille pro quo fit: quia cum ⁊ illo mõ suffragiũ non sit magis bonũ vnius defuncti quã alterius. sed sit bonum solius facientis: de eo tanquã de equali bono plus gaudet ille qui plus habet de charitate. Sed quãtum ad valorem ẜm: cum ille valor sit bonum illius solius pro quo fit: ⁊ vnicuiqꝫ magis est amabile ꝓprium bonum quã alienum. ideo quãtum ad istam considerationem plus gaudet de suffragio ille pro quo fit existẽs in minori charitate quã ille ꝓ quo nõ fit: dato ꝙ ille sit in maiori charitate.

¶ Tertia conclusio est ꝙ h̄ñs spãle suffragium ⁊ cõe citius liberatur quã habens tm̃ cõmune. lꝫ gaudiũ sit cõe modo quo dictũ est. In die auteꝫ aiaꝝ non debet principaliter dici missa nec pro patre nec pro matre: sed pro oibus fidelibus defunctis. sicut qꝺ dandum est pauperibus non dandum est amicis carnalibus magis quã alijs. Potest tamen qui secũdario spãliter intendere suos caros: ⁊ pro eis spãliter facere oblationem sed debent fieri missa ⁊ officium principaliter pro oibus. sed qa diuites plures elemosynas faciunt: inde est ꝙ elemosina quo ad suffragia: plus ꝓdest diuiti quã pauperi per accidens: quia plus tenentur orare beneficiati pro benefactoribus suis quã ꝓ alijs: alias essent ingrati.

¶ Quarta conclusio est ꝙ quando fiunt spãlia ⁊ multa suffragia pro illo qui nõ indiget: vt puta quia iam est in gloria vel qa minus indiget qñ super est diuiditur indigentibus. vt non petentium partes petentibus accrescant. sicut Aug⁹ dicit in regula. Cum quis suis filijs aliquã contulerit vestem sit in potestate prepositi: vt in rem cõmunem redactum cui necesse fuerit prebeatur sic deus non indigenti datum dat alij indigenti. qꝺ verum est in missa de Regem in qua debet esse talis intentio dicentis. vt ceteris prosit si illi pro quo fit non prosit. Sed in missa de viuis vt si celebretur de beata virgine: pro patre meo magis celebraturus pro me quã pro quocũqꝫ alio viuo vel mortuo: si scirem ei non prodesse. oratio mea in sinu meo conuertetur non aliorum purgandorum: ẜm illud Mat. x. Sin autem ad vos reuertetur.

¶ Quinta conclusio est vtrum valeant tantuꝫ suffragia successiue continuata quantũ simul multiplicata: vtputa vnuꝫ tricesimale continuatum quãtum per. 30. misse vno die a. 30. sacerdotibus dicte. Et similiter annuale quã trecente sexaginta sex misse vna

hebdomoda a diuersis sacerdotibus dicte
⁊ sic de alijs: Dūm ꝙ tm̄ vel plus valent
q̄ꝫtum ad meritum instituentis. qa magis
est ad honorem dei continuando taliuꝫ an
niuersarioꝝ. ⁊ hoc cōsiderans ecclesia ca rō
ne statuit sic. Sed ad celeriorē liberationeꝫ
a purgatorio ⁊ citius videndū deum plus
valet accelerata multiplicatio. qa sacratuꝫ
in ꝓposito habitum nunq̄ꝫ valet tm̄ ad pe
ne remissionem ex ope opato. q̄ꝫtum actu
exercitum sicut patet in baptismo flamis q
non remittit totam penam. sicut baptismus
flumis. Sic etiā missa nondū celebrata. ex
opere operato non pōt habere tantam effi
catiam quātam habet iaꝫ celebrata. Et for
te non tamdiu est ille mansurus in purga
torio ꝙ vltima missa anniuersarij perpetui
cantetur ⁊ eum liberet. Neutrum est ergo
condemnandum qa vtrūqꝫ bona intentio
ne fieri potest. ⁊ anniuersarium vt deus cla
rius videatur per opus sibi magis honori
ficum: ⁊ multitudo missarum a diuersis si
mul dicendarum. vt deus citius videatur.
⁊ non solum pro amore sui sed etiaꝫ ne diu
tius maneat vel torqueatur.

¶ Quātum ad q̄ntum de liberatione a suf
fragijs. sunt. 5. conclusiones. ¶ Prima con
clusio ꝙ soluēs per alium liberatur sicut sol
uens per seipsuꝫ. etiam si persone industria
sit electa: quia non refert qd ex equipollen
tibus fiat: nec per quem fiat. dum tn̄ eque
bene: esset autem presumptuosus qui tene
tur ad suffragia si putaret orationem suaꝫ
meliorem oībus aliorum. sicut phariseus.
Unde si missam quā debeo procuro dici ꝑ
alium liberatus sum. sicut si per me ipsum
dixissem: ⁊ sic de alijs.

¶ Secūda conclusio est ꝙ liberatur quis sol
uendo suffragia cum alio: sicut solus non
solum soluendo dn plr: vt si dicam vnum
psalteriū tecum: ⁊ tu aliud mecū: cum qui
libet teneatur ad vnum. qa hoc dubitatio
nem non habet: cum h̄ nihil minus soluat
a duobus simul quasi si solueretur a quoli
bet per se. immo si soluatur etiam a duob⁹
simul simplū. vt si sint duo quorum quilibꝫ
debet pro mortuo psalterium dicant simul
pro illo vnum psalterium. quod apparet ꝑ
simile de horis canonicis ad quas quilibꝫ
insolidum ⁊ per se tenetur: ⁊ tamen simul
omnes dicentes liberantur. sicut etiam om
nes simul audientes missam liberantur ab
obligatione qua singuli tenentur vnā mis
sam audire.

¶ Tertia conclusio vtrum soluens suffra
gia in peccato mortali liberetur an tenea
tur iterum soluere. Et videtur ꝙ sic. quia il
le qui fecit penitentiam pro se in peccato
mortali pro tanto non tenetur iterare quia
potest in alio seculo satisfacere. alioquin qđ
in alio seculo fieri non potest: in illo fieri ne
cesse est. suffragia autem pro alio hic qui
dem ⁊ non in purgatorio solui possunt. Nā
ibi pro se ⁊ non pro alio quis soluit. ergo in
hac vita tenetur suffragari sibi. Solutio nō
est verum. primo quidem quia aut est obli
gatus ad suffragia ex statuto superioris ⁊
tunc non tenetur iterare. tum quia superior
non potuit eum obligare ad hoc. ꝙ faceret
ex charitate sed solum ad substantiam fa
cti: tum quia debet supponere ꝙ superior
statuens vel iniungēs sic in charitate ⁊ ita
suffragium. valet ex merito mandantis ⁊ si
nō exequētur. q sibi ꝯscius est de mortali.

¶ Aut ex promissione propria: ⁊ tunc non
est verisimile ꝙ se obligauerit ad dicendū
in charitate. sed solum ad dicendum vel fa
ciendum absolute. aut solum ratione bene
ficij accepti. ⁊ tunc vel non est obligatus
de necessitate. sed de congruitate tantum
vel si est obligatus de necessitate: non tamē
determinate ad hoc suffragium: vel ad ali
ud. Unde illud non tenet iterare. sicut nec
illud dicere tenebatur. immo nec tenetur il
lud facere. si fuerit missa cuius principalis
efficatia est ex opere operato: etiaꝫ si sit ma
lus mister. imo nec si sit aliud iterare tene
tur quia valet ex charitate postulantis suf
fragium interpretatiue per beneficij colla
tionem. Sed hoc videtur esse contra illud
qđ alijs dictum est. ꝙ nullus potest satisfa
cere per alium: nisi ille alius sit in charitate:
Cuius enim opus in se mortuum est pro
nullo potest esse satisfactorium. Ad hoc pos
set dici. ꝙ si ex mandato vel rogatu alte
rius in charitate existentis viui vel mortui
alius peccator alias non facturus. quasi
ex ꝑsona illius faciat suffragium prodest il
li. Si autem quasi nomine suo faciens vel
let tamen illi applicare: tunc non posset pec

cator pro alio satisfacere. Unde peccator ut procurator non potest pro alio satisfacere. sed ut nuncius. Pe. de palu. vel dic clarius q̄ h est duplex questio. Una est utrum peccator soluens aliena suffragia liberentur: ⁊ ista est questio principalis de qua hic queritur. Alia est questio utrum satisfaciat: ⁊ quantum ad hanc secūdam. primo respōdeo q̄ non satisfacit: nisi illis modis quibus dictum est supra eodem sermone parte.i.conclusione.3. sed quantum ad primam q̄stionem. Utrum liberetur videtur q̄ sic. Non enim plus obligatur homo homini q̄ deo: sed deo lz quilibet sit obligatus seruare precepta tamen non tenetur illa precepta seruare ex charitate. de quo tn̄ dic per Tho. i.2.q.100 ar.10. Nec obstat q̄ intentio iniungentis suffragia fuit ut promittens satisfaceret: quia illa intentio non obligat promittentem. sicut nec intentio dei obligat hominem. que est ut ad finem charitatis seruet mandata: quia substantia mādati obligat subditum. non autem finis mandati. Videtur tamen q̄ promittens alij facere suffragia pro eo si conscius est se esse in mortali ⁊ consequenter pro eo satisfacere nō posse q̄ videtur illum decipere ⁊ consequenter teneatur ei satisfacere q̄d aliter: ut videtur: fieri non potest nisi iterum soluat sicut qui decipit aliū tenetur ad iteresse actione de dolo. l. Et elegāter i p̄n. ff. de dolo. Et. l. Si sterilis. §. cū p vēditorē. ff. de actio. empti.

¶ Quarta conclusio utrum soluens pro multis tot suffragia quot debet omnib9 singulatim: liberetur? Ut si soluo. 30. missas p recomendatis mihi in ca°. ⁊ non hanc pro hoc vl̄ pro illo ⁊c̄. Dico q̄ non perfecte. q2 minus soluit cuilibet. ⁊ per consequens nō liberatur. Nam particularis solutio multa habet incō. noda ut si debeā tibi.x. Titio.x. Seio.x. ⁊ soluo hodie.x. tribus ⁊ cras.x. tribus. ⁊ post cras.x. tribus. non tantum prodest eis q̄ si statim uni soluissem.x. quia ille potuisset statim de illis.x. facere voluntatem suam. Et sic est hic ut si sint tres in carcere tres debeant.x. pro quolibet pro omnibus. ⁊ si primo die soluo.x. nullus euadetur carcerem lz debitum oīu3 minuatur. si secūda die.x. adhuc nullus liberatur. si tria tunc omnes simul liberantur sed soluendo pro singulis. primus primo die. 2° secūda. 3°. tertia fuisset liberatus. ⁊ sic duorum feci conditionem deteriorem. Si ergo aliqui in purgatorio existentes. sic sunt dispositi q̄ unus una missa ⁊ non minori suffragio liberādus sit ⁊ sint multi tales una missa pro oibus istis dicta nullum eripit: sed dicta pro quolibet ipsorum una statim eu3 eripit ⁊ sic diutius singuli tenentur ⁊c̄.

¶ Quinta conclusio est utrum soluens p multis q̄ debet pro uno illorum. ⁊ nō plus liberetur? Dicendum q̄ sic: dum tamen p̄ncipaliter fiat pro illo pro quo debet: ⁊ pro aliis secundario. Et q̄ in suffragio habente opus operatum efficat sicut in missa hoc liceat patet in canone. ubi semper fit memoria tam pro viuis q̄ pro defunctis. Sed quid si aliquis promisit singilatim diuersis unam missam utrum liberatur celebrando unam pro omnibus equaliter intendendēdo? Pe. de pa. dicit q̄ non regulariter a toto: sed a tanto: quia soluit minus quā deb3 sicut promittens Titio unam marcham. ⁊ Seio unam: non totaliter liberatur offerendo duobus unam. sic ⁊ missa celebrata pro multis nō tantū valet singulis. Potest āt excusari.5. modis. Primo pp̄ter iṗossibilitate3 celebrandi pro quolibet sp̄aliter: puta si collegium saluo officio ad quod est institutum non potest soluere plusq̄ tres aut duas aut unam missam. Aut si religioso postq̄ promisit alicui a superiore imponantur alie misse: quia difficultas prestationis: ⁊ si non liberat tamen excusat. Da exemplū de debito hereditario: quādo bona defuncti non sufficiunt. Secūdo propter consuetudinem maxime apud eum qui scit vel scire tenetur: quia scienti dolus non infertur. sicut de parochianis qui petunt misses a curatis ⁊c̄. Tertio pp̄ter conuentionem si expresse hoc dicat promittens: quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l. Si conuenerint. ff. depositi: q̄d etiā sufficit dicere executori: q2 cui cōmisit testator distributionē pecunie p̄missa videt̄ et cōmisisse ordinationē de missa p̄curāda. Quarto pp̄ recompensationem: q2 non refert q̄dem ex equipollentibus fiat: ut si in aliqs missis

vel suffragijs recõpensetur. sicut apud nos missa dicẽda a conventu imponit. vig. fratri.
Quinto propter suppletionẽ vel rc. sed quia in hoc est difficultas. ideo potes illã in predicãdo dimittere. Et predicta sunt scdm Pe. de pa. in. 4. di. 45. q. i. r. 2. Deo grãs amẽ.

¶ De indulgentijs. Sermo. 27.



Uasi a facie colubri: rc. Prosequendo adhuc tertiã cõsideratione quarti articuli vz. de remedijs contra veniale peccatũ. remanet vltimo loqui de indulgẽtijs per quas remittunt peccata ẽt in purgatorio. vt. j. dicetur. Nõ enim sunt institute indulgẽtie ad remissionẽ culpe sed pene debite mortali remisso vel veniali. Salutur virgo maria rc. Pro complemento huius materie debemus notare tres articulos.
¶ Primus est de indulgentie valore.
¶ Scds de earũdem susceptore.
¶ Tertius de earũdem collatore.

Primus ergo articulus est de valore indulgentiarum. Ubi sunt. 3. videnda. Primũ de causa valoris: que est thesaurus ecclesie pro quo soluit pena debita pro peccatis venialibus r etiã mortalibus hic remissis aperiente illo qui hz claves ecclesie. soli autem Petro r successoribus eius date sunt claves. 24. q. i. c. Quodcũqz. Et de transla. pla. Quanto. Da similitudinẽ de eo qui habet claves thesauri materialis rei publice de quo soluẽdum est debitum alterius rc. Sic in proposito rc. Mater enim ecclesia considerãs quod pro quolibet peccato mortali debet septẽnis penitẽtia. 33. q. 2. Hoc ipsum. Et notat. 22. q. i. Predicãdũ. Cõsiderans etiã quod multa peccata cõmittunt ad quorum satisfactionẽ nõ sufficeret vita hois ad penitentiã peragendã: sed remanet aia purganda in purgatorio: cõsiderans etiã penã purgatorij esse acerbissimam: mota pietate materna. instituit indulgentias per quas soluũtur debita penarum de thesauro publico rc. Thesaurus enim iste consistit in duobus. Primo quidẽ i merito christi qui dotavit ecclesiam suã notabili thesauro. de quo ista sumunt. s. merito r satisfactiõe sua. quã fecit ieiunando. orando. laborando. itinerando. predicando. sustinendo. r tandẽ mortẽ patiendo. cuius vna gutta sanguinis suffecisset. r hic thesaurus est infinitus: adeo quod semper restat ad mutuãdum gratis peccatoribus vnde satisfaciant. Unde Sap. 7. dr. quod sapiẽtia. i. xps: qui est sapiẽtia patris infinitus thesaurus est hoibus. quo qui vsi sunt: participes facti sunt amicitie dei.
¶ Scdo hic thesaurus consistit i meritis sanctorum r penalitatibus r passionibus eorum qui multa supererogaverunt quam meruerunt peccata eorum. r sic illud superfluum reponitur in thesauro ecclesie. quia sancti hac intẽtione fecerunt opera satisfactionis. vt nõ solũ sibi sed etiã corpori xpi quod est tota ecclesia facta prodessent. sicut paulus dicit. Oia sustineo propter electos: vt r ipsi salutẽ cõsequantur: que est in xpo iesu. 2. Tim. 2. Et Col. i. Impleo ea que desunt passioni xpi in carne mea: pro corpore eius. quod est ecclesia cuius factus sum minister scdm dispensationẽ dei. Nota Christi. i. corporis xpi mystici. quia nostre passiones qui sumus mẽbra xpi ipsius xpi sunt. quia est vnum caput cum vno corpore. Qui ergo mẽbrum christi est quicquid patitur ab eis qui nõ sunt in membris christi: deerat passionibus christi. Sed attende quod nõ determinate pro illo qui remissione indiget: sancti huiusmodi opera fecerũt alias absqz omni indulgentia remissionẽ cõsequeretur. sed cõiter pro tota ecclesia. sicut apostolus dicit in auctoritate hic supra allegata. r ideo predicta merita sunt cõia totius ecclesie. Ea aũt que sunt cõia multitudinis alicuius distribuuntur: singulis de multitudine scdm arbitrium eius qui multitudini preest. Unde sicut aliquis cõsequeretur remissionẽ pene si aliquis pro eo satisfecisset. ita si est satisfactio alterius r per eum qui põt distribuatur. scdm Tho. in 4. di. 20. q. 3. ar. 3. Pz ergo quõ intelligitur thesaurus iste ecclesie que est causa valoris indulgentiarum: quia a xpo r sanctis r ab eo qui hz claves ecclesie. s. papa datur de illo thesauro tantum quantum sufficit singulis fidelibus: ad solutionem pene debite pro peccatis totius vel partis: prout dispensantis arbitrio videtur. Totius enim thesaurus iste est in dispensatione eius qui preest ecclesie grandi. Unde petro claves regni celorum cõ-

misit xp̄s. Mat.16. Per quas ip̄e vel papa qui locum eius tenet. aperit tanq̃ thesaurarius archam thesauri huius. quando vtilitas vel necessitas exposcit. Patet ergo quomodo thesaurus iste integratur. ¶ Sȝ remanet vna dubitatio. Nam videtur q̄d de meritis christi ꝛ sanctorum nihil restet quia de omni pena ꝛ labore christi ꝛ sanctorum fuerunt ꝛ sunt plene per iustitiam diuinam ꝛ misericordiam remunerati vel remunerandi resumptis corporibus a deo qui reddit vnicuiq̃ ſm opera sua. ergo nō videtur aliquid penalitatis posse fieri satisfactorium ab eis pro alijs. quia sicut non iudicat deus bis in idipsum ꝛ non consurgit duplex tribulatio. Naum.1. sic nec remunerat bis bonum opus: quia bona fides non patitur vt bis idem exigatur. Sed dicendum q̄ opus bonum penale sanctoruȝ potest dupliciter considerari ſm Pet. de palu. in.4. di.20.q.4. Uno modo inquātuȝ est meritorium: ꝛ sic non transgreditur personam nisi solum meritum christi. qui sibi ꝛ alijs meruit. non q̃tum ad gloriam anime quia illam statim habuit in instanti conceptionis corporis ꝛ creationis anime. sed quātum ad gloriam corporis quā meruit merito passionis: iuxta illud Phil.2: Humiliauit se. f.p. fac. obe. vs. ad mor. mor. āt crucis. propter quod do. ex. il. ꝛ do. il. no. quod est super omne no. ꝛc. nec potuit vt videtur christo remunerari ſm mensuram meriti quia meritum eius fuit infinitum. remuneratio autem finita. quia inquātum homo non potest in infinitum remunerari intensiue: ceterorum vero meritum sibi soli ꝓdest. Et ideo nec alius a christo plus meruit q̃ accepit vel recepturus sit in seipso. ¶ Scd̄o modo prout est satisfactorium. ꝛ sic multi plus satisfecerunt q̃ debuerunt. Licet enim pena purgatorij sit maior omni pena mundi. non tn̄ sequitur tale peccatuȝ meretur talem penam in purgatorio. ergo grauissimam in mundo alias nullus posset pati penam vltra culpam cū a veniali nullus sit immunis: cum tn̄ dicat Job. Utinā appenderentur peccata mea quibus iram merui ꝛ calamitas quā patior in stateram quasi arena maris. hec grauior apparent. Job.6. In hoc ergo conueniunt sancti cuȝ christo in hijs que fuerunt supererogationis. quod aliquid ponunt in thesauro ecclesie sicut xp̄s: sed in hoc disconueniunt qa tota satisfactio xp̄i cessit in thesauro ecclesie ꝓ ceteris ꝛ nihil pro se. qa peccatum nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius 1. Pet.2. Unde nullus debitor fuit nec pene originalis. nec actualis: qa ab eo est thesaurus infinitus. alij aūt sancti non. Beata aūt v̄go medio modo se habuit: qa de suis penalitatibus illud soluȝ ꝓ eo satisfacit q̄d erat pena pcti originalis. sicut mors nature cuius ipsa debitrix fuit. relique aūt penalitates sponte assumpte tote nobis cedūt: nō illi qa nullus culpe actualis rea fuit. ꝛ ideȝ est de martyrio innocentū ꝛ aliorꝫ qui nec venialiter peccauerunt. Hoc tn̄ q̄d dicitur de beata virgine nō predices. Item disconueniūt in merito. qa xp̄s sibi ꝛ alijs meruit de condigno. alij autem sancti solum sibi d̄ condigno alijs non de congruo solum.

¶ Scd̄o notandū est de valore indulgentiarum in generali: vbi nota duo. Primo quātum valent indulgentie. Scd̄o vtrū tm̄ ꝓsunt vni qui minus dat ꝛ minus laborat q̃ ei qui plus dat ꝛ plus laborat. Circa primum multi multa dixerunt: vt refert Glo. in c. Q̄d aūt de pe. ꝛ remi. ꝛ doctores theologi in.4. sniarꝫ. di.20. sȝ verior opinio est: sicut dicit Pe. de tarantasio. vbi supra q̄ tantum valent indulgentie q̃tū sonant. Ualent etiam quadraginta dies indulgētie cuilibet habenti tm̄ quātum eidem. 40. dies penitentie: vel annus indulgentie: q̃ vnus annus penitentie facte ſm determinationem vel taxationē factam. siue a sacerdote. siue a iure. siue a iustitia diuina. ꝛ sic valent quo ad forꝫ dei. Et hoc ꝓbatur tuȝ ex eo q̄d dictum est petro. Q̄dcūq̃ solueris super ter. er. solu. ꝛ in ce. ꝓpter q̄d ꝓbatur q̄ remissio que fit quo ad forꝫ ecclesie: valet etiam quo ad forꝫ dei: tum quia alias ecclesia hmōi indulgentias faciens magis damnificaret q̃ adiuuaret. qa remitterentur ad grauiores penas. s. purgatorij absoluendo a penitētijs iniūctis. ſm Tho. in.4. di.20. Anni vero predicti non sunt anni celi vel purgatorij sed mundi. qa in mundo est hu-

iusmodi distinctio dierum.non autem in ce
lo vel purgatorio ſm Pet.Concor.Goff.
in sum.de penitentijs ⁊ re.in fine.⁊ Jo.an.
in.c.Q ð aũt:eodem titulo in nouella.q sic
dicit.Et lꝫ quidam h̄ diuersimode intelligãt
⁊ interpretentur indulgentias istas ego ta
men simpliciter intelligo sicut sonant:vt
ſm qð continent ⁊ promittunt:remittunt.
Nam qualitercunqꝫ satisfiat ecclesie non
refert:⁊ absolutus est quem absoluit eccle-
sia ⁊ ligatus quẽ ligat.24.q.i.Q ðcũqꝫ ⁊c̃.
Uide vt scripsi in verbo indulgentia.Ua
let ergo indulgentia ad remissionem pene
non autem culpe:⁊ ideo abusiua locutio
est dicentium ꝙ hec vel illa indulgentia re-
mittit penam ⁊ culpam.Uide in Cle.Reli
giosi:de priuilegis.Nulla enim culpa remit
titur sine contritione:ergo indulgentia pe-
nam remittit non culpam.Sed videtur qð
etiam penam non remittat:quia remissio
pene est effectus sacramenti penitentie.sed
effectus sacramenti non potest conferri sine
sacramento:qa hoc pertinet ad potestatez
excellentie.que soli xp̄o competit ſm ꝙ ho
mo deo vnitus.ergo ⁊c̃.Rñdeo remissio pe-
ne est effectus sacramenti penitentie.ꝑ mo
dum remissionis gratuite:sed per indulgẽ-
tiam remittitur pena per modum solutiõis
⁊ sic non obstat.

¶Circa scðm vero:vtrum indulgentie om
nibus prosint equaliter.Uerbi gratia:qui
dam vadunt ad visitandum limina apo-
stolorum Petri ⁊ Pauli romam a lon-
ginquo pro mille milliaria.Alij sicut roma
ni non vadunt a longinquo nisi per vnum
iactum baliste:nunquid equaliter prosint
indulgentie omnibus? Uel pone ꝙ detur
indulgentia omnibus qui conferunt aliqd
ad edificationez pontis vel ecclesie ſm sua-
rum facultatum quantitatem:quidã dant
centum ducatos.quidam vero decem vel
pone in similibus ⁊c̃.vtrum equaliter va-
leant omnibus indulgentie? Respondeo:
in indulgentijs est vel potest considerari
quadruplex valor.¶Primo quidem va-
lor meriti:⁊ quantum ad hoc qui plus la-
borat plus meretur:ſm Tho.¶Scðo con
sideratur valor laboris.non per modum in
dulgentie sed per modum satisfactionis ð
peccatis commissis:⁊ quãtum ad hoc qui
plus laborat vel dat plus satisfacit:vt sen-
tit Petrus de taranta.in.4.di.20.Ratio
quia iste valor proportionatur quantitati
laboris illius qui laborat:non autem the-
sauro ecclesie.Differentia enim satisfactio-
nis ⁊ indulgentie est ista:quia per satisfa-
ctionem propriorum laborum soluit quis
penam de proprio thesauro sed per indul-
gentiam soluitur debitum pene de alieno.i.
de communi thesauro.¶Tertio considera
tur valor laboris quantum ad preseruatio
nem de peccatis futuris:⁊ quantũ ad hoc
maior labor ⁊ elemosyna magis preseruant
a futuris.indulgentia enim supplet locum
satisfactionis inquantum satisfactio est pu
nitiua:quia.s.pena quam alius sustinuit re
putatur isti ac si iste sustinuisset:⁊ ideo re-
atus pene tollitur:sed non succedit in locuz
satisfactionis inquãtum est medicina.quia
adhuc remanent pronitates ad peccandũ
derelicte ex priori peccato:ad quas sanan-
das necessarius est labor satisfactionis.Et
ideo cruce signatis est consulendum dum
viuunt.vt non pretermittant satisfactionis
opera:inquantum sunt preseruatiua a pec
catis futuris.licet reatus pene sit totaliter
solutus.nec ad hoc requiratur aliquis la-
bor:quia sufficit labor passionis christi.mo
rientibus autem non est necessaria preser-
uatio huiusmodi:sed solum liberatio a rea
tu pene.⁊ hec vult Tho.in.4.quolibet.q.
vltima ad tertium articulum.Idem notat
Tho.in.4.di.20.vbi dicit.ꝙ consulendum
est eis.qui indulgentiam consequuntur.ne
propter hoc ab operibus penitentie iniun-
ctis abstineant:vt ex hijs remedium conse
quantur quamuis a debito pene essent im
munes.⁊ precipue.quia quandoque sunt
plurium debitores.q̃ꝫ credant.Tho.

¶Quarto in indulgentijs cõsideratur va-
lor indulgentie.Et quantum ad hoc equa-
liter valent omnibus.Ratio est ſm Tho.
quia remissio hec per indulgentias non
proportionatur labori sed meritis que dis-
pensantur:ideo tantam indulgentiam con
sequitur qui minus laborat quantam qui
plus.

¶Tertio notandũ est de valore indulgen-

tiaꝝ in spāli. Ubi nota .3. Primo si datur indulgentia cōferenti de substantia sua ad edificationē pontis ⁊ aliquis nō pōt dare ꝓpter paupertatem: tñ habet intentionem dandi: an lucretur indulgētiā? Rñ° fm Pe. de pal'. in .4. di. 20. Si est determinata quātitas qui nō dat tñ q̄ nō potest nō lucratur indulgentiam lȝ alias bona voluntas sufficiat ad merendū. sed nō ad satisfaciēdum. Sed arguitur cōtra. Nam in regula imputari lib. 6. di. Imputari nō debet ei ꝑ quem nō stat si non faciat qꝺ per eū fuerat faciendum. Sed Rñde dicens. ꝙ lȝ nō imputetur ad culpam vel ad penam vt in regl'a dicitur: tñ nō debet lucrari: vt h̄. Ui de infra parte scꝺa. ꝯclusione scꝺa. Si aūt simpliciter dicatur. qꝺ indulgentiā habeat: qui tali pio loco subuenerit intelligitur fm suam ꝯditionem. Scꝺo nota. ꝙ si datur indulgentia euntibus ad ecclesiam sancti Petri. Utruȝ in eadē die totiens lucretur quotiēs intrat? Jo. an. in. c. Cum ex eo. de peni. ⁊ remis. allegat. Uinc. dicentē. ꝙ si eadē ꝑsona eodē die sepius cōuenit ad locuȝ pro quo indulgetur remissio. vel sepius dat denarium: sepius habebit .40. dies dū durat tempus vel dies remissionis. quia non est cōmissa remissio solum propter iter vel denarium: sed ⁊ propter obligationeȝ ecclesie que sic remittendo se obligat orare pro alio. Si igit̄ discretus ⁊ remissionē faciens. Idem Guil'. in speculo. e. ti. §. quid si eadē. vbi addit rationem: ꝙ in beneficijs debet fieri larga interpretatio fm Jo. an. Sed Pe de palu. in .4. di. 20. tenet cōtrariuȝ dicens. In perennibus indulgentijs sicut in ecclesia beati Petri. 40. dieꝝ quotiens aliquis vadit totiens indulgentiam consequitur. veruȝ est quolibet mēse. ⁊ quolibet die. sed pluries in die nō videtur sensisse concedens indulgentiaȝ: quia posset cedere in derisionem: quia nō faceret homo nisi ponere pedem ⁊ exire: ⁊ redire. Uideret etiā non rationabile si totiēs lucraretur. Et supponendum est ꝙ papa nō potuit vel noluit dare indulgentiam pro causa nō iusta fm eundem Petrum.

¶ Tertio notandū vtrum indulgentie durent post mortem cōcedentis. Et dicendum fm Pe. de palu. vbi supra de indulgentijs pape ꝙ sic. Si hoc intendebat: puta q̄ dixit. quolibet iam nō simpl'r. q̄ gratia cōcessa nō expirat per mortem concedentis: vt in. c. Si super gratia. de offi. deleg. lib. 6. Et in. c. Si cui nulla. de preben. eodē lib°. Si aūt dixit vsq; ad qnquēnium. vsq; tunc valet ⁊ non plus. si superuiuat nec minus si ante moriatur: q̄ vt dictum est gratia non expirat per mortem cōcedentis. Idem videtur de indulgentijs epoꝝ quas ꝯcedunt in dedicationibus ecclesiaꝝ ꝙ ꝑpetuo durant: per qꝺ verum est si cōcedens concedat simpliciter. Si aūt concedantur gratie vsq; ad bene placitum pape extingunt̄ gratie mortuo papa. Si aūt concedantur vsq; ad bene placitum sedis apostolice. durabunt perpetuo: q̄ sedes ipsa non moritur: nisi a successore fuerint reuocate: vt habetur casus in. c. Si gratiose. de rescriptis lib. 6. Si autem concederēt̄ persone: puta vni conuerso: ad illius persone vitam durant ⁊ non plus: quia priuilegium personale personam sequitur: ⁊ extinguitur cū persona: vt in regula. priuilegium. lib. 6. Sȝ locus est imortalis. Ūn̄ indulgētie concesse loco: tamdiu durant quādiu locus: propter quod si ecclesia sic destruatur ꝙ oporteat eam dedicare iterum: per illam destructionem potentie indulgentie destruuntur: fm Pe. de palu.

¶ Scꝺs articulus de indulgentiarū susceptore. Unde videndum est quibus indulgentie prosunt ⁊ quibus nō. Ubi nota. sex conclusiones fm Pe. de palu. vbi supra.

¶ Prima conclusio est ꝙ non prosunt indulgentie existentibus in mortali. Unde dicitur in eis vere penitentibus ⁊ confessis: intelligo de confessis in proposito: quia nō oportet de facto. Contra quod tamen est. quia in quibusdam exprimitur: vel qui infra mensem fuerint confessi. Unde videt̄ ex mente ⁊ pactione ecclesie concedentis ꝙ qui quando implet conditionem non est in statu gratie: postea recedente fictione recipit effectum.

¶ Scꝺa conclusio est: ꝙ modo implenti cōditionem non prosunt. siue paupertate siue impotētia impediatur: quoniam non hoc

princeps vult. qm̄ qui iturus vltra mare
moritur nisi forma hoc habeat non conse/
quitur indulgentiā. Antiqua enim forma
quā ponit Host. de iudeis. c. Ad liberan/
dam. quottidie immutatur ⁊ innouatur.
Nec obstat ꝙ voluntas pro facto habe/
tur quando quis non potest: ⁊ concordat
regula iuris: que dicit. Imputari non de/
bet ei per quā nō stat si non facit ꝙ per
eum fuerit faciendum. de reg. iuris. c. Im/
putari lib. 6. Item alia regula iuris que
dicit. Cum non stat per eum ad quem perti
net quo minus conditio impleatur habe/
ri debet perinde ac si ipleta fuisset. Quia
respondeo ꝙ illud verum est quantum ad
meritum seu premium essentiale. non autē
quātum ad accidentale: puta remissionis
pene vel huiusmodi cuiusmodi est indulgē
tia. sm̄ Tho. in. 4. di. 20. ar. 5. q. 3. ad primū.
Conditiones huiusmodi sunt implende in
forma specificata. Sic ecōtra dicimus de
irregularitate quā non incurrit quis si non
occidat vel mutilet aliquem q̄uis eū fue/
rit persecutus: ⁊ pro eo non deficit. q̄r lex
promotionis factum requirit. 15. q. i. c. vlti.
Sic nec excōmunicationem incurrit quis
si persequitur clericum: non tamen tangit.
quāuis quātum ad meritum culpe tm̄ de/
mereatur quātum percutiendo. si per eum
non stetit: quia apud deum consensus pro
facto habetur. Mat. 5. Qui viderit mulie/
rem ad concu. eam ⁊c. Si ergo datur in/
dulgentia omnibus crucem sumētibus eo
ipso ꝙ eam sumerent ⁊ si plus non facerēt
eam lucrarentur. Concor. Tho. in. 2°. quoli
bet. q. vlti. Sed si dicatur transfretantibus
non habet antequā sint vltra mare. Si autē
dicatur euntibus. consequitur in via. ⁊ sic
de aliis modis. Si tamen vadit existens in
mortali: fructum non percipit quousq̄ sit
penitens. sed tunc sic. Nec obstat ꝙ opus
mortuum nunquā reuiuiscit: quia hoc verum
est quātum ad hoc. vt homo aliquod ex il
lo opere mereatur. Ad hic recedente fictio/
ne non meretur homo remissionem pene
ex opere illo: sed ex thesauro ecclesie. qui
est causa remissionis pene per modum so/
lutionis sm̄ qd̄ dicit Tho. in. 4. di. 20. ar.
5. q. 2. Si quis autem sumendo crucem nō
intendat ire nisi dominus suus vadat eū
quo ire intendit: illo mortuo vel non vo/
lente ire non tenetur ire. Ratio quia defi/
cit conditio intenta. Sed tale propositum
quo vult ire non simpliciter sed sub condi/
tione. si interim moriatur non facit eum lu/
crari indulgentiam: quā lucraretur si sine
conditione ire decreuisset.

¶ Tertia conclusio ꝙ non prosunt nō sub
dito. nisi de licētia proprii episcopi aut pro
prii iudicis. Extra eo. Qd̄ autem. Unde ⁊
videtur sufficere ex licentia curati. Sicut
enim curatus nō sacerdos potest licentiare
vt non curatus sacerdos absoluat quāuis
ipse non posset absoluere. quia alius iure
suo absoluit eum sit sacerdos. dum tamen
habeat materiam: sic ⁊ hic sibi subditum
alteri tradidit ⁊ ille cū sit episcopus iure
suo dat indulgentiam quā iste tradens nō
posset dare. propter qd̄ curati absoluentes
debent eis iniungere omnes indulgentias.
quas poterunt obtinere. Nota ergo ex pre
dictis ꝙ siquis vadit ad ecclesiam subdi/
tam alteri episcopo pro indulgentia non
lucratur indulgentiam. nisi habeat licentiā
ab episcopo suo., vel curato. Sȝ videtur ꝙ
si consuetudo est eundi ⁊ episcopi sciunt ⁊
tolerant: videntur tacite consentire. Argu/
mentum in regula. Qui tacet lib. 6.

¶ Quarta cōclusio est ꝙ exemptis ꝓsunt.
non solum de licentia suorum superiorum
sed de iure cōmuni. qui quo ad hoc non vi
dentur exempti: quia hoc noluerunt impetra
re quod est malum suum: nec eximens con/
cedere: quāuis non possent absolui ab epi/
scopo in foro conscientie. quia ibi etiā opor
tet ligare: ⁊ non possunt ab eo ligari: sed
dans indulgentias ad nihil ligat nec pro
prie soluit sed solum thesaurum dispensat.
quia vero dispensatio sibi tradita est pro
tota sua diocesi: vt illis dispenset thesaurū
christi: inde est ꝙ etiam exemptis potest di
spensari quia sunt de sua diocesi. licet non
subditi. quia etiam subditi suffraganeorū
non sunt subditi metropolitano a quo tm̄
indulgentias consequuntur. Sed non po/
test episcopus dare illis qui nō sunt de sua
diocesi: quia pro illis dispensationem non
suscepit.

¶ Quinta conclusio est q illi qui dedit in/
dulgentias valet si iplet conditionem:q2 sibi
pôt homo accipere de bonis côibus: sicut
aliis dispésare: quis sibi nô possit hô dare:
q2 inter dantê et recipientê dz esse differen
tia psonalis:vt in.c.Debitû. de baptismo.
Hoc dictû patitur dubitationê:sed etiam
illi pro quo fit.siue sit viuus siue sit mortu/
us:dum tñ forma indulgentie hoc hêat.
¶ Sexta conclusio est q indulgentia nô so/
lum vz illi qui iplet conditionê puta qd di/
cat.Quicûq3 hoc fecerit vel p quêcûq3 hoc
fecerit siue viuus siue mortuus habeat tan
tá indulgentiá siue tantû de indulgentia.
Secus aût si forma hoc nô habeat.q2 qui
dat indulgêtiam est dispensator.et applicat
cui vult.nô aût ille qui iplet conditionem.
Vñ qd dicunt aliqui q indulgentia ex in
tentione suscipientis transfertur in illû q ê
in purgatorio:nô videtur verû nisi forma
concedentis hoc habeat.q2 sicut nô extendit
vltra quátitatê nô expressam: sic nec perso/
ná transgreditur:sed sunt stricti iuris.s.in/
tentio dispensantis hoc facit.q2 sicut bona
viuor eis côicantur:sic et thesaurus mortu
orû.Innoc.tñ extra e.ti. Qd aût dicit q
solius pape indulgentia valet defunctis.bz
Pe.de palu.Idê tenet . .ho.ctû ad hác
sertá qônê in.4.di.20.ar.5.q.3.ad scdz.Et
di.45.q.2.ar.3.q.2.Sed Petrus de tará.
videtur tenere contrium in.4.snia p.di.20.p
blemate.3.arti.3.ad secûdá.q.vbi sic dicit.
Ad scdaz qônê rñdeo.Alr ipenditur alicui
suffragiû.alr indulgentia.Suffragium per
charitatê:indulgentia p auctoritatê.Eccl'a
cuz illis qui sunt in purgatorio hz cômunê
charitatem:sed nô habet supe illos aucto
ritate:ideo pôt eis côicare suffragia et bo/
na sua:nô tñ indulgentias pôt dare dire/
cte.q2 nec de foro suo sunt:nec illa p qb9
indulgentia datur psit facere:sed indirecte
s.p suffragium et ministeriû viuentium: q
sunt de foro ecclesie:sm Pe.de ta/
ran.Prima opinio verior est.q2 sic ecclesia
approbat:concedendo indulgentias etiá de/
functis.Ad illud aût qd opponitur q po/
testas pape nô extenditur ad nô subditos
cuiusmodi sunt defuncti.ad hoc est triplex
rñsio.Prima q aie que sunt in purgatorio
sunt subdite potestati ecclesie.Nec obstat
qd di Mat.16.Qdcûq3 ligaueris sup ter
ram et qdcûq3 solueris sup terram etc.quia
exponitur.qdcûq3 ligaueris sup terram.i.
quádiu fueris sup terram. Sed qa ista re
sponsio videtur reprobari per tex.in.c. Ne/
gatur i fi.24.q.2.Ideo dici pôt.2°. q aut
loquitur de ligatione culpe.et tunc tñ super
terram.i.viuos pôt papa ligare et soluere.
Aut deligatione pene et tûc defunctos etiá
soluere pôt.Sed contra hoc facit: qa hoc
in nulla auctoritate inuenitur. quinimmo
ecôtra.c.Negatur.supra allegatû.Et prete/
rea ex hoc seqtur q cum possit papa absol
uere aiam a purgatorij pena.ergo videtur
q possit illaz ligare ad pená purgatorij.vt
diutius vel accerbius puniat.Eius est eniz
ligare cuius est absoluere et ecôuerso.21.di.
Inferior.Et de iudicijs.c.Cum non abho
mine.sed hoc est falsum.qa non pôt ligare
papa aias in purgatorio existêtes ergo etc.
Ideo pôt.3° dici q verû est q aie de pur/
gatorio nullo mô subsunt potestati pape p
illud. Qdcunq3 solueris et ligaueris super
terrá etc.sed tñ bene pôt eis indulgentiam
concedere. sm q ponit prima opinio que
ab ecclesia approbat.Non obstat si dicat.
q ad indulgentiá reqritur potestas ex p/
te concedentis:vt in.c.Qd aût de pe.et re.
Quia rñdeo q duplex est potestas. Una
est potestas ad aperiendû:altera ad presi/
dendum.¶ Prima potestas est necessaria
ad indulgentiá:qa non pôt qs concedere
indulgentiaz nisi habeat potestatê.siue cla/
uez aperiendi thesauros ecclesie. Unde pri
uatus homo quâtecûq3 sanctitatis non pôt
indulgentiam concedere.etiá virgo maria
neq3 angelus.qa non habet claues : papa
aût habet claues plenarias.ergo.etc. Et sic
intelligitur q dictum est reqri potestatem
ad indulgentias concedendas. Altera est
potestas presidenda et hoc non reqritur in
indulgentijs. Et hoc probatur duplici rône
Prima qa indulgentia soluit a pena per
modum solutionis de thesauro publico:vt
dñt doc.non aût per modû absolutionis q
est ex potestate:et hoc dicit Albertus in cô
pendio theologie.Manifestû est aût q the
saurarius pôt etiam pro non subdito solue
re debitum.dûmodo habeat clauê thesau
ri:et sic est in proposito ergo etc.Preterea et

ſecūdo:dr̄it hoc.⁊ notatū ē ſupra ꝙ prelatus
pōt gaudere indulgentia indulta ſi implet
ↄditionē:ergo ſequitur ꝙ nō requiritur po
teſtas preſidendi in ↄcedente. alioquin nō
lucraret̄ ipſe ↄcedens indulgētiam:qꝛ ne/
mo ſibi ſubditus eſt.l.liber homo.ff.ad.l.ac
quil.ſicut nemo pōt ſeipſum abſoluere ab
excōicatiōe vel ligare. Pꝫ ergo ꝙ i idulgē
tijs ↄcedendis nō requiritur poteſtas preſi
dendi.ſed ſufficit poteſtas aperiendi. Nec
obſtat.c.Nō aūt de pe.⁊ remiſ.qd dicit.ꝙ
indulgentia nō ꝓdeſt nō ſubditis. qꝛ illud
veꝝ eſt in ep̄is ⁊ alijs prelatis inferiorib⁹.
in q̄bus etiā requiritur poteſtas preſidēdi.
nō q̄dem de eſſentia indulgentie ſm ſe:ſed
qꝛ ſic ordinauit eccleſia.ne indulgentie vi
leſcant ſi paſſim oibus ab hominibus ↄcce
di poſſent.⁊ ſic illud incōueniens ſequeret̄
ꝙ claues eccl'e ↄtēnerentur.⁊ ſic pnialis ſa
tiſfactio eneruaret̄.ꝫ.c.Cum ex eo.de pe.⁊
re.nō aūt loquitur de papa. qꝛ in terram
nō hꝫ ſuperiorē.Et hoc innuit̄ in illo textu.
alijs quā his qui remittētibus ſubſunt ⁊c̄.
Pape aūt ſubſunt omnes.ergo nō loq̄tur
in papa.Et hoc vult Glo.Tancredi.qui di
cit ſuꝑ illo verbo ſubſunt. Per h̄ pꝫ ꝙ nō
loq̄tur de remiſſionibus que fiunt a papa.
Cōcluſio ergo eſt ꝙ indulgētie ↄceſſe a pa/
pa extēduntur ad aias purgatorij.ſi hoc in
tendit.intendere aūt videt̄ ſi exprimit hoc
in bulla.alias nō:qꝛ in priuilegijs reſpiciē/
dus eſt tenor verboꝝ: vt in.c.i. Porro.de
priuileg.Indulgētie aūt ep̄oꝝ nō proſunt
nō ſubditis:vt in dicto.c.Nō aūt.⁊ qꝛ aīe
me defunctoꝝ nō ſunt ſubdite ipſis idcir/
co nō ꝓſunt eis.Et hoc vult Innoc.in.d.c.
Nō aūt. Dicēs ꝙ ſolius pape indulgētie
valent defunctis ſm eum. Pōt tñ papa cō
cedere ep̄is ꝙ poſſint ↄferre: indulgentias
etiā defunctis.ꝑ rōnem iāꝫ dictā. Et ſic cō
cludo i hac materia:ſaluo iudicio ſaniori.

Illud aūt vltimo pōt queri.Nunq̄d re
quiritur ꝙ viuens expleat cām indulgētie
in charitate ad h̄ vt proſit indulgentia de/
functis.Dicēdū ꝙ nō cum ꝓbeat nudū mi
niſteriū.ſicut ⁊ de ſatiſfactione dictū eſt ſu
pra ſmone ꝓrimo pte p̄ma.ↄcluſiōe tertia
Sic etiā nota.in ſimili.b.Tho.in.4.di.45.
q.2.ar.3.q.i. Tertius articulus erat de.
indulgentiaꝝ datore.Ubi videndū eſt q̄s
poſſit indulgentias dare.Circa qd nota.q̄t
tuor ↄcluſiones. Prima eſt ꝙ papa i hoc
hꝫ plenitudinē poteſtatis.ſummus penitē
tiarius.dat cētum dies.legatus pōt dare in
ſua ꝓuincia:indulgentias ꝑennes. de offi/
cio leg.c.vlti.in Glo.Et idem nota. Glo.in
.c.penul.de pe.⁊ re.Ep̄s ⁊ ſuperiores.40.
dies cōiter.In dedicatiōe aūt eccleſie vnū
annum ſiue ſit vnus ſiue plures.ſed ꝑ an/
niuerſario niſi.40.dies.de pe.⁊ re.c.Cū ex
eo.Abbas aūt nō pōt dare indulgentias.
extra de ex.p̄e.c.Accedētib⁹ nec quicūq̄
inferiores ep̄is.Item archiep̄s pōt dare ꝑ
totam ſuam ꝓuinciam indulgētias.de pe.
⁊ re.c.Noſtro.⁊.c.i.⁊ vlt.lib.6.Quicūq̄ an
te eſſet ab eccleſia preciſus. nō poſſet dare
indulgentias.qꝛ indulgētie nō proſunt niſi
ſubditis.Extra eo.Nō aūt. ꝓciſus aūt nō
habet ſubditos.ſaltem quo ad vſum iuriſ/
ditionis.24.q.i.Audiuimus. Et not.Glo.
xi.q.3.Iulianus.

¶Seda ↄcluſio eſt ꝙ quidā dicunt ꝙ nul
lus pōt dare indulgentias:niſi ſit ſacerdos
qꝛ nemo pōt in remiſſiōe pene in foro pnīe:
niſi qui pōt in remiſſione culpe.ſꝫ nō ſacer
dos nihil pōt in remiſſione culpe.ergo nec
pene. Sꝫ ꝑ indulgētiā remittit̄ pena nō ꝑ
tinens ad foꝝ ↄtentioſum laicuꝫ.qꝛ cruce.
ſignatus lꝫ ſit abſolutus ab omni pena. ni/
hilominus ſuſpēdetur ſi prius meruerit vel
etiā poteſt nec quo ad foꝝ eccleſiaſticum.
Uñ penitētie iniuncte in caplo noſtro non
ꝓpter hoc relaxant̄.⁊ ſic pertinent ad foꝝ
ↄſcientie.ergo ⁊c̄.Sic tenet Hoſt.vt refert
Io.an.in.c.Accedentibus.de exceſ.pre.vbi
tenet Hoſt.ꝙ electus in ep̄m cōfirmatus
⁊ nō ↄſecratus ſi ſacerdos nō ſit nō poteſt
dare indulgentias.cum careat ep̄ali ⁊ ſacer
dotali ordine.Idē tenet archidi.in.c.Ro/
mana de pe.⁊ re.lib.6.Glo.Pe.ipſe tñ te/
net ↄrium in ſumma.c.ti.quis poſſit. vbi te
net primam opinionē.ſicut ſcripſi in verbo
de indulgētia. Sed dicēdū ad hec ne rōnē
ꝙ ꝓprie loquendo de dimiſſione pene q̄ ē
per remiſſionem liberalē nullus habet po/
teſtatē:niſi qui etiam poteſt in remiſſioneꝫ
culpe.ſed ad ſolutionē pene vel in dando
vnde ſoluat.pōt quilibet ⁊ ipſemet peni/
nitens qui ſe acquietat ſoluēdo:⁊ alius pri/
uatus qui ſatiſfacit pro eo. Illa ergo re/

missio pene nõ presupponit in remittẽte potestatem remissionis culpe: ſm Pe. de pal. Et ꝯcor. Tho. in. 2°. quolibet. q. viii. ad ſm articulũ. ibi expresse dicit. ꝙ etiam non sacerdos põt indulgentiam facere: ſi ſit ei cõmissum: q: indulgentia non est sacramentalis. vñ nõ sequitur ordinem: ſed iurisditionẽ ſm Tho. pro hoc facit textus in dicto. c. Quod aũt. de pe. ⁊ re. Ex predictis potest inferri ad qõnez. vtrũ capitulum sede vacante possit dare indulgentias. Et Jo. an. in. c. Accedentibus. de exceſ. prela. videt̃ tenere ꝙ nõ. lʒ dicat ipse ꝙ qdam seruẽt ꝯtrariũ: vt refert Archi. de pe. ⁊ re. Romana. lib. 6. Et facit ad materiá ꝙ not. in Cle. i. de here. in Glo. Nec lr̃a. Pro hoc facit q: dare litteras indulgẽtiarum est dignitatis ep̃alis. vt dicit textus in dicto. c. Accedentibus. de exceſ. prela. ergo nõ pertinet ad capitulũ. Jsta tñ qõ pendet ex illo fundamento vtrũ indulgẽtia sequatur ordinẽ an iurisditionem Quia ſi dicimus ꝙ sequitur iurisditionẽ. ſicut videtur tenere Tho. ⁊ Pe. de palu. tunc capl'm potest litteras indulgentiaꝝ dare. q: in his que sunt iurisditionis capl'm vt vĩ succedere loco ep̃i. de maio. ⁊ obedien. c. Unico. lib. 5. Tertia ꝯclusio ẽ ꝙ dñt quidam: ꝙ solus papa iure ordinario eas dat. ⁊ ſi ep̃s aliquibus concedat illis denunciat nõ dat: q: delegatus non potest subdelegare. Sed ꝯtra q: summus penitentiarius dat auctoritate ordinaria centum dies de indulgentia: qui potest dici ordinarius in spiritualibus. Sic legatus dicit̃ ordinarius in temporalibus. Iteʒ delegatus a principe in his que sunt fidei non potest subdelegare. ſed episcopus cõmittit predicatoribus dare indulgentias. ergo est ordinarius: in hoc ⁊ nõ delegatus. Item ſm ꝙ Bar. notat in l. Et q: ff. de iurisdi. omnium iudi. Lex dat ordinariá iurisditione: ſed a iure est ꝙ episcopus det. 40. dies. ergo auctoritate ordinaria hec facit. Et hoc tenet Pe. de palu. vbi supra. Pro hoc etiá facit extra de exceſ. prela. c. Accedentibus ꝙ dare litteras indulgẽtiaꝝ ẽ dignitatis episcopalis. Jdeo non cõpetit abbatibus. Ergo videt̃ ꝙ episcopus habet a lege auctoritatem ordinariam indulgentias concedẽdi. Et sic idem quod prius.

Explicit de peccatis in genere bti Fratris Petri Hieremie ordinis predicatoꝝ Ad laudem dei ⁊ gloriose virgis ⁊c̃. Qui fuit panormita ⁊ siculus filius conuentus Bononiẽſi.

Impressum Brixie per Jacobum Britannicum.

Sermones Pe-
tri Hieremie
De fide.

Tabula horum sermonum. De fide.

Finis.

De fidei necessitate sermo primus.

¶ Incipit tractatus de Fide eiusdem. Et primo de necessitate fidei. Sermo .i.



Fides tua te salvum fecit. Luc. 7. ⁊ Lu. 18. ¶ Dicit fides tua te salvum fecit. in genere masculino cape q̄d vis: sed melius est dicere salvu͞z: s͞m q̄d legit̄ in euangelio quinquagesime. In qua d̄nica incipe predicare. Verba ꝓposita litteraliter sunt dicta per saluatorem Marie magdalene: s͞z moraliter possunt adaptari cuilibet anime x̄p̄iane de hoc seculo migranti: cui saluator dicit. Fides tua ⁊c̄. Predicaturus igit̄ de articulis fidei: quedam de fide primordia poná pro nostra instructione ⁊ preparatione materie articuloꝝ clarius intelligende: ⁊ de quolibet istoꝝ fieri poterit vnus sermo prout d̄ns gratiam dederit.

¶ Primo quidem de fidei necessitate.
¶ Sc̄do de fidei quiditate.
¶ Tertio de fidei veritate.
¶ Quarto de fidei perfectibilitate.
¶ Quinto de fidei vtilitate.

Hodie aūt sufficiet predicare de primo puncto: v͞z de fidei necessitate. ⁊ erit materia aliqualiter speculatiua. Pro huius ergo materie declaratione est notandū: q͞p vera ꝯclusio est in sancta theologia. q͞p fides est necessaria ad salutem humanam. Hec aūt ꝯclusio ꝓbatur rōne. ⁊ auc͞te. ⁊ exemplo. ⁊ ponetur in fine sermonis. Pro rōnis aūt intellectu est notandū. q͞p in omni via ⁊ in omni operatione est primo necessaria cognitio finis ipsius oꝑationis vel vie. Et huius rō est. Quia finis est causa causaꝝ que mouet agenté: ⁊ ꝓncipiū oꝑationū nostraꝝ. Licet enim finis sit vltimus in execution: t͞n est primus in intentione. ⁊ mouet agent͞e. Sicut enim se habét principia indemostrabilia in speculabilibus: sic h͞z se finis in operabilibus. Pone exemplum. Si dicis famulo tuo vel seruo. Ambula: statim querit quo. Sic: si tu moueris ad ambulandū: statim anteq͞z ambulare incipias. precōcipis. finé quo vadas: ⁊ sic est in quacūq͞z operatione. Da exéplum de illo q̄ fabricat domū: q͞z intendit finem habitandi: vel vendendi. Sic de scribente librū. Sic de muliere filante vel texente. Sic de medico medicante. s. ad finem sanitatis. Sic de legista ⁊c̄. Nec ad rem pertinet. siue sit malus. siue sit bonus finis. Ná qualiscūq͞z sit finis: semper mouet agenté. Modo ad ꝓpositū. Nos oés in hoc mundo sumus viatores: nō enim habemus hic ciuitatem manenté sed futurá inquirimus Heb. vltimo. Finis aūt ad qué ordinari sumus ⁊ tendere debemus: est deus. Nō aūt diuicie nec honores. nec voluptates. ⁊ huiusmodi. Sicut eni͞z ipse deus est cá efficiens oīum ꝑ potentiá suam. ⁊ exéplaris ꝑ sua͞z sapiétiam: sic est ⁊ finalis per suam bonitatem. Apo. i. Ego sum alpha ⁊ o. principiū ⁊ finis. Na͞z sicut dicit mag͞r sen. in. 2. di. i. Ad hunc finem creatus est homo: vt cognoscat deū. ⁊ cognoscendo diligat. diligédo possideat. possidendo fruat̄. In cognitione dei ꝯsistit perfectissime humana beatitudo: q̄ est finis noster. Ité Aug. 19. de ci. dei. c. 20. Nō est vera sapiétia. que intentioné sua͞z in his que prudéter discernit. gerit fortiter. cohibet téperáter. iusteq͞z distribuit. nō ad illum dirigit finem: vbi deus erit oīa in oībus. eternitate certa atq͞z pace ꝑfecta. Hec ille. Et ideo ad ipsum tédere debemus cū toto intellectu. cū toto affectu. cū totis viribus corporis. ꝑs. Accedite ad eum ⁊ illuminamini: ⁊ facies vestre nō ꝯfundent̄. Et sic deus incarnatus nos ad ipsum inuitat dicés. Venite ad me oés qui laboratis ⁊ onerati estis Mat. xi. Cum ergo deus sit finis noster: sequit̄ q͞p nos debemus ipsum scire ⁊ cognoscere. Vide in. 3°. ꝯ̄ gétil. c. 25. vbi agit̄ q͞p intelligere deū: est finis omnis intellectualis substantie. Ité in primo ꝯ̄ gentiles c. 5. vbi dicit̄ q͞p p͞hs in. x. ethico. reprehédit Symonidé quéda͞z qui persuadebat hoībus vt pretermitterent diuiná cognitioné ⁊ humanis rebus ingeniū applicarét. Oportet inquiebat humana sa

pere hominē: et mortalia mortalem. Unde phs rephendens eū dicit. Homo se debet ad imortalia et diuina trahere: quātū pōt. Et q̄to perfectius cognoscimus ipm deū: tanto feliciores et beatiores sumus: q2 vltima et pfecta beatitudo hois in dei cognitione psistit. Iuxta illud Jo.17. Hec ē aūt vita eterna: vt cognoscant te solū verum deū et quē misisti iesum xpm. Itē ecclesia. Deus quem nosce viuere rē. Itē ps. Uacate et videte qm̄ ego sum deus rē. Nota Uacate per ɔtēplationē. et Uidete per cognitionē. Et ex hoc inferk q necessaria est hoi cognitio de diuinis. Nullū aūt est ita ɔueniens et sufficiens mediū ad habendū cognitionē de diuinis in hac vita: sicut fides. Pro cuius etiā clariori intellectu debemus notare: q sicut tāgit. b. Tho. in.4. ɔtra gentiles in pphemio. Hō de diuinis triplicē cognitionē habere pōt. Prima est cognitio nature: et hec habek p cognitionē naturalē. Scda gratie: et hec habek per reuelationē diuinalem. Tertia glorie: et hec habek per visionē supranaturalē. prima ē bona. scda melior. tertia optima. Prima ergo cognitio de diuinis habek ab homine naturaliter per creaturā. Nam sicut p sensum et motū membrorū corporis cognoscitur aiam eē in corpore hois: vt dicit phs primo de aia licet sensu non participak: vt pote cum sit spūs: sic et p motū mundi cognoscik q sit deus. Uerbi grā. Uides celos moueri. solem. lunā. et stellas. sic etiā vides motū elemētorū. siue loquamur de motu locali. siue de motu generationis et corruptionis. Ex hoc motu cognoscitur q sit deus naturaliter. Isto modo cognouerunt phi naturaliter deū esse. Unū Uirgilius in.6. enei. carens quidē fide sed lumine naturalis rationis illustratus: sic inquit.

Principio celū et terrā cāposq3 liquētes.
Lucentēq3 globum lune titaniaq3 astra
Spiritus intus alit: totamq3 īfusa p artus
Mens agitat molem. et magno se corpore
  miscet.

Patet ergo q ex motu mundi cognoscik deus naturali cognitione. Hoc etiā apls attestak Ro.1. Inuisibilia enim dei: a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta ɔspiciuntur. sempiterna quoq3 virtus eius et diuinitas. Nota Inuisibilia dei. s. attributa psonis diuinis. s. potētia. sapiētia. bonitas. Potētia aūt dei cognoscik per magnitudinē creaturarū. Sap.13. A magnitudine enim spēi et creature: cognoscibiliē poterit creator horū videri. Sapientia: in ordine dato creaturis. s. in cursu stellarū et solis et lune et in elementis et in mutatione tēporū rē. Bonitas eius: in ɔseruatiōe creaturarū. Uide de hoc clarius post festū trinitatis sermone.18. parte.1. Nota etiā A creatura mundi. i. ab hoie qui participat cum omni creatura. s. cū creaturis habētibus solū esse: et etiā cum habētibus viuere et cum habētibus ɔsentire. et etiā cū habētibus intelligere. s. cū angelis. Jō vocak homo creatura mūdi. Mat. vltimo. Predicate euangeliū omni creature. Glo. i. hoi. Patet ergo prima cognitio de diuinis. Sed q2 intellectus noster nō pōt naturaliter inuestigare oia que sunt necessario cognoscenda de diuinis: q2 sunt transcēdentia humanā rationē ideo est necessaria scda cognitio: q̄ habetur per fidem. Nam licet in rerū natura nihil sit cognoscibilius et manifestius deo: tū ppter modicitatem intellectus nostri nō possumus pertingere ad plenam cognitionem diuinorū. quantū pertinet ad necessitatē salutis nr̄e. Propt qd dicit phs in.2. Meta. Q̄d sic se habet oculus noctue ad solem: sic intellectus noster ad ea que sunt manifestissima in natura. Declara similitudinem de oculo noctue ad solem.

¶ Et ideo est scda cognitio que habek p fidem per quā homo cognoscit aliqua de diuinis: que humana ratione inuestigari nō possunt et hoc ex reuelatione dei facta per scripturam et reuelata interius per inspirationē. et per gratiam. Iuxta illud Jo. 20. Hec autem scripta sunt vt credatis: et vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Item.1. Cor.2. Oculus non vidit. nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligentibus se. Nobis autem reuelauit deus per spiritū suū. Et hec cognitio est melior q̄ prima: vt infra patebit.

¶ Tertia aūt cognitio de diuinis est opti

ma. quando anima separata videt in pa-
tria deũ sicuti est: clare ꝛ limpide. De qua
visione loquit̃ apostolus. i. Cor. 13. Ex par-
te enim nunc cognoscimus ꝛ ex parte pro-
phetamus. Videmus nunc per speculum
in enigmate: tunc autem facie ad faciem.
Concordat Jo. i. Jo. 3. Videbimus eum si
cuti est. ps. Sicut audiuimus sic vidimus
in ciuitate domini virtutum ꝛc̃. De omni-
bus his tribus cognitionibus habetur au
ctoritas Job. 26. Ecce hec ex parte dicta
sunt viarum eius. Viarum. i. creaturarum
hoc quo ad primam. Et cum vix paruam
stillam sermonum eius audierimus: quo
ad scḋam. Sermonum eius: ecce fides: que
per sermones dei reuelantis habetur. No-
ta Audierimus: quia fides ex auditu. au-
ditus autem per verbũ christi Ro. 10. Nul
lo enim sensu percipiuntur ea que sunt fi-
dei nisi per auditum. Hic pratice. Quis po
terit tonitruum magnitudinis eius intue-
ri: quo ad tertiam. Quis poterit ꝛc̃: quasi
dicat: nullus in hac vita mortali: vt infra
sequitur. Sic igitur de diuinis triplicem co
gnitionem habere possumus. Modo tertia
cognitio que est clarissima: in hac vita ha-
beri non potest: iuxta illud Exo. 32. Non
me videbit homo ꝛ viuet. Et intellige nisi
ex priuilegio: sicut Paulo fuit concessum.
Prima autem cognitio non sufficit ad sa-
lutem. eo ꝙ non plene instruit nos ad salu
tem de diuinis: vt infra patebit. Et ideo est
necessaria secunda cognitio fidei que est
media: quia per eam plura cognoscimus ḋ
diuinis q̃ per primam licet minus q̃ per
tertiam. Et sic patet ratio. quare est necessa
ria fides in hac vita. Auctoritas Hebr. xi.
Sine fide: impossibile est placere deo. Cre-
dere enim oportet accedentem ad deum.
quia est: ꝛ ꝙ inquirentibus se remunerator
sit. Et quia vt dixi: cognitio finis est pri-
ma in intellectu. ꝛ finis est primus in inten
tione. Ideo fides est prima inter ceteras
virtutes: vt infra dicetur sermone proximo
parte secunda. Sed adhuc vt clarius co-
gnoscatur quare prima cognitio de diuinis
que naturali ratione habetur non sufficit
hoi ad salutẽ. sed fuerit neccessaria cogni
tio fidei: est notandũ ꝙ ꝓpter. 5. rõnes.

¶ Prima. quia cognitio fidei cognitione
naturali est certior.
¶ Secunda quia est citior.
¶ Tertia quia est communior.
¶ Quarta quia est latior siue amplior.
¶ Quinta quia est vtilior.
¶ Prima cognitio fidei est certior. Ratio:
quia naturalis ratio est multum deficiens
a cognitione diuinorum. Eius signum est:
quia philosophi de rebus diuinis naturali
inuestigatione perscrutantes in multis er-
rauerunt: nec sibi ipsis consenserunt. Unde
quidam dixerunt omnia a casu esse facta:
sicut Democritus. Quidam dixerunt solẽ
vel aliquid huius esse deum. Quidam di-
xerunt plures deos esse. Vide de hoc post
finem sermonis huius. quia super hoc dicit
August. Et quid mirum cum etiam in re-
bus sensibilibus que sensu percipiunt̃: non
potest ratio humana pertingere ad perfe-
ctam cognitionem earum. Hoc etiam pa-
tet in omni scientia: in qua manifestum est.
ꝙ multe contrarie opiniones doctorum in
ueniuntur. Sicut patet in iure ciuili. ꝛ ca-
nonico. ꝛ medicina ꝛc̃. Quod autem diuer
sum est ꝛ contrarium: certum esse non po-
test. Unde homo potest falli ꝛ etiam falle-
re alium: etiam si ipse non fallat: sed deus
nec falli potest nec fallere: quia veritas est.
Igitur cum ratio humana non potest per-
tingere ad perfectam cognitionem rerum
creaturarum sensibilium: q̃to magis in re-
bus diuinis que nullo sensu ꝑcipi possunt?
Ut igitur esset apud homines indubitata
ꝛ certa cognitio de deo oportuit ꝙ diui-
na eis per modum fidei traderentur: quasi
a deo dicta qui mentiri non potest. quam
quidem cognitionem habere homo non po
test nisi per modum discentis a deo: iuxta il
lud Jo. 6. Omnis qui audit a patre ꝛ di-
dicit: venit ad me. Unde certior est cogni-
tio que habetur per fidem q̃ que habetur
per scientiam. Ex parte etiam certitudinis
quia fides innititur veritati diuine: que est
eius obiectum. Scientia autẽ innititur ra-
tioni humane: vt notat. b. Tho. 22. q. 4. ar.
vltimo. Unde Ephe. 4. Non amplius am
buletis. sicut ꝛ gentes ambulant in vanita
te sensus sui: tenebris obscuratum haben-

tes intellectū. Item Isa.54. Ponam vni/
uersos filios tuos doctos a domino. Uide
infra sermone.5.parte.3. Nec obstat quia
visus est certior ꝙ̃ auditus. qa certior au/
re arbiter est oculus sed fides est ex auditu
vt dicitur Ro.x. In scientia autem ꝛ intel/
lectu ꝛ sapientia includit quedam intelle/
ctualis visio: ex quo videtur ꝙ sit certior
cognitio scientie ꝙ̃ fidei. Re. ſm.b. Tho.ar.
vbi supra ad secūdū ꝙ ceteris paribus vi
sio est certior auditu: sed si ille a quo audi/
tus multum excedat visum videntis. sic cer
tior est auditus ꝙ̃ visus. sicut aliquis par
ue scientie magis certificatur de eo ꝙ au/
dit de aliquo scientifico ꝙ̃ de eo ꝙ sibi
ſm suam rationem videtur: .ꝛ multo ma/
gis homo certior est de eo quod audit a
deo qui falli non potest: ꝙ̃ de eo quod vi/
det propria ratione que falli potest.

¶ Secunda cognitio fidei: certior est ꝙ̃
cognitio scientie. Scientia enim ad quam
pertinet probare deum esse ꝛ esse vnum. ꝛ
alia huiusmodi de deo. s. esse potentissimū
sapientissimum ꝛc. vltimo hominibus adi/
scenda proponitur: suppositis multis alijs
scientijs: ꝛ non nisi post magnum tempus.
Unde Metaphisica que circa diuina ver
satur: inter philosophie partes vltima re/
manet adiscenda. Quod etiam patet in
cognitione reruꝫ sensibilium ad quam ho/
mo non potest pertingere nisi post longum
studium Unde homines per multos an/
nos in studijs manent anteꝙ̃ possint adi/
scere perfecte scientiam illam. Unde de
quodam philosopho dicitur ꝙ stetit tri/
ginta annis in deserto vt cognosceret natu
ram apis. Quanto ergo multo magis post
multum tempus vacabit ad cognitioneꝫ
naturalem diuinorum: Et hoc valde dā/
nosum esset homini ꝙ̃ ad opera meritoria
que sine dei cognitione non prosunt Un/
de super illud Ro.14. Omne quod nō est:
ex fide peccatum est: dicit Glo. Aug. Ubi
deest cognitio veritatis eterne: falsa est vir
tus etiam in optimis moribus. Ut ergo ci
tius homo cognoscat deum: fuit necessariū
vt deum ꝛ diuina per fidem cognosceret:
que statim homo percipere potest: postꝙ̃
ad vsum rationis peruenerit.

Tertia cognitio fidei est cōmunior mul/
ti enim in studio scientie proficere non pos/
sunt propter multa impedimenta. b. Tho.
in primo contra gent. c.4. ponit tres cau/
sas quibus plurimi impediuntur a fructu
studiose inquisitionis. que est inuentio veri
tatis. Quidam siquidem impediuntur pro
pter complexionis indispositionem: ex qua
multi naturaliter sunt indispositi ad studē
dum. Unde nullo studio ad hoc pertingere
possent vt summum gradum humane co/
gnitionis attingerent. qui in cognoscendo
deum consistit. Quidam vero impediuntur
necessitate rei familiaris. Oportet enim in
ter homines esse aliquos qui temporalib[9]
administrandis insistant. qui tantum tem/
pus in ocio cōtemplatione cognitionis nō
possent expendere. vt ad summum fastigiuꝫ
humane inquisitionis pertingerēt. s. dei co
gnitionem. Quidam autem impediuntur
pigritia ꝛc. Isti ergo tales omnino a dei co
gnitione fraudarentur: ꝛ consequenter a fe
licitate perfecta. Fuit ergo necessarium vt
diuina per modum fidei credenda propo/
nerentur cuius cognitio communis est om
nibus hominibus: vt sic omnis caro salua/
ri possit. Quia sicut dicit apostolus Col.3.
In christo non est masculus ꝛ femina. gen
tilis ꝛ iudeus. circūcisio ꝛ preputium. bar/
barus ꝛ scitha: seruus ꝛ liber: sed omnia ꝛ
in omnibus christus. Ro.i. Non enim eru/
besco euangeliū: virtus enim dei est. in salu
tem omni credenti. Iudeo primū ꝛ greco.

Quarta cognitio fidei est latior siue am
plior. qꝛ ad plura extēdit ꝙ̃ cognitio q̄ hē/
tur p rōnē naturalē. Nā p rōnē naturaleꝫ
nō possum[9] cognoscere de deo. nisi ꝙ ē de[9]
ꝛ ꝙ sit vnus. ꝛ ꝙ sit omnipotens. iustus ꝛc.
Sed vide de hoc pratice in festo epipha/
nie: in sermone magistri vincentij qui inci/
pit Ambulabūt gentes in lumine tuo. p.2.
Quod sit trinus in personis non potest ra
tione naturali comprehendi. Item myste/
rium incarnationis. nec passionis. nec alij
articuli fidei. quos omnes cognoscim[9] per
fidem. Et ideo amplior est ꝛ maior. Unde
Apostolus. Loquimur dei sapientiam in
mysterio q̄ abscondita est quā nemo pnci/
pum huius seculi cognouit. Principum:

Glo.i.philosophorum. Et infra Nobis au
tem reuelauit deus per spiritum suum.i.
Cor.2. Ideo maiorem cognitionem de di/
uinis habet hodie vna vetula: q̄ olim ma
ximi philosophi: Plato. Arist. et ceteri. Un/
de dicitur Eccl'i.3. Plurima eniz supra sen
sum hominis ostensa sunt tibi. Et hoc etiaz
vult.b.Tho.22.q.2.ar.3.ad tertiuz. Item
Isa.xi. Repleta est terra scientia domini.
sicut aque maris operientis.

Quinta cognitio fidei est vtilior. Nam
assentire his ad quorum cognitionem ma
nu ducitur homo per rationem humanam
nullius meriti est Verbi gratia. Credere
q̄ sol moueatur. vel q̄ homo sit mortalis et
huiusmodi que humano sensu et ratione
cognoscuntur. Greg. Fides non habet me
ritum: cui humana ratio prebet experimē/
tum. Sed assentire his que humana ratio
ne comprehendi non possunt: sed ex diuina
reuelatione cognoscuntur: est maximi meri
ti: duplici ratione. Primo ratione reue/
rentie quam exhibet homo deo: quia credit
ei etiam ea que non capit. Nam quando
aliquis credit simplici verbo alicuius de
his que alias ignorat facit sibi honorem:
quia facto videtur assentire ipsum esse ho/
minem fide dignum. Sic et in proposito de
bet homo dicere. Dn̄e ego credo pr̄i meo
et matri dicentibus se esse parentes meos:
ergo multo magis dn̄e ego credam tibi qui
reuelasti nobis ea q̄ sunt fidei. Alias mul
tum offenditur deus ab illis qui nolūt cre
dere verbis eius sine cautione rationum
quam querunt gentiles. Vel cautione si/
gnorum quā querunt Iudei.i.Cor.i. Iu/
dei signa petunt et greci sapientiam querūt
Quantū autem de hoc dn̄s offendatur:
ostendit Mat 12. Gn̄atio mala et adultera
signū querit etc. Et eiusdem.17. O gn̄atio
incredula et peruersa vsq̄ quo patiar vos:
Nota exemplum de Hypocrate et Pytha
gora: qui indixerunt hanc legem discipulis
suis: vt non auderent in sententijs suis in/
terrogare. propter quid: sed eis pro ratione
esset dicētis auctoritas: q̄nto magis aucto
ritas diuina pro rōne habenda est: Se/
cundo rōne humilitatis q̄r humiliat homo
intellectum suum ad credendum ea que in
tellectu non potest percipere: dicēdo. Dn̄e
licet non possim comprehendere quo nam
modo fieri possit vt in tam parua hostia
sit tantum corpus xp̄i: vel q̄ mater vestra
remansit virgo post partum: et sic de alijs:
tn̄ q̄a ita vos dicitis volo ista credere: q̄a
maior est potentia vestra q̄ intellectus seu
intelligentia mea. Ideo meretur multū ho
mo ꝓpter hoc. Presumptuosissimum eniz
esset: vt homo nolit credere nisi qđ intelle/
ctus capit. Nota exēpluz de.b. Augustino
qui vidit puerum in littore maris qui vole
bat ponere totū mare in parua fouea: quā
in littore maris fecerat. Magna ergo humi
litas requiritur et ostenditur in credēdo ma/
gistro iuxta illud. Ps. Credidi ꝓpter qđ lo
cutus sum. ego autem humiliatus sum ni/
mis. Et ex hoc hētur meritum. Unde dicit
Heb.xi. Sancti p fidem vicerunt regna: ade/
pti sunt repromissiones Quod non esset: nisi
credendo mereretur homo. Vide.22.q.2.
ar.9. Item Io.20. Hec aūt scripta sunt vt
credatis. quia iesus est xp̄s filius dei: et vt
credentes vitam habeatis in noīe ipsius.
Ad taliter ergo credendum ap'ls exhorta
tur nos.i.Cor.x. In captiuitatem red gen/
tes oēm humanum intellectum: in obsequiuz
xp̄i. Et sic patet: q̄ fides est nobis necessa/
ria. Exēpla etiā patent multa: sicut d' ph'is
paganis: q cognouerunt deum naturali co
gnitione. tn̄ sunt oēs in inferno damnati.
Contra quos inuehit ap'ls. Ro.i. Qui cuz
deum cognouissent non sicut deum glorifi/
cauerūt aut gratias egerunt etc. Nota exē
plum Arist. qui post mortē apparuit cui/
dam scolari suo qui dixit se esse damnatū
et nihil se agnoscere nec cogitare: nisi penā
quam patiebatur.

¶ Pro euidentia materie. que tractatur in
sermone sequenti. videlicet de quiditate
fidei: est notandum q̄ fides multipliciter
sumitur. Unde Glo. xxij.q.i.c. Mouet te.
sic ait. Multipliciter dicitur fides. Quan
doq̄ idem est fides q̄ sacramētum baptis/
mi: vt.45.di. De Iudeis. Item dicitur fi
des castitas thori: vt.27.q.ij. Coniuges.
Quandoq̄ dicitur fides securitas siue pa
ctum.i. promissio.23.q.i. Noli ibi dicitur.
Fides que promittitur etiam hosti seruan
da est. Item dicitur fides cōsciētia: vt ibi.

Omne quod non est ex fide: peccatum est. 28.q.i.c.§.i. Et de prescriptione.c.vltimo. Itē dicit̄ fides habitus mētis bene ↄstitute. Item dicitur fides credulitas: ſm quam credimus illud qđ non videmus: vt ibi. Fides nō habet meritum ₇c. Ut ibi. Fides enim est de re non visa. De pe.di.4. In domo. Item dicit̄ fides obiectum fidei materiale.i. illud qđ creditur: sicut dicitur iesus christus est fides nostra. Quādoqȝ etiā fides ponitur pro actu fidei: iuxta illud. Fides aūt catholica hec est: vt vnum deum in trinitate ₇ trinitatem in vnitate veneremur. Item Aug. Fides est credere qđ non vides. Item dicit̄ fides equitas in actionibus considerata Insti. de act.§. Actionū. Quedam sunt bone fidei: quedaȝ sunt stricti iuris. Item ibi. Bona fides nō patitur: vt bis idem exigatur. Sed hic potest accipi fides pro cōscientia. Adde. Glo. ordi. in ꝑca de summa. trini. ₇ fide. catho.

¶ De quiditate fidei. Sermo.2.



Fides tua te saluum fecit Luc. i8. Dic supra. De fidei necessitate. Sequitur hodie predicare de fidei quiditate. vȝ qđ est fides. Pro euidētia huius materie: nota ꝙ fides multipliciter dicit̄ vt hic supra post finē primi sermonis. Salutetur virgo Maria. Pro huius ergo materie pleniori intellectu est notandū: ꝙ in fide vera possumus cōsiderare quadruplicem causam ſm quas potest fides diuersimode describi vel diffiniri.

¶ Prima causa principalis est effectiua.
¶ Scđa causa formalis perfectiua.
¶ Tertia causa materialis subiectiua.
¶ Quarta causa finalis completiua.

¶ Prima ergo causa ₇c. ₇ hic est deus: qui est causa fidei nostre duplici ratione.

Prima ratio sumitur ex parte credendoꝝ. Cum enim ea que sunt fidei excedāt humanam rationē non posset homo ex se inuenire nec contēplari ea que sunt fidei: nisi deo reuelante vt supra dictū est. sermone proximo. Vñ Apl's. Loquimur dei sapientiam in misterio: quā nemo principū huius seculi cognouit. Nobis aūt reuelauit deus per spiritum suum.i. Cor.2. Item ibidem. Qđ oculus nō vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascēdit: que preparauit deus diligentibus se. Nota oculus.i. phoꝝ. Nec auris.i. Iudeoꝝ. Nec in cor hominis ascendit.i. ex ratione naturali. Omnia aūt que sunt fidei deus reuelauit quibusdam tamen imediate: sicut sunt reuelata apostolis ₇ prophis. Quibusdam mediate a deo mittente predicatores fidei: iuxta illud Ro.io. Quō credent sine predicante: Et quomodo predicabunt nisi mittant̄ ₇c. Scđa ratio est ex parte assensus hominis ad ea que sunt fidei. Nō enim potest homo assentire his que sunt fidei nisi deus moueat voluntatem eius ad assentiendum. Unde.i. Cor.i2. Nemo potest dicere dñs Iesus nisi in spiritu sancto. Et hoc patet. Nam ꝑdicatoribus fidei.s. apl'is per mundum fidei veritatem serentibus: ₇ miraculoꝝ prodigijs confirmantibus quidam credebant. quidam nō credebant. Qđ non ex alio procedebat nisi quia credentium voluntates a deo mouebant̄ ad assentiendūȝ his que sunt fidei. Unde latronum qui cum dño Iesu crucifixi fuerunt vnus credidit. alter nō credidit. Quare hoc: quia vnius mouit dñs voluntateȝ: alterius nō mouit. Et si tu dicis: ergo acceptatio ꝑsonaꝝ est apud deuȝ. Rñdeo. Cui datur: misericorditer datur: quibus aūt nō datur: ex iustitia nō datur in penam precedentis peccati saltem originalis: vt Aug. dicit in lib. de correptione ₇ gratia. Et nota.b. Tho.22.q.2.ar.5. ad quartū. Vñ si qs nasceretur in deserto ₇ nunqȝ audisset predicare nomen christi. si sic moreret̄ dānaretur. Nota exēplum de duobus latronibus qui ducunt̄ ad furcas. quoꝝ vnum liberat rex ₇ alterum nō. Primo facit misericordiam. Scđo iustitiam: ₇ ideo nō pōt cōqueri. Ideo dicit̄ Ro.9. In personā dei Miserebor cui misertus sum: ₇ misericordiā prestabo cuius miserebor. Et Augu. super illud Io.6. Nemo pōt venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eū. dicit. Quē

trahat ⁊ quem nõ trahat. Quare illũ trahat ⁊ istum nõ trahat: noli velle iudicare si nõ vis errare. Semel accipe ⁊ intellige. Si nondum traheris: oꝛa vt traharis. Patet ergo ꝙ deus est pꝛincipalis causa fidei nostre. Hoc ergo respectu .s. esse principalis effectiue. fides potest sic describi. Fides est donum dei instruentis ⁊ mouentis hominem ad credendum que non videntur. Et hec diffinitio sumitur ex dictis Augustini dum dicit: ꝙ fides est virtus qua credunt que nõ videntur. Et pꝛobatur de ꝯsc. di. 4. Gratia. vbi dicit Augu. Spiritꝰ gratie dat fidem: que etiam nõ petita a deo conceditur. vt homini petenti ⁊ alia concedantur. Nam fides nõ est liberi arbitriĳ tm̃: sꝫ donum dei. Hec ibi. Et etiam Ephe. 2. Gratia enim saluati estis per fidem: ⁊ hoc non ex vobis Donũ enim dei est: vt ne qs glorietur. Non enim ex nobis pꝛincipaliter fidem ⁊ salutem habemus sed a deo. Et in hoc differt fides a virtutibus moꝛalibus. Quia ille possunt ex actibus humanis acquiri: ⁊ dicuntur tunc virtutes acquisite: que possunt esse etiam in paganis. Sed virtus fidei per actus humanos acquiri non potest sed a deo solo infundẽte: sicut ⁊ virtutes moꝛales infuse. Unde Aug. diffiniens virtutem infusam: dicit ꝙ Uirtus est bona qualitas mentis. qua recte viuitur. qua nullus male vtitur. quã deus in nobis sine nobis operatur. Uirtus ergo fidei per actus humanos acquiri non potest sed a deo solo infundente causatur: sicut ⁊ cetere virtutes theologice. Et ideo dicunt theologice .s. a theos ꝙ est deus: quia a solo deo infunduntur: sm̃ ꝙ tangit. b. Tho. 1. 2. q. 62. ar. 1. Si tamen fides sit infusa a deo: si per peccatum sequens amittatur remanet habitus eius infoꝛmis. ⁊ idẽ in spe dicendum est sm̃. b. Tho. 1. 2. q. 72. ar. 4.

¶ Scđa causa est foꝛmalis perfectiua. Et loquoꝛ de foꝛma intrinseca: ex qua fit vnũ cum eo cuius est foꝛma. Non aũt de foꝛma extrinseca: que est charitas que dicitur foꝛma fidei: inquantũ infoꝛmat actum fidei: vt ponit. b. Tho. 22. q. 4. ar. 3. Et sm̃ hͦ diffinitur ab apostolo sic. Fides est substãtia rerum sperandarum argumẽtum non apparentium Heb. xi. Ubi notandum ꝙ pꝛimo ponit habitudinem actus fidei ad finem qui est obiectum volũtatis: dum dicit. Substãtia rerũ sperandarũ. Scđo posuit habitudinem actus fidei ad obiectum intellectus. sm̃ ꝙ est obiectum fidei dum dicit Argumentum nõ apparentium: vt declarat. b. Tho. 22. q. 4. arti. 1. Sed pꝛo maioꝛi declaratione intellectus: nota ꝙ in fide possumus quattuoꝛ considerare. Pꝛima duo considerantur ex parte habitus fidei. Tertium ex parte actus. Quartum vero ex parte obiecti. Pꝛimo ꝙ ipsa fides est pꝛima ⁊ pꝛincipalioꝛ virtus inter alias virtutes: per quam homo efficitur capax consecutionis vite eterne: iuxta illud. Pꝛima petit campum dubia sub foꝛte duelli Pugnatura fides. Quia vero finis omnium virtutum tam theologicarꝫ ꝙ̃ moralium infusarum est deus: qui etiam debet esse finis omnium operationum humanarum: vt dixi supꝛa sermone pꝛoximo. Uoluntas autem que est pꝛincipium omnium operationum nostrarum: non potest ferri nisi in rem cognitam. Opoꝛtet ergo ꝙ res sit pꝛius cognita. Cognitio autem dei habetur per fidem: vt dixi supꝛa sermone pꝛoximo in pꝛincipio. Et ideo fides est pꝛima omnium virtutum Hebꝛ. xi. Opoꝛtet accedentem ad deum credere ⁊c̃. Et August. super illud Roma. 14. Quod non est ex fide peccatum est: dicit. Ubi deest cognitio veritatis: falsa est virtus etiam in optimis moꝛibus. Unde nota. ꝙ nullum opus factum ab infideli quantumcũqꝫ bonum est meritoꝛium: nec a chꝛistiano non habente fideꝫ viuam. Nec virtus aliqua potest esse in eis pꝛopꝛie loquendo. Et pꝛopter hoc apostolus vocat fidem substantiam rerũ sperandarum. Que quidem substantia nõ sumitur hic pꝛopꝛie sm̃ ꝙ est genus generalissimum cõtra alia genera diuisum: sed sm̃ ꝙ in quolibet genere inuenitur quedã similitudo substantie: pꝛout .s. pꝛimum in quolibet genere continet in se alia virtute: dicitur esse substantia illoꝛũ: sm̃. b. Tho. 22. q. 4. arti. 1. ad pꝛimum. Unde sicut substantia est pꝛima in aliqua re: vt patet de muro in quo non esset dare quantitatem

nec grossiciem nec albedinem: nisi prius esset substantia muri. Et sic est in qualibet re. Prius dico natura ⁊ non tempore: sic ⁊ fides est prima virtus qua cognoscimus deum: a quo, per quem, ⁊ in quo speramus beatificari. Et ideo dicitur substantia rerum sperandarum. Secundo cōsiderare possumus in fide ꝙ est solum fundamentū super quo fuundatur noticia rerum eternalium. Nam in patria: quando anima separata videt deum facie ad faciem clare intuetur omnia in deo: ⁊ ideo non per fidem sed per apertam visionem de illis habetur noticia: iuxta illud .i. Cor. xiij. Videmus aūt nunc per speculum in enigmate: tunc autē facie ad faciem. sed in presenti vita in qua facie ad faciem deum videre nō possumus sine diuinis: aut nullam aut modicam cognitionem habere non possumus: nisi per fidem: ⁊ ideo fides dicitur fundamentum: iuxta illud .i. Cor. 2 Fundamentum nemo potest aliud ponere preter id quod positū est: quod christus iesus. Glo. i Fides iesu christi. Sicut enim domus non potest sine fundamento consistere: itaqꝫ fundamentū est totum substentamentum edificij: sic ⁊ totum quicquid de rebus diuinis cognoscimus a deo reuelatis fundatur super fidē. Et nihil aliud est per quod cognoscamus diuina ſm ꝙ per illa beneficiamur: nisi fides. Ideo dicit. Fundamentum aliud nemo pōt ponere ⁊c. Propter hoc ergo apostolus vocat etiam scđa ratione fidem sustentamentum: quia sicut substātia ē fundamentum omnium qualitatum accidētalium rei: quia omnia accidentia fundant̄ in subiecto: eo ꝙ accidentis esse est inesse. i. in subiecto esse: vt patet in predicabilibus in. c°. de accidente a Porphirio: ita ⁊ fides est fundamentum diuinarum rerum quibus beatificamur: vt dictum est. Ecce quare duplici ratione apl's vocat fidem substātiam. Et ideo valde diligēter custodire debemus ne perdatur fides in nobis: qꝛ diabolus maxime conatur subuertere fidē hominis. vt totum edificium spirituale virtutum corruat. ⁊ consequenter nulla spes de futura vita habeatur. Quia fide sublata omnis virtus corruit ⁊ annihilatur: sicut fundamento fracto corruit castrum. Sicut enim fides est principium omnis virtutis ⁊ omnis meritorie operationis ⁊ vite eterne: iuxta illud Iustus autem meus ex fide viuit Abacuc. 2. Et sic infidelitas est principium omnis peccati ⁊ perditiōis. Unde quando aliquis retenta fide peccat mortaliter. semper timet ne sic credens damnetur. Sed si perdat fidem absqꝫ vllo timore libere ⁊ letanter peccat. Ideo in omne peccati genus labitur. Nota exemplum de Iuliano apostata.

Tertio considerandum est in fide. ꝙ de ratione fidei est ꝙ homo habeat noticiaꝫ firmam. Et propter hoc apostolus dicit ꝙ est argumentum: pro effectu argumenti: vt dicit. b. Tho. vbi supra qui effectus est adhesio firma. Et propter hoc differt fides a scientia. opinione. ⁊ suspitione. ⁊ dubitatione. In hoc enim ꝙ dicit: ꝙ est argumentū .i. firma adhesio: differt a dubitatione. suspitione. ⁊ opinione. Nam dubitans in neutram partem declinat. suspicans vero in vnam partem magis declinat. sicut habetur in fine primi posť. Et. vi. ethi. est tamen duplex. s. violenta: vehemens ⁊ leuis. De quo vide quod legitur ⁊ notatur in. c. Cuꝫ contumacia: de hereti. lib. 6. Et in. c. Inquisitionis: de sent. e com. Opinans vero adheret quidem vni parti tamen cum formidine alterius: sed actus fidei qui est credere habet firmam adhesionem ad vnam partem: ſm. b. Tho. 22. q. 2. ar. i.

Quarto possumus considerare. ꝙ de ratione fidei est ꝙ que creduntur non appareant. Ideo dicit Non apparentiū: in quo differt a scientia que est de his que apparent per rationem naturalem siue de visis de quibus non potest esse fides nec spes. Quia quod videt quis: quid sperat? Ro. 8. Nec obstat quod dicit̄ de Toma: cui dixit dominus. Quia vidisti me credidisti. Beati qui non viderunt ⁊ crediderūt

Jo.20.quia Tho.aliud vidit.aliud credidit.Hominem enim vidit:& deu3 credidit. confessus est ore dicens.Deus meus & deus meus:s3.b.Tho.22.q.i.ar.4. ad pmū.

Tertia causa est materialis subiectiua: intelligo autem non de qua sed in qua fides existit.& hoc est subiectū fidei.Et quidem subiectum fidei immediatum est intellectus qui perficitur per fidem.sicut voluntas per spem & charitatem:sed mediatum subiectum fidei est creatura credens. Et sm hoc diffinitur fides per Dionys.c.7. de diuinis nominib9:vt refert.b. Tho.22. q.4.ar.i.Fides est manens credentiū fundamentum.collocans eos in veritate.& in ipsis veritatem in qua quidem diffinitione.est notandum circa illud quod dicitur Credentium Qui sunt credentes: qui fidē habent.Pro cuius intellectu est notandum.ꝙ de ratione cuiuslibet habitus est obiectum formale:obiectum autem formale fidei includit duo. Primum est veritas prima siue diuina sm ꝙ manifestatur in scripturis sacris & doctrina ecclesie.Scd'm est ꝙ veritas illa prima sit non visa: quia vt dictum est supra.fides est argumentu3 non apparentium. Quotienscūq3 ergo aliquid predictorum duorum deficit. deficit consequēter obiectū formale fidei & consequenter ipse habitus fidei. Et ideo .b. Tho.dicit.22.q.5.arti.3.ꝙ si aliquis credit omnes articulos fidei preter vnu3: dicit ꝙ de nullo articulorum habet fidem sed solum opinionem.Ratio est:quia omnes articuli: fidei habent vnum fundamentū.s. ineffabilem veritatem diuinam.Qui ergo non credit vnum articulum fidei:iam non credit fundamentum.ideo de nullo habet fidem.Da similitudinem de domo in qua essent.i2.camere que domus esset fundata super vna columna.Nam columna illa dirrupta.non solum vna camera sed tota domus corruit.& sic omnes camere cadunt.Sic de fundamento fidei: & intelligo de illo.qui pertinaciter tenent.Nam siquis pertinaciter non teneret. sed putaret aliquid contra aliquem articulum fidei:iam nō esset hereticus sed errans:sm.b. Tho. vbi supra. pertinacia enim facit hereticū. 24.q.i.Dixit apostolus.Concor.Innocen. in.c.i.de summa trinita.& fide catholi. qui dicit; ꝙ siquis falsc opinatur aliquid contra illud ꝙ tenet ecclesia putat tamen ecclesiam sic tenere & suam opinionem fidei ecclesie supponit:non est hereticus nec peccat.Item si teneret contra determinationem vniuersalis ecclesie.Nam si aliqua ecclesia particularis determinaret aliquid quod esset erroneum & alienum a fide nō puto esse hereticum illum qui teneret contra determinationem illius ecclesie.quia h videtur pertinere ad ecclesiam romanam vel ad papam sicut & cetere cause maiores Extra de baptismo.c.Maiore. quia ecclesia vniuersalis errare non potest : iuxta illud Ego pro te oraui petre vt non deficiat fides tua.Luc.xxij.Et Jo.i6. Quum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Eodem modo non est fides in illis qui clare vident veritatem primam.sicut patet in christo:in quo nunq3 fuit fides .etiam cum esset hic mortalis. Sic & angeli beati & anime beate non habent quo ad actum :eo ꝙ videant deum facie ad faciem . Unde i.Cor.i3. Quum venerit quod perfectu3 est:euacuabitur qd ex parte est.Erat tamen in angelis fides in prima sui conditione anteq3 confirmarentur in gratia vel laberentur in culpam. presupposito ꝙ angeli fuerūt creati in gratia.Et idem dicendum est de homine ante peccatum ꝙ habebat fidem:vt ponit.b. Tho.22.q.5.arti.i.Sic est fides in hominibus viatoribus & etiam damnatis : licet sit in illis informis fides.Sic etiā est fides in demonibus:iuxta illd Jacobi.2.Et demones credunt & contremiscunt: s3 alio modo q3 in hominibus fidelibus quia in hominibus fidelibus:fides est voluntaria. Uoluntas enim mouet intellectū ad assentiendum his que per affectum ad bonum. Unū Aug.dicit ꝙ credere est cū assentione

cogitare vt ponit.b.Tho.22.q.2.ar.1. sed fides demonum est quodammodo coacta. Vident enim demones multa manifesta indicia e quibus percipiunt doctrinam ecclesie esse a deo & consequenter esse veram. Et ideo demones per ora abrepticiorum clamabant christum esse filium dei: Juxta illud Luc.4. Exibant autem demonia a multis clamantia & dicentia. Quia tu es filius dei. Et increpans nõ sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christum. Nota Sciebant.i.cognoscebant per fidẽ. Uel dic q illud: quia sciebant ponatur materialr vt sit sensus nõ sinc.ea loqui.hoc videlicet quia sciebant ipsum &c. Percipiunt ergo demones doctrinam ecclesie esse a deo quã uis ipsi res ipsas quas ecclesia docet non videant: puta deũ esse trinũ vel vnum.vel aliud hui9.vt ponit.b.Tho.22.q.5.ar.2.

¶ Quarta causa est finalis completiua que est vita eterna: Juxta illud Jo.c.vlti. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia iesus est filius dei. & vt credentes vitam habeatis in nomine ipsius.per fidem enim inchoatur in nobis vita eterna. Propter quod vocat apostolus fidem substantiam rerum sperandarum: vt dictum est supra quia.s.prima inchoatio rerum sperandarum in nobis est per assensum fidei que virtute continet omnes res sperãdas. In hoc enim speramus beatificari: q videbimus aperta visione veritatem. Cui per fidem adheremus.sm hoc ergo fides sic diffinitur. Fides est habitus mentis qua inchoatur vita eterna in nobis.faciens intellectum assentire non apparentibus. Hanc diffinitionem ponit.b.Tho.22.q.4.ar.1. In qua diffinitione ponũtur tria.s.genus: differentia: & effectus. Genus dum dicitur. Habitus mentis: quia omnis virtus est habitus. Et differentiam duz dicit. Faciẽs intellectum assentire non apparentibus. Effectum vero dum dicit. Qua inchoatur vita eterna in nobis. De quo ffectu videbimus infra domino concedente. Notandum est autem q in omnibus fidelibus inchoatur nunc vita eterna & post mortem continuatur: sicut dicunt legiste de suitate in filijsfamilias. ff. de liberis & postumis l.in suis. Naz filij incipiunt habere hereditatem viuentibus parentibus: sunt enim quasi domini & consequuntur eam post mortem parentum continuatione dominij in eos: sic fideles incipiũt hic p fidẽ & post mortẽ continuant. Propter hoc dicit dñs Mat.5. Beati pauperes spiritu: qm ipsorũ est regnum celorum. Nota. Est: non dicit erit. sicut econtra reprobis in quibus incipit nunc infernus. Dic pratice de superbo ambitioso quomodo semper est in anxietate & in pena: quia non habet honores vel dignitates q̃s desiderat. Sic de auaro &c. Crescit amor nummi: q̃tuz pecunia crescit. Juuenalis. Sic de luxurioso &c. Uñ vsus. Nescio qd sit amor: nec amoris sẽtio nodũ Sed scio siqs amat: nescit habere modũ. Ideo dicitur Deutero.32. Ignis succensus est in furore mea: & ardebit vsq ad inferni nouissima. A quo liberet nos Jesus christus dominus noster.

¶ De veritate fidei christiane: siue q sola fides christianoꝝ ẽ vera. Sermo.3.

f Ides tua te saluum fecit Luc.18. sequitur hodie predicare de fidei veritate. Unde multis rationibus suasiuis apparebit fidem christianam esse solam veram fidem. Non enim potest ratio demonstratiua adduci: quia tunc iam non esset fides Salutetur ergo virgo maria &c. Pro introductione ergo materie.notandum q vera conclusio est in sancta theologia: sicut tangit.b. Tho.22.q.4.ar.6. q impossibile est q sint plures fides: sed vna tantum est fides. Et probatur. ratio est ista. Cum enim fides sit habitus quidam: habitus quidem distinguuntur secundum diuersa obiecta: oportet q ibi est vnum obiectum ibi sit vnus habitus. Obiectum autem formale fidei est veritas prima

sive divina. sub cuius ratione creduntur diversi fidei articuli. Quare enim credo christum filium dei. crucifixum. mortuum. ⁊ resurrexisse ⁊c. ⁊ remissionẽ peccatorũ: ⁊ carnis resurrectionẽ ⁊c: Nõ ob aliã rõnẽ: nisi quia sic deus revelavit: ⁊ sic vna est rõ formalis fidei: que dicitur obiectum formale: ⁊ ↄsequẽter sequitur q vna sit fides spẽ: licet differat nũero in diversis subiective. Sicut vnũ lumen solis pducit multos radios: ⁊ in multis diversimode recipitur. 24. q. i. Loquitur. Patet ergo rõ. Auctas. Unus dñs vna fides. vnũ baptisma. vnus deus ⁊ pater omniũ Eph. 4. Unde ⁊ dñs querens a discipulis: quẽ dicunt hoies esse filiũ hois: audivit a Petro. Tu es xps filius dei vivi. Et rñdit. Tu es petrus ⁊ sup hanc petrã edificabo ecclesiã meã Mat. 16. Nota Super hãc pe. Glo. i. sup hanc soliditatẽ fidei: quia dicit vnã in numero singulari. sic voluit deus q ecclesia esset vna: iuxta illud Cant. 6. Una est colũba mea: pfecta mea. Ad idẽ facit. 24. q. i. Loquitur. Una est matri sue: electa genitrici sue Cant. 6. Nota Matri sue. i. ecclesie triũphantis. Et ppterea etiã voluit deus q sicut est vna fides: ita sit vnus pastor. Et hic fuit pmus petrus: sicut habetur Mat. 16. Et Jo. 10. Alias oves habeo que nõ sunt ex hoc ovili: ⁊ illas oportet me adducere ⁊ vocem meã audient. ⁊ fiet vnũ ovile. ⁊ vnus pastor. Cum ergo sit vna fides: ⁊ videamus diversas credentiũ hominum opiniones sive credulitates: quia vna ↄtrariatur alteri. oportet q omnes sint false preter vnã. nec salvatur quilibet in credulitate sua: sicut falso opinantur machometite sive saraceni. Quia cũ sit vna vera tñ. ista sola est causa salutis: reliquae aũt cum sint false non pñt salvare aliquẽ: quia false cum sint male nõ pñt esse causa salutis: quia Arbor mala nõ põt facere fructus bonos Mat. 7. Fides ergo bona est vna. Sed videamus que sit ista. Et dico q hec est fides christi: ⁊ hoc probatur octo rõnibus. ⁊ sunt generales. De specialibus aũt auctoritatibus ⁊ rõnibus prophetarũ: alias deo dante loquemur.

¶ Prima sumitur ex interiori inspiratione.
¶ Secũda ex testimoniorũ approbatione.
¶ Tertia ex miraculorũ patratione.
¶ Quarto ex persecutorũ prostratione.
¶ Quinto ex aliarum sectarũ assertione.
¶ Sexto ex physica institutione.
¶ Septimo ex diuturna duratione.
¶ Octavo ex malorum perpetratione.

¶ Prima est propria tantum bonis fidelibus. Prima ergo ratio est ex interiori inspiratione. Et hec ratio est non solum illis qui habent fidem formatam per charitatem qui interius sentiunt in mente quandam spiritus sancti presentiam que sentiri quidẽ potest. dici vero non potest: per quam agnoscunt veritatem fidei christiane: secundum illud. i. Jo. vlt. Spiritus est qui testificatur quoniam christus est veritas. Dic pratice. Pone hominem in peccato mortali constitutum habentem quidem fidem sed informẽ: iste non poterit sentire dulcedinem illam spiritus sancti qua confirmetur in fide. Et ideo fides sua est aquatica ⁊ faciliter ei suadetur contrarium fidei. aut a diabolo interius suggerente: iuxta illud Qui secus viam hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus ⁊ tollit verbum de corde eorum ne credentes salvi fiant Luc. 8. aut ab homine exterius instigãte. Sed postquam iste talis homo agit penitentiam de peccato iam sentit inspirationem occultam interius a spiritu sancto per quam immutatur totus homo. Nam ante delectabatur homo comedere nunc ieiunare: ante de luxuria nunc de castitate: ante de cantando vane nunc de orando: ante de ridendo nunc de plangendo: ante de tripudiando ⁊ discurrendo nunc de audiendo verbum dei: ante de ornatu nunc de honestate ⁊c. ps. Hec mutatio dextere excelsi. Per quam etiam inspirationem homo qui fuerat peccator. confirmatur in fide christi. Et hoc est q dominus Jo. 15. Cuum venerit paraclytus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Hinc videmus q quãto plus homo elongatur a peccatis: plus confirmatur in fide. Et quanto plus peccat magis elongatur a fide. Et ratio huius est duplex. Prima est privativa. Secunda est positiva.

¶ Prima ratio sumitur ex parte auersionis a deo.

¶ Scḋa ex pte conuersionis ad creaturá.

¶ Prima ratio priuatiua est: qa intellect⁹ humanus non capit ea que sunt fidei per rõnem naturalem nisi illuminetur a spiritu sancto: iuxta illud apl'i. Nemo potest dicere dñs iesus nisi in spiritu sancto. i. Cor. 12. Et dixi supra sermone proximo pte. i. Per peccatũ autẽ mortale perdit hõ spũm sanctum: iuxta illud In maliuolá aíam non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis Sap̃. i. Et cõsequẽter seqtur: ꝙ nõ põt hõ hmõi credere firmiter ea que sunt fidei: qa cessante causa cessat effectus. Hinc est ꝙ dñs dixit Jo. 14. Ego rogabo pr̃em ⁊ alium paraclytũ dabit vobis vt maneat vobiscũ in eternum: spiritũ veritatis: quem mundus non põt accipere: qa non videt eum. nec scit eum. Uos autẽ cognoscetis eum qa apud vos manebit ⁊ in vobis erit. Nota Mundus non potest accipere. i. homo mundanus carnaliter ⁊ mundane viuens. Quia ergo in peccato mortali existens spũm sanctũ non põt accipere: ideo non põt ea que sunt fidei firmiter credere. Et ideo aduenïente psecutionẽ abnegat fidem. Et ideo apl's ait. Animalis homo nõ pcipit ea que sunt spũs dei: stultitia est enim illi. i. Cor. 2.

¶ Scḋa rõ est positiua: quia intellectus humanus qui est subiectũ fidei ita obscuratur a concupiscentia peccati mortalis: ꝙ nõ põt clare cognoscere ea que sunt fidei: iuxta illud Boetij. Nubibus atris condita nullum. Fundere potest sidera lumen. Da similitudinem de illo qui poneret obicem lumini solis: puta murum. vel tabulam. vel aliud hmõi. ps. Supecccidit ignis ⁊ non viderunt solem. Et qd mirũ cum etiá circa naturalẽ cognitionem obscuretur intellectus per concupiscentiam? Non enim deditus concupiscentie carnali. vel cupiditati lucri tpalis vel ambitioni. nõ põt acqrere perfecte scientiam aliquá: qa intellectus eius a concupiscentie caligine occupatur. Et hac ratione multi hodie aut nõ credunt. aut dubitant: qa intellectus est obscuratus fumo concupiscentie. Et hanc rõnẽ assignat apl's. Radix oium maloꝝ est cupiditas: quá qdam appetentes errauerunt a fide. i. Tim. 5. Et quáto magis crescit cõcupiscentia tanto magis elongatur a fide. Unde Salomon sapientissimus concupiscentie ⁊ luxurie caligine obcecatus. in illud precipitium lapsus est: vt idolis genua curuaret: sicut dicit. 3. Re. xi. Et Julianus apostata cõcupiscentia regnandi seductus: apostatauit a fide. Sic ⁊ Judas concupiscentia auaritie infectus vendidit christum. vt infra dicetur. Sicut enim cõcupiscentia auertit hoiem a charitate ⁊ spe. Ná multi concupiscẽtia ducti auertũt se a deo per peccata mortalia: sic ⁊ a fide. Unde vt hic supra dixi Judas cõcupiscẽtia ductus vendidit xp̃m: in cuius noie mortuos suscitauerat. Et ex hoc hõ fidelis magis confirmatur in fide: qa ex quo pctm̃ ⁊ cõcupiscẽtia diminuunt fidẽ christi ⁊ totaliter tollũt. ergo ꝯcupiscẽtia ⁊ fides xp̃i sunt ꝯtraria. Fiat ergo ratio. Quádo sunt duo cõtraria quorũ vnũ est malum. alterũ est bonũ: sed cõcupiscẽtia ⁊ fides christi sunt contraria. q₂ vnũ tollit aliud. ergo cum ꝯcupiscẽtia sit mala seqt̃ ꝙ fides xp̃i sit bona ⁊ consequẽter vera. Uidemus nãq₃ ꝙ sic est in pfidia machometi ⁊ iudeoꝝ. Quia hõ q̃to magis adheret peccatis: tanto magis ꝯfirmat in illa perfidia. At in fide xp̃i ecõtra. Quia q̃to magis homo peccat tanto magis dubitat i fide. Et q̃to magis a peccato elongat: tanto magis in fide confirmatur. Patet ergo prima ratio.

¶ Scḋa ratio ex testimonioꝝ approbatione. Nihil eni₃ tam altum est ⁊ difficile ad credendũ ꝙ nõ fiat credibile: qñ testes fide digni de illa re phibent testimonium. Da exẽplum. qḋ posui supra sermone primo pte. 2. ꝓ. 2. rõne testimonij. Modo ad ꝓpositũ. Nulla fides ẽ tot testibus vallata. ⁊ tanta dignitate ⁊ claritate predita ⁊ dotata: sicut fides nostra. Nam vt ṗtermittamus xp̃m cuius auctas infinita est. Primo fuerũt ꝓphete. de xp̃iana fide ꝓphetátes: qui fuerunt multi ⁊ fide digni. Unde Actuũ. 10. Huic. s. xp̃o. qui est principiũ fidei nostre: oẽs ꝓphete testimoniũ perhibent. remissionẽ peccatoꝝ accipere per nomen eius oẽs qui credunt in eu₃. Itẽ dñs Jo. 5. Scrutamini scripturas in qbus pu-

tatis vitam eternã habere: ⁊ ille sunt que testimoniũ ꝑhibent de me ⁊ nõ solũ hoc est verũ de ꝓphetis fidelibus: sed etiã de gentilibus ⁊ infidelibus. quoꝝ quidã illustrati gratia ꝓphetie multa de xpo ꝑdixerũt: sicut pꝫ de balaam Numeri.24. quũ dixit. Orietꝰ stella ex Jacob: ꝯsurget virga de israel. ⁊ percutiet duces moab. Sic ⁊ de Sibylla vt refert Lactãtius ⁊ Aug. in sermone de natiuitate dñi: ꝙ multa clare de xpo ꝓphetauit. Originaliter aũt hoc dicit Aug.18. de ci. dei. c.23. vbi ponit.27. versus sibylle Eritree: vel ꝫm quosdam Cumee qui incipiunt.

Judicij signũ tellus sudore madescet.
E celo rex adueniet per secla futurus.
Scilicet in carne ꝑsens vt. iudicet orbẽ.

Vñ dicit Aug. ꝙ si litteras que sunt in capitibus oium versuum cõnectẽtes excepto 5. versu. ⁊.18. ⁊.19. Et horũ trium in scripte sunt nõ legamus sed ꝓ eis. y. litterã tanꝙ in eisdẽ locis ipsa sit posita recordemur ex primitur in.5. verbis. Jesus xps dei filius saluator. Itẽ quid Plato senserit de xpo ⁊ quid ꝑcognouerit: vide. j. sermone.8. pte.i. Ad idem facit qꝺ refert. b. Tho. 22.q.2. ar.7. ad tertiũ argu. vbi sic dicit. Inuenitꝰ in historijs romanoꝝ ꝙ tẽpore Cõstantini augusti ⁊ Helene matris eius. inuentum fuit quoddã sepulchrũ in quo iacebat hõ auream laminã habens in pectore: in qua scriptũ erat. Christus nascetꝰ ex Uirgine: ⁊ credo in eum. O sol sub Helene ⁊ Constantini tẽporibus: iterum me videbis. Ad idem facit qꝺ legitꝰ in cronica martiniana sub Federico imperatore secũdo. Ubi dicitur ꝙ tempore regis Ferandi in Toleto ciuitate hispanie: quidã iudeus cõminuendo vnam rupem pro vinea amplianda in medio rupis inuenit cõcauitatẽ vnã. nullam penitus diuisionẽ hñtem nec scissuraꝫ ⁊ in cõcauitate illa repperit vnum librum quasi folia lignea hñtem: qui liber tribꝰ linguis scriptus erat. vꝫ. hebraice. grece ⁊ latine. ⁊ tñ de lr̃a hẽbat quãtum vnũ psalterium. ⁊ loq̃batꝰ de triplici mundo: ab Adã vsqꝫ ad Antichristũ: ꝓprietates hoium cuiuscũqꝫ mundi exprimendo. Principium vero tertij mundi posuit in xpo: sic dicens. In tertio mundo filius dei nascetꝰ ex virgine maria: ⁊ pro salute hoium patietur. Qꝺ legẽs iudeus statim cũ tota domo sua baptizatus est. Erat etiã in libro scriptum ꝙ tẽpore Ferandi regis Castelle debebat liber inueniri: ⁊ hꝫ ibi. Ideo ecclesia cantat. Isayas cecinit sinagoga meminit: nũqꝫ tñ desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus sibyllinis versibus h̃ predicta. Patet ergo primũ testimoniũ ꝓpharum. In nulla aũt secta precesserũt vaticinia ꝓphetaꝝ sicut in nostra. Unde ꝑfidia machometi a nullo ꝓphetaꝝ fuit ꝑnunciata: qn potius quasi oia veteris ⁊ noui testamenti documẽta fabulosa narratiõe deprauat: vt patet eius legẽ intuenti. Vñ astuto ꝯsilio libros veteris ⁊ noui testamẽti suis sequacibus nõ reliqt legendos. ne per eos falsitatis redargueretꝰ ꝫm. b. Tho. ꝑmo cõtra gẽtiles. c.6. Christus tñ inq̃tũ scio: bene de eo predixit. quũ dixit. Uidete ne qs vos seducat. Multi enim veniẽt in nomine meo dicentes: ego sum xps ⁊ multos seducent Mat.24. Tales fuerunt Simon magus ⁊ Macometus. ⁊ qdã alius q dicens se eẽ messiam seduxit aliquos iudeos. Sic etiã secta ⁊ perfidia iudeoꝝ post xpi aduẽtum nulluꝫ habuit ꝓpham affirmantẽ eorũ sectam esse verã: q2 oẽs ꝓphete ⁊ lex vsqꝫ ad Jo. ꝓphetauerunt. Mat.xi. Ratio colligitꝰ ex similitudine de rege venturo in regnum: sed postqꝫ venit nõ oꝫ ꝑnuntiare. Aliã similitudinẽ ponit Greg. in ꝑmo moral. de stellis in nocte preuenientibus solẽ.

¶ Scꝺo fuit cõfirmata testimonijs apostolorum: quoꝝ sonus in oẽm terrã exiuit. approbando testimoniũ ipsoꝝ ⁊ virtuose viuẽdo ⁊ etiã miracula faciendo. vt infra dicetur parte proxima.

¶ Tertio testimonio euãgelistaꝝ: q fuerũt ⁊ scripserunt quattuor euangelia. quasi quattuor instrumenta omni robore ⁊ fide vallata. Cum tñ de qualibet re credatꝰ vni instrumẽto: a persõna fide digna ꝯscripto.

¶ Quarto martyribus ꝓprium sanguinem ꝓ fide xpi fundentibus: quoꝝ numerus tantus est. vt dicat Jo. ꝙ vidit turbã magnam quam dinumerare nemo poterat ⁊c. Apoc.7.

¶ Quinto testimonio doctoꝝ omni sciẽtia ⁊ sapientia preditorum. Et nulla secta

vnꝙ habuit tot ⁊ tantos doctores: sicut christiana fides.

¶ Sexto confessorum.

¶ Septimo virginum.

¶ Octauo penitentium.

¶ Nono regum ⁊ principum mundi: qui fidem exaltauerunt ecclesias ⁊ monasteria edificando. ⁊ pro fide bellando. Sicut fuit Constātinus imꝑator. Iustinianus. Theodosius. ⁊ reliqui principes Romani: q cum essent dn̄i totius mundi crucis iugo ceruices humiliter submiserunt. Patet ergo veritas fidei christiane: multoꝝ milium testiū fide dignissimoꝝ testimonijs approbata. Cum tn̄ diuino ⁊ humano iure in ore duorum vel trium testium stet omne verbum Deuto. 19. Et. C. de testibus. l. Iurisiurādi. Item. ff. e. l. Ubi numerus testiū nō adicit: ibi duo sufficiant. pluris enim locutio duorum numero contenta est. Ideo dicit btūs Maximus in sermone de martyribus. Magni itaqꝫ periculi res est. si post ꝓphetaruꝫ oracula. post aplo̅ꝝ testimonia. pꝰ martyrū vulnera. veterem fideꝫ quasi nouellā discutere p̄sumas. ⁊ post morientiū sudores ociosa disputatione de religionis veritate contendas. Nota similitudinē de ducato aureo colato per furnellum ignis. ⁊ ꝑ multoꝝ manus transeunte. Nam qn̄ illum recipis: ponis in bursa sine discussiōe an sit aureꝰ. Sic de fide ⁊c̄.

¶ Tertia ratio est miraculoꝝ patratione. Nulla enim secta fuit miraculis approbata preter fidem christi. Nam ⁊ saraceni cōfitentur ꝙ machometus dicebat se non in miraculis sed in potētia armoꝝ esse missū: que signa etiam latronibus ⁊ tyrānis cōia sunt. Cum tn̄ nulli debeat credi dicenti se missum esse a deo: nisi aut ꝓphetarū oraculis sicut Io. baptista: aut signoꝝ euidentijs sicut Moyses approbet: sicut dicit in. c. Cum ex iniuncto Extra de hēticis. quorū vtrūqꝫ defuit machometo. Et ideo magna stultitia est illoꝝ qui illum imitātur. Si aūt queris. qn̄o traxerit hoīes ad se: Rn̄deo ꝙ dupliciter. Primo dando precepta carnalia voluptati conformia: qbus hoīes ad se traxit. sicut ⁊ ipse carnalis erat. Unde nota qn̄o iactabat se sicut potentem ad coeundum cum mulieribus sicut quadraginta viri. Proh pudor ⁊ fetor. Nota exemplum illius saraceni phi q dixit regi ꝙ male faciebat adorare machometum qui fuit qdam bestia. ꝓpter qd rex fecit ipsum occidi: ex cōsilio suoꝝ. Promisit etiā machometus in premiū carnales voluptates: que bestijs ⁊ hoībus cōes sunt. Documenta ēt vera non attulit nisi que de facili a quolibet mediocriter sapiente naturali ingenio cognosci possunt: qn potius vera que docuit fabulis ⁊ falsissimis doctrinis immiscuit sicut ponit. b. Tho. in primo cōtra gent. c. 6.

¶ Scdo traxit ad se hoīes vi armoruꝫ: in quoꝝ potentia dixit se missum: vt supra dixi. Ea etiā nō aliqui sapientes in rebus diuinis ⁊ humanis exercitati a principio crediderunt. sed hoīes bestiales in deserto manentes. oīs doctrine diuine ꝓrsus ignari vsqꝫ ad hodiernum diē: qui etiam nunc omni perito hoīe destituti sunt. Unde nec phos hn̄t. nec medicos. nec theologos ⁊c̄. vt audiui. per quorum multitudineꝫ alios armoꝝ violentia in suā legē coegit ꝫm b. Tho. vbi supra. Cum ergo nullo miraculo sectam suam machometus cōfirmauit nec diuino oraculo: manifestū est ꝙ falsa est secta sua. Quia nescit diuina iustitia patrocinium p̄stare criminibus. Notandū ēt ꝙ si machometus vel alij hoīes illiꝰ secte vel aliaꝝ miracula fecissent aut fecerint: fuerunt falsa miracula. Uel si vera tn̄ ad finē falsitatis ex virtute diaboli ꝑpetrata: sicut erunt illa antichristi de quo dicetur infra. Possunt autem signa facta per bonos distingui ab his que per malos fiunt quadrupliciter: sicut notat. b. Tho. in. 2. sen. di. 7. q. 3. ar. i. in rn̄sione ad. 2. argu. Primo ex efficatia virtutis oꝑantis. q2 signa facta ꝑ bonos diuina ꝟtute sunt in illis etiā ad que virtus actiua nature se nullo modo extendit: sicut suscitare mortuos: ⁊ hmōi que demones ꝫm veritatem facere non possunt: sed in prestigijs que d.. durare nō pn̄t.

¶ Scdo ex vtilitate signoꝝ: quoꝝ signa q ꝑ bonos facta sunt sunt de rebꝰ vtilibꝰ vt in curationibus infirmitatum. ⁊ hmōi. Signa āt ꝑ malos facta sunt in rebꝰ nociuis vel vanis. Sicut ꝙ volant in aere. Uel reddūt mēbra hoīuꝫ stupida ⁊ hmōi. Et hāc dr̄ias assignat. b. petrꝰ i itinerario Clemētis.

Tertia differentia est.q̃tũ ad finẽ:quia signa bonoꝝ ordinant ad edificationem fidei ⁊ bonoꝝ moꝝ:iuxta illud Mat.vltio. Illi autẽ ꝓfecti predicauerunt vbiq̃ dño cooperant.⁊ sermo.cõfir.sequentib⁹ signis. Sed signa maloꝝ sunt in manifestum no/cumentum fidei ⁊ honestatis.

Quarto q̃tũ ad modũ.q: boni operant miracula per inuocationẽ diuini nois pie ⁊ reuerenter. Sed mali quibusdã deliramentis: sicut q incidunt se cultris ⁊ faciunt turpia. Et ita signa per bonos facta pñt manifeste discerni ab his que virtute demonis fiunt.b.Tho.

Secta etiã iudeoꝝ post christi aduentum nullo miraculo confirmata est.quin potius videmus ꝙ iudei cõiter adhibent studium artibus magicis ⁊ diuinationibus.quibus a diabolo seducti in sua perfidia cõfirmantur. Semꝑ eniꝫ spũi sancto restiterunt:sicut arguit eos.b.Stephanus Act.7. Quãdo enim lex mosayca in suo vigore ꝑmanebat semꝑ apostatabant ab illa vera lege. ⁊ ad idolatriã declinabant. Nam etiã viuente Moyse vitulum aureũ adorauerunt sicut legitur Exo.32.sic ⁊ successiue vsq̃ ad tp̃m preuaricabant:a lege moysi ad ritum gen‑tilium diuertebant. Faciebant sibi ꝑpucia ⁊ alia legalia postergantes : sicut patet in libris machab. Postq̃ aũt illa lex accepit terminum in xp̃o. Nam finis legis xp̃s est: ad iustitiam omni credenti Ro.x. Unde et tunc fuit mortifera lex illa q̃tũ ad cerionialia ⁊ iudicialia.ita se fixerunt iudei illi le/gi ꝙ illam transgredi nullo modo volunt: q̃q̃ etiam de legalibus illius legis pauca obseruent. Sicut est Sabbatũ ⁊ Circũcisio ⁊ abstinentia ab aliquibus cibis. Sola igitur fides xp̃i oraculis non minimis sed maximis confirmata est:sicut patet primo in xp̃o:cui oia elementa ⁊ celestia corpora attestata sunt. ꝙ ipse fuit veritas ⁊ verus Messias. Nam terra testata est ꝙ ipse fuit verus messias:qñ imperio suo mortui resurgebant Mat.9.Luc.7.Jo.xi. Mare qñq̃ solidum se prebuit pedibus eius. Aer etiaꝫ qñ imperabat ventis vt cessarent : ⁊ facta est tranqllitas magna Mat.8. Corpora ẽt celestia:qñ in morte ei⁹ obscuratus est sol Item qñ stella apparuit magis in eius natiuitate sanctissima:⁊ etiã angeli cantãtes Gloria in excelsis. Item demones : qñ ex/pellebantur solo imperio xp̃i a corporibus per ipsos vexatis:sicut ⁊ in multis alijs ⁊c̃. Sed ꝙ magis videtur non solum ipse xp̃s sed etiam discipuli sui ⁊ alij in noĩe eius.ꝙ nunq̃ factum fuit in veteri testamẽto: multa miracula faciebant mirabiliter sanando langores.mortuos suscitando. curuos eri/gendo.claudos dirigendo.cecos illuminã/do. Sed qđ est mirabilius:idiote ⁊ simpli/ces pauperes ⁊ deiecti.sũmã sapiam ⁊ fa/cundiam in instanti consecuti sunt : ⁊ per mundum discurrentes ipsum xp̃i fidei submiserunt. Quod oibus mirabilibus mi/rabilius est:quadruplici ratione.

Primo ex parte predicantiũ.q erant idiote ⁊ simplices q̃tũ ad sciam acquisitã: propter hoc xp̃s noluit habere Nathanael in apl'm:q: erat magnus legis doctor:sicut legitur Jo.i. Uide etiam in Aug.22. de ci.dei.c.5.⁊ sequentibus. Erant etiã xp̃i di/scipuli q̃tum ad mundum:valde deiecti.

Scđo ex parte illoꝝ quos conuerterunt. Nam erant hoies magne potentie ⁊ nobi/litatis.sicut rõani fuerũt:quoꝝ imperio totus mundus regebat. Et tñ cum essent suꝑbissimi ⁊ magne estimationis apud semet/ipsos nihilominus humiliter submiserunt ⁊ potentiã ⁊ nobilitatẽ ⁊ diuitias paupe/ribus hoibus ⁊ deiectis:qđ nõ nisi diuina oꝑatione factum est.nec aliter fieri potuit Item conuersi fuerunt ad fidem xp̃i hoies sapiẽtissimi ⁊ magni phi:sicut patet de Dionysio ariopagyta. Policarpo.⁊ Cypriano ⁊ multis alijs.

Tertio ex parte rei predicate. Predica/bant enim res supernaturales:quas intel/lectus humanus naturali ratione capere non potest.s.deum trinum ⁊ vnum. Item hoiem mortuũ:crucifixum cum magno vi/tuperio:⁊ sepultum esse deum saluatorem. Unde apl's.i.Cor.i. Judei signa petunt: greci sapientiam querunt:nos aũt predicamus xp̃m crucifixum. Judeis qdẽ scanda/lum.gentibus aũt stultitiam.ipsis aũt vo/catis iudeis atq̃ grecis xp̃m dei virtuteꝫ ⁊ dei sapientiam. Predicabant etiã xp̃i matrem esse post partũ virginem.in hostia cõsacrata totũ corpus xp̃i contineri.mortuoꝝ

resurrectionem ⁊c̃. que impossibile erant mentibus humanis infigere: nisi diuina virtus operata fuisset. qđ fuit maximum miraculorum.

Quarto fuit mirabilissimum ex pte modi conuertendi. Non enim per potentiam armoꝝ apl'i mundū ad fidez xp̄i traxerūt sicut machometus fecit: vt dictum est. Cum essent deiecti ⁊ humiles: nō per diuitias qꝛ pauperrimi erant ⁊ inopes: qͥnimmo despiciendas ⁊ relinquēdas suadebant ⁊ exemplis ⁊ verbis: ⁊ oēs virtutes amplectēdas predicabant: sicut ⁊ xp̄s fecerat. Non et.az per voluptates sicut etiaz machometus fecit: qꝛ predicabant hoibus a voluptatibꝰ ⁊ carnalibus abstinendum esse. ⁊ castitati ⁊ abstinentie vacādum. Unde oēs voluptates penitus cohibebant. Non per scientiā acq̄sitam: quia idiote erant. Nec ꝑ eloquētiam: qꝛ simplices erant. Unde ⁊ apl's ait. i. Cor. 2. Ego cum venissem ad vos fratres. veni non in sublimitate sermonis aut sapiētie. annuntians vobis testimoniuz xp̄i. Nō enim iudicaui me scire aliqđ inter vos nisi Jesum xp̄m hūc crucifixum. Et ita sermo meus ⁊ predicatio mea. nō in ꝑsuasibilibꝰ humane sapiētie verbis: sed in ostensione sp̄us ⁊ virtutis. Ut fides nostra non sit in sapientia hoium sed in virtute dei. Patet ergo ꝙ nulla vi. nulla ratione. nulla occasione tꝑali siue humana. ꝑdicatores fidei christiane mundum ad xp̄i fidem traxerūt. Relinquitur ergo ꝙ sola virtute diuina: iuxta illud dn̄i. Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum Jo. 6.

Et si diceret aliquis ꝙ apl'i virtute diaboli traxerunt mundū ad fidē xp̄i: nō valet: qͥa per xp̄z ⁊ apl'os diaboli sunt expulsi a mūdo: qꝛ ⁊ idola destrui faciebant. ⁊ ab obsessorum corporibus expellebant eos. qͥnimo oēs artes magicas ⁊ dyalecticas fides xp̄i reprobat ⁊ condēnat. Ad hoc facit ratio. quam fecit dn̄s cōtra iudeos Luc. xi. Qui dicebant xp̄m in belzebub principe demoniorum eicere demonia. Adhuc etiam mirabilissimum fuit. ꝙ inter persecutiones tyrannoꝝ innumera hoium turba non soluz simpliciū sed etiā sapientissimorum hoium ad xp̄ianam fidem conuolabant. vt infra tangetur proxima rōne. Siqͥs aūt ita pertinacissimus esset ꝙ negaret miracula esse facta ad confirmationem fidei christiane: oportet ꝙ confiteatur oīno miracula esse facta. Nam qđ mirabilius esse potuit vt ait Aug. 22. đ ci. dei. c. 5. Et b. Tho. i. ꝯtra gēt. c. 6. q̄ȝ ad credendum tam ardua ⁊ ad operandum tam difficilia ⁊ ad sperandum taz alia hoīes absq̄ȝ mirabilibus signis inducere ⁊ ad relinquendum idolorum cultum qui tot milibus annoꝝ mundū vniuersum infecerat: Constat ꝙ tunc tēporis predicātibus apl'is. idola per mundum celebrant. nunc aūt oīa sunt sublata. Quod si absq̄ȝ miraculis factum est: nil isto mirabilius esse potest. Relinquitur ergo ꝙ diuina virtute fides xp̄i miraculis maximis est confirmata. Unde ⁊ Mat. vltio. dicitur. Illi aūt s. apl'i perfecti predicauerunt vbiq̄ȝ: dn̄o cooperāte ⁊ sermone confirmante sequētibꝰ signis. Et sic patet quarta ratio. Alias aūt rationes ponā in ꝰmone ꝑrimo seq̄nti.

De miraculis factis per apl'os ⁊ alios sanctos ad gloriam dei ⁊ confirmationem fidei christiane nimis longum qͥnimmo impossibile esset omnia narrare: sed inter cetera nota vnum quod contingit tempore Cōstantini imperatoris in historia tripartita lib. 23. ⁊ Uincentio historiali vbi sic dicit. Tempore Constantini imperatoris ⁊ hirene vxoris eius. in Syria ciuitate Perito que subiacet Antiochie iudei imaginez saluatoris iesu christi inuenientes in domo cuiusdam iudei ibi relictam a quodā christiano qui ibi manserat. eam iniuriose deposuerunt. ⁊ omnia opprobria que iudei quondam christo iesu intulerunt illi imagini inferebant illudentes ei. criminose contutiantes camq̄ȝ percutientes. manus ⁊ pedes eius clauis configentes. acetum ⁊ fel ei porrigentes. Tandem latere eius aperto exiuit de eo sanguis ⁊ aqua. Quod illi supposita ampula suscipientes ad experimentum vtrum fuerint vera miracula que iesum fecisse audierant omnes infirmos in sinagoga collectos hoc sanguine aspergebant. ⁊ a quocunq̄ȝ langore detinebantur liberabantur. Unde tandem iudei cōpuncti ad Deodatum ciuitatis episcopum omnes cucurrerunt eiq̄ȝ re ista narrata imaginem cum sanguine eidem dederunt.

Quibus baptizatis episcopus sanguinem per ampullas diuisum longe lateq; diriges predicabat magnalia dei. Obtestans omnes vt singulis annis.5.idus nouember celebraretur passio dñice imaginis. Hec ille. Item potes hoc notare miraculũ de conuersione Constãtini imperatoris. Sed illud vide. j.in sermone proximo pte.i. Si aũt ab aliquo diceretur q etiam demones miracula facere possunt et etiam fecerũt tempore quo per totum mundum tanq dij ab hoĩbus colebantur. Rñdeñ.est q nullomodo potest fieri ab aliqua creatura verum miraculum sed a solo deo. Et de hoc dic fz b.Tho.in quaõnibus de potẽtia dei. Et Aug.aliquid tãgit.22.de ci.dei.c.8.9.et.12. Propterea quomodo demones miracula fecissent ad destruendum cultum ipsorum qui per totum orbem tanq dij colebãtur.

¶ De fidei perfectione. Sermo.4.



Fides tua te saluum fecit. Luc.18. Superiori proximo sermone vidimus tres rõnes qb⁹ pbatur fidem christi esse solam veram fidem. modo sequitur videre alias qnq; rões que supra proximo smone notate sunt. Salutetur virgo etc.

¶ Quarta ergo ratio, qua probatur veritas fidei christiane: est ex tyrannorũ persecutione. Nam nunq fuit aliquod regnum tam excellens q non destrueretur per potẽtiam hostium. Fuerunt enim quattuor regna principa ia in mundo, que omnia sunt hodie destructa. Primũ fuit regnũ caldeorũ et Assyriorũ. Scdm vero fuit Persarũ et Medorũ. Tertium Grecoruz qd incepit in Alexandro magno. Quartum ceteris potẽtius fuit Romanorũ. Hec quattuor regna fuerũt signata in visione Danielis: in qua vidit bestias quattuor. Prima erat similis leone. Scda similis vrso. Tertia similis pdo. Quarte aũt bestie nomen nõ ponit: sed dicit q erat terribilis atq; mirabilis et fortis nimis: dentes ferreos habens magnos: comedens atq; cõminuẽs: et reliqua pedibus suis conculcans Danielis.7 Per leenam: designatur primum regnum caldeorum et Assyriorum. Per vrsuz: regnũ Persarum et Medorum. Per pardum: regnũ grecorum. Per quartam bestiam: regnum romanorum: que omnia destructa sunt. vt patet p experientiã: Qñtũcũq; essent potentissima et ditissima. Fides aũt christiana et ecclesia habuit multas psecutiones. Nam ex vna pte fremebant principes romani et aliĩ tyranni pagani cũ potentia magna et crudelitate. Ex alia pte heretici cum sapientia magna et scientia. Ex alia pte iudei cuz astutia: et nihilominus deus gloriosus semper pseruauit ecclĩam et fidem christianã: vt nunq deficeret. Quinimo semp inter psecutiones maximas augebat et firmabat: iuxta figurã que habetur Exo.i. vbi dicit q qñto magis egyptij opprimebãt iudeos tanto magis multiplicabant et crescebant. Item in arca Noe q̃ a fluctibus superior eleuabatur. Et hoc fuit significatum in nauicula petri que iactabatur et operiebatur fluctibus: sed christo impante vento et mari: facta est trãqllitas magna Mat.8. Plus etiam: qr omnes persecutores fidei mirabiliter a deo humiliati sunt ad confirmationem fidei christiane. Naz vt de ceteris imperatoribus taceam: Julianus apostata imperator fidei christiane seuissimus persecutor fuit mirabiliter occisus. Qui quãdo fuit percussus a sancto mercurio manibus suis accepit sanguinem et in aerem illũ piciens aiebat. Vicisti iesu nazarene vincis rex magne minorem. Per os mihi misero parcere nãq; soles. In bello ptico: vt legit in histo: ia ecclesiastica. Et vide in legenda beati Juliani martyris. Itẽ Constãtinus imperator fuit pcussus a lepra incurabili per naturam pp̃ter persecutionem quã fidei christiane inferebat et nunq sanari potuit nisi preterq fidẽ christi cum baptismo suscepit a btõ Siluestro. Itẽ de Decio iperatore crudelissimo qui occidi fecit.b. Laurẽtiũ: legit q suffocatus a diabolo expirauit. De Quintiano etiam qui martyrizari fecit beatã Agatham: legitur q submersus in flumine miserabiliter et mirabiliter expirauit. Multa etiam alia similia leguntur in legendis sanctorum. Item de Theodosio seniore imperatore: qui miraculose habuit victoriã cõtra Eugenium et Arbogastẽ etc. sicut legit i historia tripartita lib.18.

Et in Vincentio historiali. De Iudeis ve
ro qui persecuti sunt xp̄m ꝛ apl'os. quāta
dampnatione luerunt peccatū suum: nemo
est qui nesciat. Sicut pꝫ in destructione hie
rusalē per Titū ꝛ Vespasianū. De qua vi
de in legenda beatoꝝ Philippi ꝛ Jacobi.
Et etiā pꝫ in dispersione eorūdem p̱ vni-
uersum mundū: vbi ab omni natione de-
specti sunt. ꝛ velut serui subiecti. De hereti
cis aūt quantū sint a deo humiliati: pꝫ in-
tuentibus Cronicas. Sed dicā duo exē-
pla. Primū de Ario heresiarca cuius here
sis maxime ecclesiā afflixit ꝛ dissipauit.
Iste ergo Arius primo per Nicenū ꝯdē/
natus est. per Constātinū in exiliū relega-
tus: tandē per eūdem ab exilio reuocatus
Alexandrie morabat̄. Eusebius aūt ma/
gnus Arij fautor Nicomediensis ep̄s Con
stanstinopolim Ariū euocauit. ꝛ impiali/
bus ibidē edictis euocari cōciliū fecit. vbi
maxime cōuenerunt illi ep̄i qui Arium se-
ctabant̄. Itaqꝫ Alexandro cōstantinopoli
tano archiep̄o diem statuerunt in quo vel
Ariū in cōione suscipiat. vel ip̄e ab ecclesia
pulsus discedat. At ipse noctē precedentē
diem statutū peruigilē in orationibus du-
xit. Et sub altari tota nocte iacens. causaꝫ
ecclesie dn̄o cōmendabat. Igit̄ totius po-/
puli summa expectatio erat: vt ipso mane
vel susciperet̄ Arius. vel Alexander pel-
leret̄ ep̄s. Arius summo mane ꝯsurgens ꝛ
ep̄oꝝ ac populoꝝ frequētia vallatus ad ec
clesiā pergens. cū in media via esset qdaꝫ
remorsus ꝯscientie ipsum inuasit q̱ adeo
eius vniuersa interiora cōmouit vt locum
quereret quo declinare posset ad secreta
nature. Cūqꝫ illi locum publicū ondidissent
illuc cito p̱gens oīa intestina emisit: ꝛ. in
manibus diaboli miserā aīam expirauit.
ꝛ sic adiuuente heresis penā soluit. Qd̄ cū
audisset Eusebius oēsqꝫ fautores ipsius.
tanto pudore ꝯsternati sunt: vt qd facerēt
vel quo diuerterent oīno nescirēt. Et sic per
secutio illa cōquieuit. Simile dī de quodā
Leone papa qui Arij fautor erat. Hic cō
ciliū aduocauit vt oēs ep̄os cogeret vt in
ariana p̱fidia ꝯsentirent. Ad hoc ꝯcilium
nō vocatus venit Hilarius pictauiensis
ep̄s. Qd̄ dum papa audisset oībus māda
uit ep̄is ꝯgregatis vt venieti Hilario nul
lus assurgeret: nec illi inter se locū darent.
Cūqꝫ Hilarius aduenisset ꝛ cerneret ꝙ si
bi locū nō facerent dixit. Dn̄i est terra ꝛ
plenitudo eius. Cūqꝫ super terrā ad sedē-
dum se posuisset terra ꝯsurgens cathedrā
illi fecit. Tunc papa dixit ad eū. Tu es
Hilarius gallus? Et ille ait. Nō sum gal/
lus sed manens in gallia. Et ille ait. Si tu
es Hilarius manēs in gallia: ego sum leo
romane sedis antistes. Cui Hilarius. Et si
tu es leo: nō tn̄ de tribu iuda. Et Leo ait.
Qui sum: modo tibi ostēdam. Expecta me
paulū: donec redeam. Cui Hilarius. Et si
nō redieris qs mihi iustitiā exibebit? Ego
mox redeā ait Leo: ꝛ iuxta merita tibi red
dam. Itaqꝫ ad sellaꝫ accessit ad secreta na
ture ꝛ sicut Arius oīa intestina cum vita
effudit. Morte igit̄ in cōcilio nunciata Hi
larius in mediū surrexit: ꝛ oēs ad catholi
cam fidem reduxit. Patet ergo quō p̱se-
cutores fidei xp̄iane diuina ꝓuidentia hu
miliauit: vt xp̄iane fidei veritatē astrueret.
Illa vero. s. fides xp̄iana velut pelagi ru-
pes imota remansit. Qd̄ nō esset possibile
via humana. restat ergo ꝙ diuina virtute
fides xp̄iana seruat̄: ꝛ ꝯsequenter ꝙ ipsa
sola sit vera.

¶ Quinta ratio est ex aliaꝝ sectaꝝ asser-
tione. Quia oēs secte dicunt ꝙ post suam
nostra est melior ꝛ magis rōnabilis: sicut
exēplariter dicit̄ de Soldano. Qui semel
ꝯuocauit ad se vnū xp̄ianum. vnū sarace-
nū. ꝛ vnum iudeū. Cūqꝫ interrogasset sin/
gulos de fide sua. vnusquisqꝫ laudabat fi
dem xp̄iani post suā. Christianus aūt inť-
rogatus vltimo dixit: ꝙ sua fides erat ve-
ra. Interrogatus iteꝝ a Soldano quenam
melior esset post suā. Rn̄dit: ꝙ nulla ē bo-
na nisi fides xp̄i tm̄. q2 oēs alie damnant̄.
Quia vnus dn̄s. vna fides. vnum baptis/
ma Eph. 4. Facit etiā ad hoc testimoniū
Josephi de dn̄o nostro Jesu xp̄o in lib. 18.
antiquitatū. c. 9. qui sic ait. Fuit hisdem tē
poribus Jesus sapiens vir: si tn̄ virū cum
noiare fas est. Erat enim mirabiliū operū
effector ꝛ doctor eoꝝ hominū qui libēter
que vera sunt audiunt. Et multos quidem
iudeoꝝ multos etiā ex gentibus sibi adiū
xit: xp̄s hic erat. Hūc accusatione primoꝝ
nostre gentis viroꝝ: Cum Pilatus in cru-

re agendum esse decreuisset nõ deseruerũt
hi qui ab initio eum dilexerunt Apparuit
enim eis tertia die iterum viuus ſm ꝙ di
uinitus inspirati ꝓphe.vel hec vel alia de
eo innumera miracula futura eẽ ꝑdixerãt.
Sed ⁊ in hodiernum diẽ christianoꝝ qui
ab ipso nuncupati sunt ⁊ nomen ꝑseuerat
⁊ genus. Ad idem facit ep̃la Lucij Letuli
romani ad romanos. Ut refert Eutropius
se reppriisse in annalibus iudeoꝝ. Que in
cipit. Apparuit tp̃ibus ⁊ adhuc est hõ ma
gne virtutis noiatus iesus xp̃s :q dicitur a
gẽtibus ꝓpha veritatis.quẽ eius discipuli
vocant filiũ dei.suscitans mortuos ⁊ sanãs
oẽs languores. Non qdem stature ꝓcere:
mediocris ⁊ spectabilis vultũ hñs venera
bilem.quẽ intuentes pñt diligere ⁊ formi/
dare.capillos hñs coloris nucis auellane
ꝑmature.⁊ planos vſq ad aures. ab auri/
bus circinos crispos aliquãtulũ.ceruleores
⁊ fulgẽtiores.ab humeris ventilantes. Di/
scrimen hñs in medio capitis iuxta morem
nazareoꝝ.frontẽ planam atq serenissimaꝫ
cuꝫ facie sine ruga ⁊ macula aliqua: quam
rubor moderat venustat. Nasi ⁊ oris nul/
la ꝓrsus est reprehensio.barbã hñs copio
sam ⁊ impuberem capillis colore simillimã
nõ longam sed in medio bifurcatã.aspectũ
hñs simplicẽ ⁊ maturũ.oculis glaucis va/
rijs ⁊ claris existentibus. In increpatione
terribilis.in admonitione blandus ⁊ ama/
bilis.hilaris seruata grauitate: qui nunq̃
visus est ridere flere aũt sic. In statura cor
poris ꝓpagatus rectus .man⁹ hñs ⁊ bra
chia visui delectabilia. In colloquo grauis.
rarus ⁊ modestus. Speciosus inter filios
hoium. Machometus dicit in lege sua ꝙ
xp̃s etiã fuit magnus ꝓpha ⁊ sanctissimus
homo.⁊ valde amicus dei.⁊ vocabat xp̃m
flatum dei.⁊ matrem eius dixit esse virgi/
nem: vnde blasphematores nois xp̃i ⁊ vir
ginis marie apud eos puniunt. Dixit etiã
machometus ꝙ de⁹ multa miracula fecit:
per eum. Dicit etiã ꝙ illi qui ꝓfecte se iuũ/
tur xp̃m saluantur. Ex quo apparet ꝙ oio
concluditur ꝙ nostra fides sit vera : qa si
xp̃s fuit amicus dei ⁊ sanctus hõ. ergo nõ
fuit mendax ⁊ deceptor:sed ipse in plurib⁹
locis dixit se esse verum filium dei ⁊ veruꝫ
hoiem.⁊ dixit necessarium eẽ baptismũ ad

salutem.⁊ alia sacramenta ⁊ alios articu/
los fidei docuit.ergo aut dicebat verum ⁊
habetur ꝓpositum.aut si mentiebatur ⁊ se
ducebat populũ:qũo erat amicus dei: Cer
te nõ posset hoc esse. Nullum eniꝫ peccatũ
⁊ nullum malũ fuisset isto grauius : ⁊ fuis/
set supbia incomparabilis dicens se esse fi/
lium dei cum non esset. Patet ergo ex his
ꝙ christiana fides est vera.

¶ Sexta ratio est ex physica institutione.
Quia vita quã xp̃s istituit ⁊ a veris chri/
stianis seruatur.est vita moralis ⁊ virtuo/
sissima.⁊ conformis in oibus morali phie:
qđ nõ est in alijs sectis. Unde sicut recita/
tur in historia ecclesiastica:vidẽtes phi pa
gani ꝙ christiani viuebant virtuosissime
multum inclinabant ad christi fidem reci/
piendam. Licet enim audirent aliquando
a multis detrahi christianis:tamen ipsi di/
ligentius perscrutantes vitam eoꝝ inuenie
bant ipsam esse virtuosissimã. Deinde vlte
rius aspicientes miracula a christianis in
christi noie facta ⁊ obstupescentes admira
bantur. Postremo videbant christianos
qñ ꝓpter fidẽ xp̃i ducebant ad mortem le
tanter incedere ⁊ mutuo sese exhortantes:
ac si essent ad epulas inuitati. Et cũ essent
corã cippo certatim pie conabãt ad mortẽ
alter alteꝝ ꝑuenire. Qđ videntes phi ma
nifeste cognoscebãt ꝙ erat ipossibile ipsos
gaudẽter mori.si vitiose vixissent. Et ex hoc
multi illoꝝ ꝯuertebant ad fidẽ xp̃i. Illi vo
q nõ cõuertebant laudabãt potius vitam
ipsoꝝ. Unñ ⁊ magnũ articulũ hui⁹:qr mul
ti docti viri pagani scripserunt libros post
xp̃m ⁊ tñ nullã faciũt mẽtionẽ đ xp̃ianis.
Sicut Iuuenalis satyrus q fuit rephẽsor
vitioꝝ. Statius. Lucanus. Seneca.⁊ mul/
ti alij.qđ est signũ ꝙ nõ inueniebãt in fide
xp̃i aliqd rephẽsibile. Alioqn verisimile est
ꝙ illã vituperassent in libris suis:sicut ⁊ ce
tera vitia. Unde dicit Augu.6.de ci.dei ꝙ
Seneca inter alias supstitiones rephẽdit
⁊ sacramenta iudeoꝝ ⁊ maxime sabbata.
inutiliter eos facere affirmãs.ꝙ ꝑ illos sin
gulos septẽ interpositos dies.septimã fere
ꝑtẽ etatis sue ꝑdãt.vacãdo ⁊ multa in tpe
vrgẽtia nõ agẽdo ledant.xp̃ianos tñ tunc
iudeis inimicissimos i neutrã ꝑtẽ cõmemo
rare ausus est.ne vel laudaret contra sue

patrie veterem consuetudinē vel reprehen
deret contra ꝓpriam forsitan voluntatem.
Hec ille. Idez posset dici de iuriscōsultis q
fuerūt pagani. ⁊ multi eoꝝ post xp̄m.
¶ Septima ratio. est ex diuturna duratio-
ne. Nam malum ⁊ falsum nō pōt cuz tp̄e
durare. Unde videmus oia regna mutata
⁊ destructa ⁊ magnas ciuitates subuersas
ꝓpter mala que fiebant in eis: sicut Sodo
ma. Gomorra ⁊c̄. Geñ.18. Uñ dic̄ scriptu
ra. Regnum a gente in gentē trāsfert̄ pro-
pter iniustitias ⁊ iniurias: ⁊ contumelias.
⁊ diuersos dolos Eccli.x. Cum ergo xp̄i fi-
des durauerit tāto tp̄e ergo ⁊c̄. Nam iam
durauit a mille quadringētis annis citra:
īmmo a principio mundi. s. ab adam. quia
eadem est fides nostra cū fide antiquoꝝ
patrū veteris testamenti ⁊ etiā legis natu
re. Nam ⁊ ipsi credebant in xp̄m qui tunc
erat venturus. Nos aūt credimus in xp̄m
q iam venit. ergo eadē fides est sp̄ē. licet sit
diuersa numero: vt dixi supra in principio
primi s̄monis in introitu. Unde a princi-
pio mundi vsq; nūc semꝑ durauit ⁊ dura-
bit vsq; ad finē mundi. Mat. vlt. Ecce ego
vobiscum sum oibus diebus vsq; ad cōsu
mationem seculi. Per qd̄ arguit̄ ꝙ fides
xp̄i sit vera ⁊ bona. Et ꝓpter hoc ille vene-
rabilis legis doctor Gamaliel loquens iu-
deis cū prius allegasset exēplū Theode ⁊
Iude galilei: qui auerterunt successiue po-
pulum post se: ⁊ tandē dissipati sunt. ipsi ⁊
oēs fautores ipsoꝝ. Postea subiunxit di-
cens. Et nunc itaq; dico vobis discedite
ab hoībus istis ⁊ sinite illos: qm̄ si est ab ho
minibus ꝯsiliū hoc aut opus dissoluetur.
Si xō ex deo ē. nō poteritis dissoluere eos
ne forte ⁊ deo r̄pugnare videamini Act.5.
Et si obiicerent̄ de lege machometi q̄ tm̄ du
rauit: iam sunt octingēti circiter āni. Ad h̄
facilis est r̄nsio: quia lex illa est delectabilis
valde ⁊ carnalis. Unde nō durat q2 bona
sed q2 delectabilis ⁊ facilis: sicut pcm̄ semꝑ
durat nō q2 bonuz sed q2 delectabile. Lex
aūt xp̄iana est difficilis ⁊ austera ⁊ intelle
ctui ⁊ volūtati multū repugnās s̄m se. Eo
dem mō pōt r̄nderi ad culturā idoloꝝ que
ante xp̄m multis millibus ānoꝝ in mūdo
durauerat. Rō est. s. q2 demones q hitabāt
in idolis suadebant oēm voluptatē ⁊ car-
nalitatem. ideo isto modo mundum allicie
bant: Iuxta qd̄ dicit̄ Sap.14. Infandorū
enim idoloꝝ cultura: ois mali causa est ⁊
initiū ⁊ finis. Si aūt obiiciat̄ etiaz de Iu
deis q durant adhuc: r̄ndeo ꝙ hoc est tri-
plici rōne. Prima est vt iudei sint in te-
stimoniū scripturaꝝ quas in xp̄i testimo-
nium allegamus: ne aliq fortasse putarent
nos illas finxisse. Unde Aug.18. de ci. dei
c.46. Iudei qui xp̄m occiderunt ⁊ in eum
credere noluerunt. q2 oportebat eū mori ⁊
resurgere: vastati infelicius a romanis fun
dituśq; suo regno vbi iā eis alienigene do
minabant̄ eradicati dispsiq; per terras: qñ
qdem vbiq; nō desunt per scripturas suas
testimonio nobis sunt ꝓphias non finxisse
de xp̄o ⁊c̄. Hec ille. Et de hoc allegat pro-
phetiā p̄s.58. Deꝰ ostēdit mih i suꝑ inimi
cos meos: ne occidas eos ne qñ obliuiscan
tur populi mei. Sed s̄m aliam litteraz.70.
ne qñ obliuiscantur legē meam. Quam lit-
teram refert Aug. vbi supra. Dispge illos
in virtute tua: ⁊ depone eos ꝓtector meus
dñe. Tria ergo petit xp̄o de iudeis que oia
sunt impleta hodie. Primo ne occidas eos
idest ne funditus pereant: vt dicit Glo. q̄uis
nis magna pars eoꝝ fuerit occisa: q2 dicit̄
in legenda sanctoꝝ Philippi ⁊ Iacobi:
vndecies centena millia peste fame ⁊ gla-
dio perierūt. Uel s̄m Aug. dic ne occidas
eos. i. non in eis perdas ꝙ sunt iudei.
Scd̄o petit disperge illos in virtute tua.
Nam vt ait Aug. vbi supra. Parum fuit
vt diceret ne occidas eos ne qñ obliuiscan
tur legez tuā: nisi adderet Et disperge eos.
qm̄ si cum isto testimonio scripturarum in
ua tm̄modo terra nō vbiq; essent ꝓfecto
ecclesia que vbiq; est eos ꝓphiaꝝ que de
christo premisse sunt testes in oibus genti-
bus habere nō posset. Tertio petit depo-
ne eos. s. a regno ⁊ potestate: quia in nulla
parte mundi regnant: iuxta illud Osee.3.
Dies multos sedebunt filii israel sine rege
⁊ sine principe. sine sacrificio. ⁊ sine altari. ⁊
sine ephot. ⁊ sine teraphin. Et post hec re-
uertentur filii israel: ⁊ querent dñm deum
suum. ⁊ dauid regem suum.
Secūda ratio quare iudei adhuc durāt
ex diuina prouidentia est: vt sint in testimo
nium mortis christi. quia propter culpam

quam cōmiſſerunt patiuntur penam iſtam
diſperſionis ⁊ ſubuerſionis. q₂ in omnem
terram ſunt ſubiecti ⁊ diſperſi ⁊ deiecti ſi/
cut manifeſte conſpicimus:⁊ hanc penam
non ꝓpter aliam culpam niſi ꝓpter mortē
xpi. Nam vt dicit Glo.in ps. preallegato:
ſicut Caym ſignum habuit vt nemo cuȝ oc/
cideret ⁊ tamen ꝓfugus eſſet ſup terram
Ita gens Judaica hñs ſignum circuncíſio
nis ⁊ ſabbati ⁊ paſce nō ē occiſa ⁊ tñ ſit di
ſperſa ⁊ ꝓfuga. Et de hoc habetur Amos
2°. Hec dicit dñs. Super tribus ſceleribus
iſrael. ⁊ ſuper quattuor non conuertā eum
pro eo ꝙ vendiderunt iuſtum argento. ⁊
pauperem pro calciamentis. Nota Super
tribus ſceleribus iſrael.

¶ Primum fuit ſcelus vēditionis ioſeph
Gen̄.37.

¶ Scdm adorationis vituli aurei in deſer
to Exo.32.

¶ Tertium occiſionis prophetarum.

Pro primo paſſi ſunt penam q₂ ſteterūt
quadringentis annis in egypto ſub pha/
raone ⁊c̄. Pro.2°. oēs fuerunt mortui in
deſerto preter duos.ſ. Caleph filiū Jepho
ne:⁊ Joſue filium Nuȝ. Pro.3°. fuerūt ca
ptiuati per Nabuchodonoſor.70.ānis ſm
ꝙ ꝓphatum fuerat per hieremiam ꝓphaȝ
⁊ tandem conuerſi ſunt ad deum ⁊ habue
runt miſericordiā: ſed pro quarto nequaq̄
Q̄d autem fuerit quartum ſcelus: declarat
propheta dicens. Pro eo ꝙ vendiderunt
iuſtum pro argento.i.chriſtum quem ven/
diderunt ⁊ occiderunt.

Tertia ratio eſt.vt prophie veritas im/
pleatur: que dicit ꝙ iudei debent durare
vſq₃ ad finem mundi. Et hi qui tunc repe
rientur ſalui fient: iuxta illud ps. Conuer/
tentur ad veſperam ⁊ famem patientur vt
canes. Item Iſa.i. Si fuerit numerus filio
rum iſrael ſicut harena maris: reliquie ſal/
ue fient. Ad idem tranſumptiue Ro.9.
Item Jere.23. Ecce dies veniunt dicit
dominus: ⁊ ſuſcitabo Dauid germen iu/
ſtum: ⁊ regnabit rex ⁊ ſapiens erit. ⁊ faciet
iudicium ⁊ iuſtitiam in terra. In diebus il
lis ſaluabitur iuda ⁊c̄.

¶ Octaua ratio eſt ex malorum perpetra
tione que ſiunt in eccleſia. Que tot ſunt ꝙ
propter ea merito extirpari ⁊ deſtrui debe/
rēt humanitus loquendo. Quis enim poſ
ſet numerare diluuium peccatorum que a
chriſtianis quottidie cōmittuntur: ⁊ tamen
fides ⁊ eccleſia ſemper ſtat: Nulla natio
tantum offendit contra fidem ſuam ſicut
chriſtiani. ⁊ maxime vbi deberet eſſe fons
ſanctitatis.ſ.in clero. ⁊ in eccleſia romana:
vbi eſt ſentina vitiorum. Hic cadit exem/
plum quod refert per Johannem buccatio
in libro qui intitulatur le cento nouelle. de
illo iudeo qui anteq̄ baptizaretur voluit
venire ad eccleſiam romanam: qui videns
ſibi multa peccata committi dixit. Uere fi/
des iſta ſuſtentatur a deo: ⁊ ſic baptiſmum
ſumpſit.

¶ De fidei conditione. Sermo.5.



IDes tua te ſaluum fecit. Luc̄.18. Dicto
ſupra de fidei veritate ſe q
tur hodie videre de.4.arti
culo.vȝ de fidei perfectibili
tate ſiue perfectione Salutetur virgo ma/
ria ⁊c̄. Pro complemento ſermonis: eſt no
tandum ꝙ ſm ſententiam theologorum.
ad hoc vt fides ſit perfecta requiruntur ſe
ptem conditiones ſiue circūſtātie ſiue qb⁹
aut nō eſt fides aut eſt imperfecta.

¶ Prio reqrit̄ Siplicitas: ſine diſputatōe.

¶ Scdo Integritas: ſine diminutione.

¶ Tertio Firmitas: ſine dubitatione.

¶ Quarto Ueritas: ſine ſimulatione.

¶ Quinto Charitas: pro informatione.

¶ Sexto Animoſitas: cum fortificatione.

¶ Septimo Humilitas: cum ſubiectione.

¶ Primo igit̄ requiritur ſimplicitas ⁊c̄.
Ambro. Tolle argumēta: vbi fides querit̄.
Et ideo de iure ciuili prohibitū eſt de fide
publice diſputare: vt in.l. Nemo. C. de ſum.
trini. ⁊ fi.catho. De iure vero canonico ſo/
lum layce pſone ꝓhibitum eſt publice vel
p̄uate de fide catholica diſputare: vt in.c.
Quicūq₃.§.5. Prohibem⁹ d̄ hereticis lib.6.
Dicit cum Inno.in.c. Dānamus. de ſum.
tri. ⁊ fi.ca. ꝙ diſputare de fide nō lȝ publice
turbis coadunatis cā tumult⁹ vel ſue pſi/
die defendēde. C. de ſum.tri. ⁊ fi.catho.l.i.

Si aũt ad ꝯfusionem hereticoꝝ vel ad virtutem clarificandã disputaret aliquis nõ credimus malũ: vt fecit Siluester. Hoc Inno. Sed q: post Innocentiũ fuit statutũ simpliciter ꝙ layco nõ lꝫ de fide disputare: vt in dicto. §. Inhibemus. Iõ simpliciṫ est intelligendũ ⁊ indistincte: vt sentit ibi Glo. Sed dices tu: ⁊ quõ ergo cum predicares tot rõnes in sermonibus predictis induxisti pro fidei veritate ⁊ doctores theologi etiã scripserunt libros multos fidei rationibus roborando .i. Petri. 3. Parati semper ad satisfactionẽ ⁊c̃. vt. J: Pro huius ergo puncti intellectu: notãdũ ꝙ sicut ponit. b. Tho. 22. q. 2. ar. 10. Ratio hũana inducta ad ea que sunt fidei dupliciṫ põt se habere ad voluntatem credentis. Uno modo antecedẽter. Aliomodo ꝯsequẽter. Antecedẽter quidem: sicut precedens: puta quũ quis aut nõ haberet voluntatem aut nõ haberet promptã voluntatẽ ad credendũ: nisi ratio hũana induceret: sicut Tho. apl's voluit tangere ⁊ videre. Et sic ratio hũana inducta: diminuit meritum fidei. Unñ Greg. Fides nõ habet meritum: vbi hũana ratio p̃bet experimentũ. Unñ talis homo qui sic inquireret rationẽ humanã: potius esset infidelis q̃ꝫ fidelis. Nõ enim homo dꝫ credere ea que sunt fidei ꝓpter rationẽ humanã: sed ꝓpter auctem diuinam: duplici ratione. Prima ꝓpter reuerentiã: q: nec fallere nec falli põt. alioquin sibi magna irreuerentia inferṫ ⁊ iniuria. Credis enim patri tuo dicenti te esse filiũ suum. cum tñ incertũ sit apud oẽs preter q̃ꝫ apud matrem. Unñ dñr legiste ꝙ mater semper est certa: sed pater incertus est. nisi p̃sumptiue. l. Quicꝫ. §. parẽtes. ff. de in ius vo. Et de ꝯdi. ⁊ demõ. l. Lucius. Et hoc verũ est apud alios: sed filius incertus est de vtrocꝫ. Credis etiã instrumẽto notarij in quo ꝯtinetur ꝯtractus vel testamentũ: vel aliqd tale. Cur quattuor instrumẽtis xp̃i nõ credis. i. quattuor euangelijs scriptis a quattuor notarijs cum fide ⁊ omni credulitate dignis ⁊ omni exceptione maiorib᷒: Credis cuilibet artifici de arte sua. cur diuine sapientie incarnate nõ credis: Certe magna sibi irreuerentia inferṫ. Doctrix est enim discipline dei: ⁊ electrix operũ ipsius Sap. 8. Dic mihi: si rex aut aliqua fide digna persona ⁊ reuerenda diceret tibi aliquid: tu vero nolles credere: nisi ancilla sua id assereret. nõne sibi magnam iniuriã faceres: Certe sic. Sic naturalis ratio: est ancilla dei. Iõ Ambro. vt dictũ est. ait. Tolle argumẽta: vbi fides queritur. Scd̃a rõ est q: stultitia est querere rõnes humanas hoc modo ad credẽduꝫ ea que sunt fidei. Sicut enim stultus esset cecus qui vellet de coloribus disputare: sic stultus esset ille q vellet ea que sunt fidei p humanas rõnes inuestigare. Cũ etiam in naturalibus que sensu percipi possunt inuestigandis intellectus noster multũ deficiens inueniaṫ: quia vt dictũ est. Sicut se hꝫ oculus noctue ad lumen solis: ita se hꝫ intellectus noster ad manifestissima in natura. s̃m phm. 2. Methaphisice. Et iõ ille qui vult p humanas rõnes inuestigare ea que sunt fidei intrat in tẽtatiões ⁊ in laqueũ diaboli: a quo faciliter decipiṫ. Nota hic exẽplum de eua volenter cum diabolo disputare. Unñ Apl's. 2. Cor. xi. Timeo ne sicut serpens euam seduxit astutia sua: ita corrũpanṫ sensus vestri. ⁊ excidant a simplicitate fidei que est in xp̃o. Declara vt notaui in dñica in octaua pasce sermone. 5. qui incipit Noli esse incredulus ⁊c̃. pte. i. Itẽ cadit hic exẽplũ illius magistri in theologia. qui totã fidem collegerat in rationibus ⁊ articulis. Qñ ergo venit ad mortẽ tentatus a diabolo ⁊ victus: dixit matrem dñi nõ esse virginẽ ⁊c̃. Sed postea pniam egit. Si ergo naturalia nõ põt intellectus noster: vt dictũ est: inuestigare. multo minus inuestigare ea que sũt supnaturalia. cuiusmodi sunt ea que sunt fidei. Da exẽpluꝫ de calce qua ignis latẽs ꝯtineṫ. Et cũ naturaliter aqua extinguat ignẽ ⁊ oleũ ipsum nutriat: tñ sigs aquã in calcẽ mittit ignis latens incipit feruere: ⁊ aquã calefacit. Si aũt calx ponaṫ in oleo ille' ignis extinguiṫ ⁊ nõ feruet. Itẽ cũ argentũ sit clarũ. ⁊ ignis etiã sit clarus ⁊ lucidus: quare denigrãt qbus apponunṫ ea: Item cur palee que sunt tante caliditatis ꝙ poma cruda nõ matura maturant: tñ sunt tante frigiditatis ꝙ niues in media estate ꝯseruãt ne fluãt: Itẽ in egypto sunt duo fontes iuxṫ se positi. in quoꝝ vno fa/

ees accense extingunt. et in altero extincte accendunt. Et vnus est tam calidus in nocte vt tangi nõ possit: et tam frigidus in die: vt bibi nõ possit. Sic et in multis alijs exẽplis pz: q nõ possumus naturalia inuestigare. Quantũ stultũ est ergo psumere sup naturalia inuestigare: Ergo mitte arcana dei celũq inquirere qd sit: vt ait Cato. Itẽ de magete qui trahit ferrũ: ipossibile videt scire rõnẽ. Itẽ di: q Ea que scimus: sunt minima ps eoꝝ que ignoramus. Et iõ postposita oi rõne humana dz homo credere. In cuius signũ di Apoc.12. q mulier amicta sole. i. aia humana glorificata hẽbat lunã sub pedibus. Per lunã intellige scia phica que supponi dz auctĩ diuine. Dicit.n. regula phie q Multiplicatis suppositis: multiplicant essentie. Auicẽ.5. Metha. Et Com.12. Metha Hoc verum est: nisi in diuinis. Itẽ dicit. q Finiti ad infinitũ: nulla ẽ ꝓportio. in pmo phicoꝝ.3°. et 8°. Et in p°. de ce. et mũdo. Hoc verũ est: nisi in xpo deo et hoie. Itẽ dicit: q Locus dz pportionari locato. 4°. phicoꝝ. Hoc veꝝ est: nisi in eucharistia. Itẽ q ipossibile est deũ mori etc. Vñ Apl's. Videte ne qs vos seducat p phiaz et inanem fallaciam Coll'.2.

Scdo modo rõ humana põt se hre ad voluntatẽ credentis ɔsequenter. Cũ.n. hõ hz voluntatẽ promptã ad credendũ diligit voluntatẽ creditã: et sup eam excogitat et amplectit. si quas rõnes adhuc inuenire põt. Et quãtũ ad hoc rõ humana nõ excludit meritũ fidei: sed est signum maioris meriti. Et hoc significat Jo.4. Ubi samaritani ad mulierẽ p quã rõ humana significat: dixerũt. Jam nõ ppt tuam loquelaz credimus. Ipsi.n. audiuimus et scimus: qr hic est vere saluator mũdi. Adducere ergo rõnes hũanas p fidei ɔfirmatione hac d cã: nõ erat inutile. qnimo Theo9 fidelis isto respectu dz niti rõnes inducere ad fideliũ ɔsolationẽ. et infideliũ ɔfutationẽ: iuxta illud Petri apl'i. Parati semp ad satisfactionẽ omni poscẽti vos rõnẽ de ea q in vobis est fide et spe. i. Petri.3. Licet rõnes iste que inducunt ad veritatẽ fidei ɔfirmandã nõ sint demonstrationes que in visionẽ intelligibilẽ possint inducere intellectũ humanũ. alioquin iam nõ esset fides sz scia: sz remouent ipedimẽta fidei. ostẽdendo nõ esse impossibile qd in fide pponit. Vñ p tales rõnes nõ diminuit meritũ fidei. nec ratio fm. b. Tho. q. et ar. vbi supra. 3. parte: in responsione ad scdm.

¶ Scdo requirit integritas etc. Rõ: qr si oẽs articulos crederet pter vnũ: iam nõ hz fidẽ tam de illo quẽ nõ credit: q̃z de illis quos credit. de qbus nõ fidem sed opinionẽ hz: fz. b. Tho.22. q.5. ar.3. de quo dic vt dixi supra fmone.2. pte.3. Vñ oẽs articuli integraliter sunt credẽdi. Sunt aũt.12. articuli. vel.13. fm diuersas cõputationes. Pro cuius declaratione nota. q fm q dicit. b. Tho.22. q.1. ar.8. illa p se ptinet ad fidem quoꝝ visione in vita eterna pfruemur. et p que ducemur in vitã eternã. Duo aũt nobis vidẽda pponent. s. occultũ obiectũ diuinitatis. cuius nos visio beatos facit. et mysteriũ humanitatis xpi p quẽ in gloriã filiorũ dei accessum habem9: vt di Ro.5. Vñ di Jo.17. Hec est aũt vita eterna vt cognoscant te solũ verũ deum. et quẽ misisti iesuz xpm. Et iõ pma distinctio credibiliuz est: q quedã ptinent ad maiestatẽ diuinitatis: q̃dã vero ptinent ad mysteriũ hũanitatis xpi. qd ẽ pietatis sacramẽtũ: vt di. i. Tim. 4. Circa maiestatem diuinitatis tria pponunt nobis credẽda. Primo qdẽ vnitas deitatis: et ad hoc ptinet primus articulus. Scdo trinitas psonaꝝ. et ad hoc sunt tres articuli: fm tres psonas. Tertio pponunt nobis opa diuinitatis ppria. quoꝝ pmum ptinet ad eẽ nature. et sic pponit articulus creationis. Scdm vero ad esse grẽ: et sic pponunt nobis sub vno articulo oia ptinentia ad sanctificationẽ humanã. Tertiũ vo ptinet ad esse glorie. et sic ponit alius articulus ad resurrectionem carnis. et de vita eterna: et ita sunt septẽ articuli ad diuinitatẽ ptinentes. Silr etiã circa humanitatẽ xpi ponunt septem Ad qd facit visio q ha bet Apoc.5. de libro q erat scriptus intus et foris et signatus septẽ sigillis. i. septẽ articulis circa humanitatẽ xpi ptinẽtibus fm vnã expositionẽ. Quoꝝ articuloꝝ pmus ẽ de incarnatiõe siue de ɔceptione xpi. Scds de natiuitate eius virginis. Tertius de passione eius et morte et sepultura. Quart9 est de descensu ad inferos. Quintus ẽ de re-

surrectione Sextus de ascẽsione. Septim⁹
de aduentu ad iudicium. ꝛ sic in vniuerso
sunt. xiiij. Quidam tamen distingunt. xij. ar/
ticulos fidei. sex pertinentes ad diuinita/
tem: ꝛ sex pertinentes ad humanitatem.
Tres enim articulos triũ personaꝝ comp̄/
hendunt sub vno: qꝛ eadẽ ẽ cognitio triuz
personaꝝ. Articulum de opere glorificatio/
nis distingunt in duos. s. in resurrectionem
carnis. ꝛ in gloriá anime. Similiť articulũ
ꝯceptionis ꝛ natiuitatis cõiungunt in vnũ
b. Tho. Omnes ergo predicti articuli inte
graliter ꝛ explicite sunt credendi. Alias si
quis vnum illoꝝ nõ crederet damnaretur.
Quia sicut qui totam legẽ obseruauerit: of
fenderit aũt in vno factus est omniũ reus
Jaco. 2. Sic g omnes articulos crediderit
p̄eter vnũ. perdit fidem de oibus. Ratio
est: qꝛ sicut oia mandata habẽt cõnexionẽ
quãdam in charitate qua perdita nullum
mandatũ potest perfecte seruari: sic oẽs ar
ticuli habent cõne xionẽ in veritate diuina:
cui detrahiť si vnus articulus nõ credať.
¶ Tertio requiriť firmitas. sine dubitatio/
ne. Quia aliogn Dubius in fide infidelis
est: de hereticis c. i. Nõ dico de illo qui ali
quãdo tentať de his que sunt fidei: tamen
semp deliberato aio credit quicqd credit
sancta mater ecclesia: qꝛ talis nõ est dubi
tatio sed tentatio: sed ille diciť dubitare de
his que sunt fidei qui nõ declinat ad vnaz
partẽ. puta affirmatiuam plusq̃ ad negati
uam vel ecõuerso: talis est dubius in fide.
ꝛ ꝯsequenter infidelis. Iste ergo si in tali
statu moreret̃ procul dubio damnaretur: qꝛ
nõ credit. Qui aũt nõ credit iã iudicatus
i. condẽnatus est Jo. 3. Credere enim ẽ cũ
assensione cogitare: vt dicit Aug. Cum ma/
iori ergo certitudine ꝛ firmitate debemus
tenere ea que sunt fidei q̃ ea que intelle/
ctu vel sensu percipimus. Ratio est: qꝛ quã
doq̃ sensus decipi põt. vel ex parte subie/
cti. vel ex p̄te medij. Uide supra s̄mone. i.
p̄te. i. Sic ꝛ ꝓpter medij distantiã videbiť
homo ꝛ apparebit animal brutũ. vel ex de
fectu luminis qꝛ de nocte vnuz apparebit
Sc̃da causa meritalis inductiua: est vnitas meritoꝝ ⁊ oratio totius vniuersalis ecclesie christiane: que continue orat pro peccatoꝝ conuersione ad deum tanq̃ mater pro filijs. Ideo dicit articulus fidei. Credo in sanctã ecclesiam catholicam. sanctoꝝ cõmunionem. remissionem peccatorum. Ubi notandum: ꝙ orationes ecclesie prosunt christianis dupliciter. Uno modo ex charitatis vnione: ⁊ sic solum bonis in gratia cõstitutis prosunt. Ideo dicitur Sanctoꝝ cõmunionem: sicut cibus sumptus per os ꝓdest omnibus mẽbris corporis. ps. Particeps sum omnium timentiũ ⁊c. Alio modo ex ecclesie intentione siue oratione: ⁊ sic ꝓsunt etiam malis christianis. Unde sepius deus conuertit peccatores per orationem: vt. j. dicitur. De quo dic latius vt scripsi in sermonibus de peccatis in genere. ar. 4. sermone. 5. in prima conclusione. Igitur iam videmus quantã solicitudinem habet mater pro liberatione filij incarcerati in mortem vel captiui in barbaria. multo magis solicita est sancta mater ecclesia pro liberatione peccatorum: qui detinentur captiui a diabolo in carcere peccati mortalis. Unde merito ecclesie orantis deus suscitatur ad suscitandum peccatorem de morte peccati mortalis ad vitam gratie. In cuius signum siue figura habetur: ꝙ christus dum iret in ciuitatem que vocatur naym videns adolescentem qui efferebatur mortuus filius vnicus matris sue: que vidua erat. videns etiam dñs matrem illam flentem. misericordia motus dixit illi. Noli flere: ⁊ statim resuscitauit illum: sicut habetur Luc. 7. Quid per viduam matrem nisi ecclesia designatur: que mater est omnium fidelium? Et est viduata a presentia corporali Jesu christi sponsi sui. Unde Tren. i. Facta est quasi vidua dña gentiũ. Et ps. Uiduam eius benedicens benedicam. Glo. viduam. i. ecclesiam. Per mortuũ vero filium: peccator designatur. qui mortuus ẽ quãtũ ad vitam gratie. qua priuatur per peccatum. Sicut enim anima est vita corporis: sic deus est vita anime. Jo. 14. Ego sũ via veritas ⁊ vita. Et consequenter sicut anima separata a corpore corpus est mortuũ: sic ⁊c. Ad fletum ergo. i. orationes huius vidue. i. ecclesie. de⁹ suscitat peccatores ad vitam gratie. Unde dicit Eccli. 35. Nõ despiciet deus preces pupilli. nec viduam. si effundat loquelam gemitus. Nõne lachryme vidue descendunt ad maxillam? A maxilla etiam ascendũt vsq̃ ad celum: ⁊ dñs exauditor nõ delectabitur in illis. Pupillus est qui caret matre: mater nostra est ecclesia. qua caret qui est in peccato mortali. ⁊ ideo dicitur pupillus: qui tñ si oret nõ despiciet deus preces suas. ps. Dominus custodit aduenas: pu. ⁊ vi. su. ⁊ vi. ⁊c. Unde Grecismus. Pupillus matre caret: orphanus est sine patre. Ad idem quod legitur de petro Act. xi. Unde ad preces ecclesie petrus a vinculis liberatus est. Expone moraliter. Intm̃ autem vnitas ecclesie valet: ꝙ extra ecclesiam nulla est salus: sicut nec extra arcam Noe. Unde Grego. in lib. mo. Et in decre. 24. q. i. Quia ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur: apud se esse locum dominus prohibet de quo videatur: in petra Moyses ponit vt dei faciem contempletur. quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit diuinam presentiam non agnoscit. De soliditate dominus dicit. Super hanc petram: edificabo ecclesiam meam. Sola quippe est per quam sacrificium meum dominus accipiat libẽter. que sola pro errantibus intercedat fiducialiter. Unde ⁊ de agni hostia dominus precepit dicẽs. In vna domo comedetis. nec efferetis de carnibus eius extra fores. In vna nãq̃ domo comeditur: quia in catholica ecclesia vera hostia redemptionis immolatur. de carnibus eius diuina lex efferri prohibet: quia dari canibus sanctum vetat. Sola est que intra se positos valida charitatis compage custodit. Unde ⁊ aqua diluuij archam ad sublimiora sustulit. Omnes autem quos extra archam inuenit: extinxit. Hec ille.

¶ Tertia causa est instrumentalis cooperatiua: et hec est duplex secundum quod duplex instrumentum concurrit in huius sanctificatione. Unum est instrumentum animatum: aliud est instrumentum inanimatum. Animatum est sacerdos ad quem solum ex officio competit ministrare sacramenta. licet quedam sacramenta sint que regrant in ministerio ordinem episcopalem: sicut est sacramentum ordinis et chrismatis: nec valet consuetudo contraria: vt in. c. Quanto de consuet. Quedam vero sacramenta non requirunt de essentia potestatem aliquam in ministerio: sicut est baptismus. et matrimonium: tamen ex officio solus sacerdos baptizat et bene dicit nuptias etc. sacramenta ad ipsum pertinentia confert. Quot autem requiruntur in sacerdote qui sacramentum penitentie conferre vult confitentibus: vide quod scripsi in sermonibus quadragesimalibus de peccatis in genere ar. 3. sermone. x. vbi vide omnino vbi agitur de remediis peccati mortalis: quantum ad causam. Instrumentum autem inanimatum est sacramentum. Est autem notandum: quod septem sunt sacramenta instituta a christo: secundum quod septem mala per peccatum incurrimus. Sunt autem sacramenta instituta a christo in medicinam humani generis. ps. Misit verbum suum et sanauit eos: et eripuit eos de interitionibus eorum. Et ideo oportuit tot instituere sacramenta: quot infirmitates per peccatum incurrimus. Septem autem infirmitates incurrimus. s. tres culpe. et quattuor pene. Prima infirmitas culpe est peccatum originale: et contra hoc institutum est sacramentum baptismi.

Secunda infirmitas culpe. est peccatum mortale: et contra hoc institutum est sacramentum penitentie.

Tertia infirmitas culpe. est peccatum veniale et contra hoc institutum est sacramentum extreme vnctionis. b. Tho. tamen dicit quod nullum sacramentum est institutum ad peccati venialis remissionem: sicut ad principalem effectum: vt ipse notat in. 4. sen. di. 16. q. 1. ar. 2. q. 3. ad primum. Et in tertia parte. q. 65. ar. 1. ad octauum. Item prima infirmitas pene est fragilitas siue impotentia ad bonum: et contra hoc est confirmatio siue chrisma. Secunda infirmitas pene est ignorantia. et contra hoc est ordo. Tertia infirmitas pene est malitia: et contra hoc est eucharistia in qua est fons omnis bonitatis realiter contente.

Quarta infirmitas pene est concupiscentia: per quam sumus valde proni ad malum: iuxta illud Sensus enim et cogitatio humani cordis: prona sunt ad malum ab adolescentia sua Gen. 8. Contra hoc est matrimonium: per quod confertur gratia ad repressionem concupiscentie. Predicta ergo sacramenta sunt cause instrumentales sanctificationis humane: sine quibus non posset etiam papa remittere culpam aliquam: quia conferre effectum principalem sacramenti sine sacramento. pertinet ad potestatem excellentie. que competit soli christo secundum quod homo: sicut patet in maria magdalena: cui dixit. Remittuntur tibi peccata tua Luc. 7. et Mat. 9. Et ex hoc nota contra illos qui dicunt. Est indulgentia pene et culpe.

¶ Quarta causa est materialis receptiua. Vide de ista causa. et de aliis tribus sequentibus: sicut scripsi in sermone vt supra. vz in sermonibus quadragesimalibus de peccatis in genere ar. 3. sermone. x. vbi agitur de remediis peccati mortalis: quantum ad causam parte. 4. 5. 6. et 7. Finis.

¶ De gloria anime. Sermo. 14.



Fides tua te saluum fecit. Luc. 18. Supra visum est de quarto articulo fidei: nunc videndum est de quinto pertinente ad diuinitatem: videlicet de opere dei circa gubernationem nature humane. Qui quidem articulus sic in symbolo apostolico proponitur. Carnis resurrectionem In symbolo autem Niceno dicitur. Et expecto resurrectionem mortuorum: et vitam venturi seculi. Amen. Predictum autem articulum apostolicum composuit. b. Matheus apostolus sed doctores theologie ponentes. 12. articulos diuidunt istum articulum siue ista verba in duos articulos. s. in gloriam corporis dum dicit Carnis resurrectionem. Et in gloriam

anime: dum dicit. Vitam eternam. Amen. Primus aũt articulus istoꝝ duoꝝ est gloria aie: tum qꝛ aia est nobilioꝛ corpoꝛe: tum qꝛ gloria aie est ante fine prioꝛ tpe: qꝫ gloria corporis. Et ideo hodie dño ꝯcedente de gloria aie predicabimus. In sequẽti vero sermone de gloria corporis. Salutet virgo Maria ꝛc. Pro introductione materie predicande: notandũ ꝙ firma ꝯclusio ẽ in sancta theologia approbata per fidem catholicam. ꝙ aia separata a corpore. si nõ hꝫ in se aliqđ peccatum originale nec mortale nec veniale: nec etiam est obnoxia alicuius pene reatus. statim euolat ad celum: vbi cõsequitur vitã eternã. Probat hec ꝯclusio. Rõne. Auctẽ. Et exẽplo. Rõ est multiplex. Prima est hec. In vita ista ẽ status merẽdi vel demerendi. vnde comparat militie ꝛ diebus mercenarij. Job. 7. Militia est vita hois super terram: ꝛ sicut mercenarij dies eius. Sed post statũ militie ꝛ laborẽ mercenarijs statim debet premiũ vel pena bñ vel male certantibus. Vñ Leui. 19. di. Nõ morabitur opꝰ mercenarij tui apud te vsqꝫ mane. Dñs etiam dicit Joel. vlti. Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Statim igitur post mortem redditur anime premium vite.

⁋ Scđa ratio est arguendo de pena inferni ad premium glorie. Peccatoribus enim statim datur infernus post mortez. Job. 21. Ducunt in bonis dies suos: ꝛ in pũcto ad inferna descendunt. ergo ꝛ iustis statim datur paradisus. Item Luc. 16. Mortuus est diues: ꝛ sepultus est in inferno. Alias rationes ponit. b. Tho. in. 4. ꝯtra gen. c. 61.

⁋ Scđo probatur auctẽ. 2. Cor. 5. Scimus enim qm̃ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: ꝙ edificationem ex deo habeamus domum nõ manufactã: sed eternaꝫ in celis. Item Mat. 20. de operarijs quibus de sero data est merces denarij diurni. Per sero aũt intelligitur mors: ꝑ denarium diurnum vita eterna. Unde dicit ibi. Cum sero aũt factum esset dicit. do. vi. pro. s. Vo. op. ꝛ redde illis mer. ici. a no. vsqꝫ ad primos. Ad idem dicit apostolus Phil. 1. Desiderium habeo dissolui ꝛ esse cum xp̃o. Christus aũt in celis est. Sperabat ergo apl's statim post corporis dissolutionem se peruenturũ ad celum ꝛ christũ. Et sic idem ꝙ prius.

⁋ Exẽplũ de latrone cui dixit dñs. Hodie mecum eris in paradiso Luc. 23. Quãte aũt sit excellentie ꝛ magnitudinis gloria illa: si vellem hoc attentare. temerarium esset ꝛ impossibile describere. Cum paulus qui fuit raptus ad videndum illam gloriam. cum postqꝫ ad se reuersus interrogaretur: quidnam vidisset: nihil aliud maius de illa gloria dicere potuit: nisi ꝙ Oculus non vidit: nec auris audiuit. nec in coꝛ hominis ascendit: que preparauit deus diligẽtibus se. 1. Cor. 2. Quid igitur attentabo exprimere gloriam illam quam nunqꝫ vidi. cum is qui viderit. nesciuerit exprimere? Aliqua tñ de illa possumꝰ intellecta cõprehendere ꝭm modulum nostrum. ꝭm ꝙ theologi de ipsa aliqualit tractauerunt. Notandum igitur. ꝙ quia gloria vite eterne datur in premium victorie. quã homo habet cõtra vitia ꝛ peccata per virtutes: iuxta illud Qui vicerit dabo ei sedere mecũ in throno meo. sicut ꝛ ego vici ꝛ sedi cũ patre meo in throno eius Apoc. 3. Ideo ꝭm numerũ virtutuꝫ possunt diuersa premia glorie adaptari. Sunt aũt septẽ virtutes quibus meremur vitam eternam: quarũ tres sunt theologice: ꝛ quattuoꝛ cardinales: quibus respondent septeꝫ premia vite eterne.

⁋ Prima virtus theologica est fides: ꝛ huic respondet diuina cognitio cum clara visione.

⁋ Scđa virtus theologica est spes: ꝛ huic respondet diuina contemplatio sine cõprehensio cum firma adhesione.

⁋ Tertia virtus theologica est charitas: ꝛ huic respondet diuina delectatio cum fruitione.

⁋ Quarta virtus ꝛ prima cardinalis est prudentia: ꝛ huic respondet creaturarũ cognitio sine dubitatione.

⁋ Quinta virtus cardinalis est iustitia: ꝛ huic respondet de omnibus exultatio cũ iubilatione.

⁋ Sexta virtus cardinalis est fortitudo: ꝛ huic respondet pacis possessio absqꝫ perturbatione.

⁋ Septima virtus cardinalis est temperantia: ꝛ huic respondet plena satiatio

absq3 defectione.
¶ Prima tria pertinent ad gloriam essen
tialem anime: que est gaudium de creatore.
Alia quattuor pertinent ad gloria3 accidē-
talem que est gaudium de creatura: sed in-
cipe narrare a premijs. Quorum primum
premiū est diuina cognitio. cu3 clara visio-
ne: ꝛ hoc respondet fidei ꝛc. Et sic de singu
lis. Uel potes dicere: ꝙ gaudia paradisi
sunt .12. ꝛ sunt ista v3: tres dotes aie in qui-
bus ꝯsistit gloria essentialis. Itē quattuor
corporis. Itē sunt quinq3 gaudia correspō
dentia sensibus. qui oēs actuabunt in glo
ria. Uide post festū trinitatis sermone .82.
pte. i. Uel fac aliū ꝓcessum: ſm ꝙ scripsi in
sermonibus de oratione dñica: super scda
petitione. s. Adueniat regnum tuum ꝛc.
¶ Primū ergo premiū vite eterne est di-
uina cognitio cum clara visione: ꝛ hoc re-
spondet fidei. Sicut enim homo per fidem
humiliat intellectū ad credendū ea que nō
videt ꝓpter diuinam auctem: iuxta illud
Apli. In captiuitatē redigentes omnem in
tellectū in obsequium xpi .2. Cor. 10. Ita cō
gruum est: vt merito huius fidei clare vi-
deat ea que prius non visa credidit. Dic
practice: quō deus dicit aie separate. Tu
credidisti ea que dicta sunt tibi ab ecclesia.
humiliando intellectū tuum: sed ea nō vi-
disti. Idcirco in premium huius ꝛc. Unde
statim anima videt essentiam diuinā: iux-
ta illud .i. Cor. 3. Uidebimus eum sicuti ē.
Et .i. Cor. 13. Nunc videmus per speculum
in enigmate: tunc aūt facie ad faciem. Itē
Io. 17. Hec est vita eterna: vt co. te. so. ve.
de. ꝛ quē mi. iesum xp̄m. In qua visione ef
ficitur anima beata. Uñ Aug⁹. Uisio est
tota merces. Qd intelligendum est vel quia
totam mercedem inchoat. vel quia quodā
modo totam mercedem cōt. Succedēte er
go visione cedit fides: quia de ratione fi-
dei est ꝙ que creduntur nō videantur. Uñ
dicit Apl's: ꝙ fides est sperandaꝝ substā-
tia reꝝ: argumentū nō apparentiu3 Heb.
xi. Et Aug⁹ dicit: ꝙ fides est credere quod
nō vides. Uidet etiā anima xp̄m ꝛ virgi-
nem Mariā ꝛ alios sanctos. Quātam au
tem beatitudinē anima cōsequatur ex hu-
iusmōi visione: īpossibile est enarrare. Pos-
sum aūt aliquid de hoc existimare per crea
turam: ꝛ ex scriptura. Ex creatura quidem
tripliciter cōsidera. Nota hic si vis contem
plari quāta sit pulchritudo dei triplicem
creaturam: ex cuius consideratione hoc po
terit percipi aliqualiter.
¶ Primo ex creatura corporali.
¶ Scdo ex creatura rationali.
¶ Tertio ex creatura spirituali.
Ex creatura corporali. que est quasi que
dam scala habens .14. scalinos. s. quattuor
elementa ꝛ .x. celos. Primo ergo considera
terram. Scdo mare pulchrius ꝛc̄. Tertio
aerem pulchriorē. ꝛ sic ascēdas de gradu in
gradū. ꝛ inuenies maximam pulchritudi-
nem celi empyrei. ꝛ sic differunt stelle in
pulchritudine.
Scdo ex creatura rationali. que est aia.
Cōsidera ꝙ vna sola anima est pulchrior
omnibus creaturis corporalibus. ꝛ etiam
mille mūdis lōge nobilior. Mat. 16. Quid
proficit homini si vniuersum mundum lu-
cretur: anime vero sue detrimentum patia-
tur? Aut quā da. homo cōmutatione3 pro
anima sua? Extra de symo. c. Math⁹. in fi.
.i. q. i. Siqs neq3. Ratio est: quia in ea relu
cet imago dei. Geñ. 9. Ad imaginem quip-
pe dei factus est homo. Hinc est ꝙ si ho-
mo dñaretur toti terre. mari. aeri. ꝛ etiam
omnibus celis ꝛ angelis nunq̄3 contentare
tur sed solo deo: quo habito sine istis con-
tentaretur. Et hec est pulchritudo natura-
lis anime beate. Et cum in paradiso sint
quasi infinite anime beate differentes in
pulchritudine: cogita quanta sit pulchritu
do anime beatioris. Fulgebunt etiam iusti
septies plus sole. Cum ergo tot sint anime
beate quātū putas lucēt? Intellectus he-
bet. memoria offuscat. Uoluntas deficit.
ista cōprehendere. Et sic p3 scda scala: sed
ascende tertiā scalam que sequitur.
Tertia ergo scala est consideratio crea-
ture spiritualis. s. angelorum: cōsidera tria.
Primo eoꝝ pulchritudinē. Scdo eoꝝ mul
titudinē. Tertio eoꝝ distinctionē. Primo
ergo ꝛc. Ita eni3 sunt pulchri angeli ꝙ mi
nimus angelus qui est in paradiso est pul-
chrior decies pulchriori aia quā deus crea
uit: de pulchritudine naturali loquendo.

Scdo vero multitudinē:q2 sunt plures
q̄ȝ harena maris ⁊c̄. Quilibet hō vel bo/
nus vel malus habet angelum in custodia
de infimo ordine:nec solum hoies sed etiā
plāte.musce.pulices.canes.⁊ quelibet spēs
creaturaꝝ habet vnū angelū pro custodia:
ſm Aug. Origenem. ⁊ Damascenū. Nam
natura pulicis est tanta:ꝙ a nobis intelligi
nō potest.⁊ est nobilioꝛ q̄ȝ quelibet planta.
Cū habeat esse.viuere.⁊ sentire. Nec mire/
ris de his:q2 vides ꝙ dn̄i tēporales habēt
ministros super canes.equos.falcones.⁊ sic
de alijs. Et sicut isti sunt soliciti circa offici/
um suum ꝓpter gratiam dn̄i sui acquiren
dā:sic ⁊ āgeli multo plus. Tertio videas
distinctionem:q2 vnusq̄sq3 angelus differt
ab angelo spē:⁊ sic vnus angelus est pul/
chrioꝛ altero. Verbi grā. Scd̄s angelus est
pulchrioꝛ primo angelo decies. tertius 2°.
quartus 3°.⁊ sic de alijs.semꝑ multiplican
do vsq3 ad vltimū seraphin.⁊ cōsiderando
terram primo.scdo aquā que est decies pul
chrioꝛ terra.⁊ sic de aere.de igne.de stellis.
⁊ sic de celis.deinde cōsiderando pulchri/
tudinem angeloꝝ.⁊ animaꝝ. inuenies mi/
rabilia. Sed quid de deo dicimus:qui hec
oīa creauit: Cuius pulchritudo tanta ē ꝙ
nulla cōparatio inter creaturas ⁊ deum ca
dit nec cadere potest:q2 finiti ad infinitū
nulla est ꝓportio.⁊ sic poterimus vtcūq3 co
gnoscere.s.ex pulchritudine elemētoꝝ. celo
rū.syderū.atq3 planetaꝝ.animaꝝ.in tanta
multitudine ibi existentiū. necnō ⁊ spiritu
beatoꝝ.s.angeloꝝ.archāgeloꝝ.quātus spē/
doꝛ rutilantis decoris dȝ esse in aula illius
summi iperatoris. quāta btitudo.⁊ quāta
gloria. Ex quo ꝯsiderari potest:q̄ȝ dulce q̄ȝ
gloriosum sit videre deū per essentiā ⁊ eiꝰ
curiam gloriosam. Figura de regina sabba
que venit videre sapientiā ⁊ gloriā Salo/
monis. De qua dicit textus. Videns autē
regina oēm sapientiā Salomonis.⁊ domū
quā edificauerat.⁊ cibos mense eius.⁊ ha
bitationes seruoꝝ.⁊ ordines ministrantiū.
vestesq3 eorum.⁊ pincernas.⁊ holocausta q̄
offerebat in domo dn̄i:non habebat vltra
spiritum.dixitq3 ad regem. Verus est ſmo
quem audiui. Et. j. Maioꝛ est sapientia ⁊
opera tua:q̄ȝ rumoꝛ quem audiui. Beati
serui tui ⁊c̄.3.Re.10. Item de Moyse Exo.
34.vt supra dr̄. Item de petro quando vi/
dit xp̄m transfiguratum Mat.17. Vide. j.
parte.3. Ex creaturarū ergo pulchritudine
deuenimus in aliqualem cognitionem in/
finite pulchritudinis diuine. Unde Ro.i.
Inuisibilia dei per ea que facta sunt a
creatura mundi.i.homine: intellecta con/
spiciuntur: sempiterna quoq3 virtus eius ⁊
diuinitas. Ex pulchritudine etiam rei arti/
ficiate cognoscimus sapientiam artificis:
in cuius mente longe excellentius est for/
ma artis.q̄ȝ in illa re materiali. Patet er/
go ꝙ ex creatura hec noscimus. ¶ Itē ex
scriptura. Quanta enim dulcedine frueba/
tur ⁊ reficiebatur Moyses audiendo vocē
dei in monte synai Exo. 24. cognoscere
possumus ex hoc ꝙ quadraginta diebus ⁊
⁊ quadraginta noctibus sine cibo ⁊ potu
permansit.ita delectabatur in audiēdo vo/
cem dei ⁊ loquendo:cum tamen ille nō es/
set deus.sed angelus loquens in persona
dei sicut dicit beatus Sthephanus Act.
7. Et Apostolus Gal.3.vbi dicit ꝙ lex fuit
ordinata per angelos in manu mediato/
ris.i.Moysi. Si igitur tanta dulcedo fuit
in audiendo vocem angeli: quanta est illa
quā ꝯsequitur anima in videndo deum ꝑ
essentiam: Unde ⁊ Moyses hoc petebat
di. Si inueni gratiam in cōspectu tuo:ostē
de mihi faciem tuam Exo.33. Sed non ob
tinuit. Unde dixit, dominus ei. Posterio/
ra mea videbis:faciem aūt meam videre
non poteris.idest supple in presenti vita.
Sed vt daretur intelligi ꝙ in visione faciei
diuine consequitur aīa maximam gloriam
dicitur ibidem. Ostendam tibi omne bo/
num. Et concordat auctoritas christi di/
centis. Hec est autem vita eterna: vt co/
gno.te solum verum deum.⁊ quem mi.⁊c̄.
Jo.17. Nota Omne bonum. quasi dicat.
Quando videbis faciem meam: videbis
omne bonum. Et nota: ꝙ diuina essentia
videbitur ab oībus beatis tota sed non to
taliter.prout est infinita. Videbitur tamen
limpidius essentia diua ab vno q̄ȝ ab alio.
Et iste defectus erit ex parte videntis. non

visi: q2 idem erit visum. Ex parte ergo obie
cti.s. dei cum sit vnum simplicissimum nul-
la potest esse diuersitas: sed ex parte poten
tie. Nam inquantum vna potentia magis
erit perfecta lumine glorie q̃ȝ altera: tanto
perfectius operabatur circa vnum ꝛ idem
obiectum. sicut idem sol diuersimode aspi-
citur vel eadem littera a diuersis legentib⁹
ſm ꝙ oculus magis vel minus est disposi-
tus ad videndum. Est aũt notandum. ꝙ
tribus modis aliq̄d cognoscitur: vel. s. ꝙ est
l' sic ē. vel q̄d ē. Prio mõ cognoscit de⁹ in
via ēt a malis. Ro. i. Inuisibilia dei a crea-
tura ꝛc. Scdo mõ videbit i patria a bõis.
Unde. i. Io. i. Similes ei erimus: q̃m vide
bimus eum sicuti est. i. suam maiestatem.
claritatem. bonitatem ꝛc. Tertio modo nec
a bonis videbitur nec a malis: neq̃ȝ in via
neq̃ȝ in patria: quia finitum nunq̃ȝ capiet
infinitum. Uidebimus etiam deum in se ꝛ
deum in nobis. ꝛ nos in deo. ꝛ deũ in crea-
turis. ꝛ creaturas in deo. Cognoscere auteȝ
deum in sua essentia est visio meridiana.
cognoscere vero creaturas in verbo: est vi
sio matutina. Uidebitur aũt deus sine me
dio deferente ꝛ obnubilante: sed non sine
medio disponente. Predicta latius vide
in compendio theologice veritatis.

Scdm premium glorie eterne est diuina
comprehensio cum firma adhesione: ꝛ hec
respondet spei. Nam quia homo in hac vi
ta sperat se consecuturum quod non habet
ideo in futura vita comprehendit ꝛ tenet
quod diu sperauit: ꝛ tunc succedente com-
prehensione deficit spes. Nam quod videt
quis quid sperat. Ro. 8: quasi dicat nihil.
Comprehendit ergo aia, deum: nõ quidem
comprehensione tali ꝙ includat deum cõ-
prehensum in se: quia hoc est impossibile in
tellectui creato. Unde Aug. ad Paulinũ
in libro de videndo deum. Attingere men
te deum magna est beatitudo: comprehen-
dere aũt est impossibile. sed comprehendit
anima deum comprehensione tentionis: q̄a
tenet eum ita fortiter ꝙ nunq̃ȝ ab eo sepa
rari potest. Unde Cãt. 3. dicit anima. Inue
ni quem diligit aia mea: tenui eum nec di-
mittam. Uide de hoc q̄d notaui in sermo-
nibus quadragesimalibus de decem prece
ptis sermone. l. in introitu. i. Cor. 9. Sic cur-
rite: vt comprehendatis.

Tertium premium est diuina delectatio
cum fruitione ꝛ respondet charitati. Nam
quia hic homo desiderat ꝛ diligit deum:
ideo illi maxime delectatur de deo viso ꝛ
comprehenso. Delectatio enim ista cõseq̄t
ad visionem ꝛ ibi non deficit charitas sicut
fides. ꝛ spes: sed magis perficitur. propter
q̄d dicit apl's ꝙ charitas nunq̃ȝ excidit. i.
Cor. 13. Quanta eniȝ sit delectatio illa quã
cõsequitur anima fruendo deũ. nec lingua
potest exprimere. nec intellectus percipere.
sed possumus hoc aliqualiter intelligere ex
delectatione maxima quam habet homo
in creaturis. Quantam delectationem ha-
bet auarus in diuitijs: iam videmus q̃ȝtuȝ
delectatur in illis: ꝙ postponit corpus suũ
ꝛ aiam suam vt illas consequatur. q̄nimo
quod peius est etiam postponit deum crea
torem suum. dñm suum. gubernatorem su-
um redemptorem suum. diuitijs. Deberet
enim apertis oculis intellectus considera-
re. si tm̃ delectant diuitie in hac vita que
cõmunes sunt bõis ꝛ malis: ꝛ caduce ꝛ cor
ruptibiles. nec faciunt aiam hois beatam
q̃ȝta delectatio debet esse in deo q̄ est crea-
tor diuitiarum ꝛ oium rerum: Propter de
fectum ergo huius considerationis imergi
tur in ipsis diuitijs. Et propter ipsas acq̄-
rendas in quibus sentit guttulam dulcedi-
nis postponit formale principium ois dele-
ctationis ꝛ dulcedinis. s. deum ꝛ facit sicut
equus qui quando famescit ꝛ auriga eius
vel dñs dat sibi ordeum statim voluit sibi
calceos vt percutiat eum: ꝛ non considerãs
ꝙ dñs est ille qui dat sibi ordeum ꝛc. ps.
Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus ꝛc. Sic
ꝛ superbus in honorib⁹. sic ꝛ ꝛ luxuriosus
in luxuria. sic gullosus in cibo ꝛ potu. ergo
ex his debemus cogitare q̃ȝ magna sit dul
cedo in fruitione diuina. alioquin perdit
homo vtrãq̃ȝ creatam q2 deficit a creato-
re quia illum noluit. Ideo dicit scriptura.
Creature dei facte sunt in odium ꝛ in tẽ-
tationẽ anime hominũ ꝛ muscipulam pedi
bus insipientiũ Sap. 14. Possumus etiã
cõprehendere aliquid de magnitudine de-
lectationis huius ex scriptura. Nã petrus
guttam illius dulcedinis diuine sentiens:
adeo fuit inebriatus. ꝙ prupit ad illa ver-

ba. Dñe: bonum est nos hic esse. Faciamus
hic tria ta.ti.u.moy.u.et he.u. nesciens qd
diceret: vt dicit Mat.17. Et Luc.9. Sic er-
go dauid dicit tam magná multitudinem
dulcedinis ex quo gustauit vná guttá dul
cedinis illius: q̃ta debet esse dulcedo bibe
re abundáter in illo flumine? De quo ps.
Fluminis impetus letificat ciuitatem dei.
Propter hoc sancti q inebriant illa dulce-
dine relinquebant oia: possessiones. agros.
parentes. filios. fratres. diuitias. deniq se
ipsos. et corpus et vitá: vt illá ad plenũ in-
crifacerent. Tradebant corpa sua bestijs.
aque. igni. gladijs. supplicijs. ppter ipsam
gliam quá hic gustabát propinante deo.
Unde Aug in lib. confessio. Introducis me
dñe in q̃dam dulcedinẽ que si pficiat in
me. si nõ est vita eterna. nescio qd sit aliud
vita beata. Item Ber. Semel inqt te gusta
ui bone Jesu et vtiná millesies mori possez
vt iterum te gustẽ. Item Hiero. in epl'a ad
Eustochiũ. c.26. vbi sic ait. Scio qd loquor
carissime. Nam vt insipientiá loquar: ego
homunculus sic abiectus sic vilis in domo
dñi: adhuc viuens in corpe angeloruz sepe
choris interfui. de corporeis per hebdas ni
hil sentiens etiam diuine visionis intuitu
post multorũ forte dierũ spacia prescius fu
turorũ corpori redditus flebam: qd ibi ma-
nens felicitatis habebá qd inenarrabilis
delectationis sentiebá. testes est ipsa trini-
tas quá cernebaz: nescio quo intuitu. testes
sunt et ipsi beati spũs qui aderát. testis est
et cõscientia mea. q tantis bonis ipse frue-
bar. quot et qualia nescit proferre mollities
corpis mei. Unde vna stilla illius glorie
degustata Stephano lapides dulces fue-
runt. Laurentio craticula. sic Uincentio. sic
Agathe. ego in his penis ita delector sicut
qui bonum nuntium audit. et sicut qui ma-
gnum thesaurũ inuenit vel qui videt quod
diu desiderauit. Sic etiá talis dulcedo se
pe tollit dolorẽ et timorẽ mortis: imo cũ de
lectatione moritur homo. Nota exẽplũ de
quodá paralytico noie Seruulus. De quo
Greg. refert in.4. dialogorũ. Multa tamen
sup hoc patent extra in legẽdis sctõrũ.

Quartũ premiũ est creaturarũ cognitio
que respõdet prudẽtie. Sicut.n. homo per
virtutẽ prudẽtie hui9 est diligẽs ad intelli-
gendum ea que sunt dei. vt illis medianti
bus perueniat ad. ipsum deum: sic merito
huius virtutis dotatur anima omni scien-
tia. Omnis enim anima videns deum co-
gnoscit. Da similitudinem. sicut si habere-
mus coram nobis speculum cognoscimus
et videmus omnia que relucent in speculo:
sic in proposito. Omnium enim creatura-
rum idee relucent in mente diuina: et ideo
videntes deum omnia vident simul in ip-
so. Greg. Quid est q non videant: qui vi-
dentem omnia vident? De hoc dicit Tho.
p.i.q.12.ar.8. Unde nota q anima vnius
rustici vel puerili baptizati videns deum
plus cognoscit de rebus diuinis vel huma
nis: q̃ aliqs vnq̃ doctor in p̃senti vita exi-
stens: et certius et clarius incomparabiliter
Nota q anima separata potest habere tri
plicem cognitionem de creaturis. Unam
per species acquisitas: si hic in presenti vi-
ta acquisiuit scientiam etc. Secundo per
species infusas: etiam si sit anima pueri ba
ptizati. Tertio per cognitionem in ver-
bo. Et nota q sicut spõsis carnalibus tria
dantur. s. dos. donatio propter nuptias. et
parafrenalia: sic et anime beate. Uide in
compendio theologie.

Quintum premiũ est de omnibus exul-
tatio cum iubilatione: quod respondet iu-
stitie. Sicut enim homo in hac vita omni
bus reddit debitum per virtutem iustitie.
Item quia per iustitiam affligit se in hoc
mundo per contritionem de peccatis. per
confessionem. per satisfactionem. per disci-
plinas. per ieiunia. per elemosynas. per ora
tiones. per peregrinationes. per afflictio-
nem sensuum et huiusmodi opera que per-
tinent ad penitentiam. que est pars iustitie
et omni creatura iuste vsus est. Ideo dele
ctabitur ibi in alia vita et gaudebit de om-
nibus. Primo de deo. Scdo de angelis.
Tertio de alijs sanctis. et eorum consortio.
Unde ibi nullus inuidet: sed gaudet vnus
de maiori gloria alterius. Unde nec vellet
habere gloriam illius. Nam si deus daret
eis electionem dicendo vni. Uis gloriam
illius maioris? Responderet non dñe: quia
non est mihi proportionata. Sicut filius mi
nor nõ inuidet de tunica maioris filij qa
non est sibi proportionata: vnde de oium

gloria gaudent. Uidebunt ergo iusti deum
vt gaudeant. videbunt gl'iam sanctoꝝ vt
congaudeant. videbūt quoqꝫ penas repro
boꝝ. vt de periculoꝝ euasione grãs agant.
Gaudebunt igit̃ de oībus creaturis ⁊ etiã
de dãnatis: licet sint parentes sui. ps. Uide
bunt iusti ⁊ ti. ⁊ sup. e. ri. ⁊ di. Ecce homo
qui non po. d. ad. s. sed spera. in mul. di. s. ⁊
preua. in va. sua. Item ps. Letabit̃ iustus
cū viderit vindictaꝫ. Unde Isa. 35. Gau
dium ⁊ letitiã obtinebunt: ⁊ fugiet dolor ⁊
gemitus. Et ideo ex abundãtia gaudij cor
dialis prorūpent in laudes dinas. ps. Bti
q habitãt in domo tua dñe. in sc. se. lau. te.

Sextum premium est plene pacis posses
sio: que respondet fortitudini. Quia enim
fuit hic in vita ista fortis ⁊ paciens circa
infirmitates sibi immissas a deo ⁊ contume-
lias sibi illatas a proximo: ideo ibi plena
pace erit. Econtra mali ⁊ dãnati erunt in
continuis tribulationibus ⁊ guerris: vnde
molestabunt̃ ⁊ patientur ab omnibus crea
turis. Sap. 16. Creatura enim tibi factori
deseruiens: ex ardescet in tormentuꝫ aduer
sus iniustos. Erit igitur pax inter deum ⁊
beatos. inter angelos ⁊ ipsos beatos. mu-
tuo non timebunt guerram. non hostes ⁊c̃.
ps. Qui habitare facis vnius moris in do
mo. Item Isa. 32. Sedebit populus meus
in pulchritudine pacis: in tabernaculis iu-
stitie ⁊ in requie opulenta.

Septimum premium est plena sacietas
que respondet temperantie. Quia enim h
esuriuit homo. sitiuit. ieiunauit. ⁊ fecit vigi-
liam: ideo ibi habebit festum. vbi plene sa
tiabitur in mensa christi. Unde christus
Luc̃. 22. Ego dispono vobis sicut dispo.
mihi pater. m. re. vt edа. ⁊ bi. super m. m. in
re. m. Econtra mali qui hic faciunt festum
comedendo. ⁊ bibendo ⁊c̃. Ideo ibi faciẽt
vigiliam quia esurient ⁊ sitient. ⁊ petent ⁊
non dabitur eis. Exemplum habetur de di
uite epulone: qui iam sunt mille quadrin-
genti anni ⁊ plus ꝙ petijt guttam aque ⁊
nunqꝫ habuit nec in eternuꝫ habebit Luc̃.
16. Ideo dicit Isa. ⁊ loquitur dñs per os
eius damnatis siue peccatoribus. Pro eo
ꝙ vocaui ⁊ non respondistis. locutus sum
⁊ non audistis. ⁊ faciebatis malum in ocu
lis vestris. ⁊ que nolui elegistis: propter
hoc dicit dominus deus. Ecce serui mei co-
medent ⁊ vos esurietis. Ecce serui mei leta
buntur. vos autem confundemini ⁊c̃. Isa.
65. ps. Satiabor: quum apparuerit gloria
tua. Nota ꝙ Nicolaus de lyra super illud
verbum G. i. i. Creauit deus cete grandia
dicit ꝙ hebrei dicunt hic ꝙ istud genus pi
sciuꝫ est incredibilis magnitudinis propter
qd si multiplicata fuissent indiuidua de-
structum fuisset seculum: quia mare non
esset nauigabile. nec alij pisces possent sta-
re in mari. Ideo postquã deus creauerat
hanc spẽm in sexu masculino ⁊ feminino oc
cidit femellam ne multiplicarentur indiui-
dua: ⁊ reseruat eam iustis ad comedenduꝫ
in futuro seculo. Ex quo patet iudeos ceci
disse in errorem saracenorum qui beatitu-
dinem future vite ponunt in delectationi-
bus corporalibus ciborum ⁊ venereorum.
Quod non solum apud catholicos absur
dum reputatur: sed etiam apud gentiles
philosophos. qui beatitudinem ponunt in
operibus intellectiue partis. asserentes vi
tam voluptuosam esse vitam porchorum:
vt patet in. i. Ethi. Propter quod beatitu
do non ibi est ponenda: cum felicitas nul-
lo modo pertineat ad bruta animalia. sed
solum ad intellectualem ⁊ rationalem crea
turam: ꝓpter quod theologi bene ponunt
beatitudinem in visione ⁊ fruitione ipsius
dei. ⁊ ab hac beatitudine anime post resur
rectionem fiet redundantia ad corpus per
quam fiet gloriosum per dotes corporis: in
ter quas ponitur impassibilitas. ⁊ conse-
quens resurrectio erit ad vitam immorta-
lem: operibus nutritiue ⁊ generatiue non
indigentem. Et ad hoc sunt auctoritates
clarissime noui testamenti. Sed quia non
recipiuntur a iudeis: ad hoc potest addu-
ci auctoritas prophete dicentis. Satiabor
quum apparuerit ⁊c̃. quia ex beatitudine
anime fiet talis redundantia ad corpus.
ꝙ satiabitur hominis appetitus. Ad hoc
autem facit exemplum Moysi qui existens
in monte cum dño. 40. diebus ⁊. 40. nocti-
bus non comedit. neqꝫ bibit. consortio tñ
dñi satiatus. Et multo minus in statu futu
re beatitudinis vsus ciborum est ponen-
dus. Hec Nicolaus de lyra. Si tibi vide-
bitur poteris propter prolixitateꝫ sermonis

derelinquere hoc quod dicit de Nicolao de lyra. Finis.

¶De resurrectione vniuersali. Sermo.15.



Fides tua te saluum fecit. Luc.18.

¶Supra sermone ꝓrio visum est de.5.articulo fidei ꝑtinente ad diuinitatem: vz de glorificatione animarum. Modo ergo sequitur videre de.6.articulo diuinitatis.s.de glorificatione corporũ. De qua dicit symbolum apostolicum. Carnis resurrectionem. Erit autem circa hunc articulũ triplex consideratio. Primo vtrum resurrectio sit futura Scd̓o quomõ. Tertio qualis. Et de quolibet põt fieri vnus ſmo: sed tantum de duabus considerationibus predicabimus hodie vnum sermonem: ⁊ cras alium. Salutetur virgo ⁊c̃. Pro introductione materie predicande.est notãdum ꝙ vera conclusio est in sancta theologia ꝑ fidem catholicam approbata.ꝙ omnes homines mundi qui fuerunt. sunt ⁊ erunt.siue boni siue mali.cuiuscunqꝫ secte.conditionis.vel status.aut etatis fuerint. resurgẽt in nouissimo die cum corporibus proprijs. Hoc probatur ratione.⁊ auctoritate. Ratione autem quadruplici ad hoc probandum. Prima sumitur ex parte diuine iustitie. Secunda ex parte diuine sapientie. Tertia ex parte diuine clementie. Quarta ex parte humane anime. Prima ergo ratio sumitur ex parte diuine iustitie: ⁊ est ista. Ad iustitiam diuinam pertinet. ꝙ ille premietur vel puniatur qui meruit vel peccauit.ps. Duo hec audiui: quia potestas dei est.s.ad puniendum malos. Et tibi domine misericordia.s.ad premiandũ bonos quia tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera sua. In hac autem vita quia actiones: vt ait phs sunt suppositorꝫ neqꝫ anima sola neqꝫ corpus solum: sed homo ex anima ⁊ corpore compositus peccat vel meretur. ergo debetur toti homini ſm animã ⁊ corpus premium vel pena. Manifestum est autem ꝙ in hac vita hoies premium vltime felicitatis consequi non possunt. Multotiens etiã nec iusti in hac vita premiantur: imo econtra iuxta illud Job.21. Impij viuunt.⁊ sublimati sunt cõfortatiqꝫ diuicijs ⁊c̃. Ad idez Jere.12. Justus qdẽ tu es dñe ⁊c̃. Vide supra sermone.7.par.1. Vt ergo sit retributio bonis ⁊ malis: necessario est iteratam anime ⁊ corporis ponere coniunctionem. Ubi homo in corpore ⁊ anima premiari ⁊ puniri possit. Et confirmatur hec ratio auctoritate Apostoli dicentis. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusquisqꝫ propria sui corporis prout gessit: siue bonum siue malum.2.Cor.5.

Scd̓a ratio: est ex parte diuine sapientie ad quam pertinet omnia ordinare. ⁊ nihil inordinatum relinquere. Manifestum est autem ꝙ omnis pars extra suum totum existens est inordinata. partes autez hominis sunt anima ⁊ corpus ab inuicem separate inordinate manent ſm naturam. oportet ergo dicere ꝙ sapientia dei que omnia ordinat ⁊ disponit ſm illud Sap.8. Sapiẽtia attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter ⁊ disponit omnia suauiter coniungat iterum animam corpori: vt natura ordinetur. Et confirmatur ratio. Est enim contra naturam anime esse absqꝫ corpore. cum sit ſm essentiam suam corporis forma. Cum igitur anima sit immortalis vt supra ostensum est. remanet ꝙ sit resumptura corpus suum immortale: quod erit in resurrectione vniuersali. Nam nihil quidem contra naturam potest esse perpetuum. non igit̃ perpetua erit anima absqꝫ corpore. ergo resumet quãdoqꝫ corpꝰ. Et hoc ponit.b. Thom. in.4.cõtra gentilis.c.79. Unde apostolus.1.Cor.15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: ⁊ mortale hoc induere immortalitatem.

Tertia ratio sumit̃ ex pte diuine clemẽtie. Nam ꝑ xp̃m liberati sumus ab oibus his q̃ ꝑ pctm̃ primi hois incurrimꝰ. ⁊ multo magis: quia potentior est gr̃a xp̃i ad liberandũ: qꝫ pctm̃ Ade ad destruendũ siue ad inficiendũ: vt ꝓbat Apl's Ro.5. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei ⁊ donũ in gloria vnius hominis iesu xp̃i in plures abundauit. Peccante aũt primo hoie. nõ solũ in nos pec-

catū deriuatū est:sed etiā mors q̄ est pena peccati:ſm illud Ro.5. Per vnū hominē pec.int. in mun.⁊ p̄ pctm̄ mors:necessariū est ergo ꝙ p̄ xp̄m ab vtroq̄ liberent a cul pa.ſ.⁊ a morte. Vn̄ ibidem dicit apl's. Si vnius delicto mors regnauit p̄ vnū:multo magis abūdantiā gratie.⁊ donationis.⁊ iustitie accipientes. in vita regnabunt per vnū iesū xp̄m. Et idē Apl's.1.Cor.15. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientiū:qm̄ quidē per hoiem mors ⁊ p̄ hoiem resurrectio mortuoꝝ. Effectum aūt mortis xp̄i q̄ꝫtū ad remissionē culpe ꝯsequimur in sacramētis.q᷑ sacramēta in virtute passionis xp̄i operant:effectum aūt resurrectionis xp̄i quātum ad liberationem a morte in fine seculi ꝯsequemur. Est igit̄ de necessitate fidei credere resurrectionē mortuoꝝ futuram esse: ſm.b.Tho.in.4. cōtra gentil'.c.75.in principio.

Quarta ratio sumit̄ ex p̄te ipsius anime humane. Naturale enim desideriū qḋ a natura nō frustra plantatū est oꝫ ipleri:q᷑ nihil natura frustra instituit. Naturale aūt est hois desideriū ad felicitatē tēdere. Vn̄ Boetius in.3.de ꝯsolatiōe. Ois mortalium cura quā multipliciū studiosoꝝ labor exercet.diuerso q̄dē calle p̄cedit:ad vnū tn̄ btitudinis finē nitit̄ peruenire. Itē ibidem. Naturalit̄ in mētibus hoium veri boni ē inserta cupiditas. Felicitas aūt vltima est felicis perfectio. Cuicūq̄ igit̄ deest aliquid ad p̄fectionē:nondū hꝫ felicitatē p̄fectam: q᷑ nō adhuc eius desideriū totalit̄ q̄etat̄. Vn̄ ⁊ Boetius dicit.ꝙ btitudo est status oium bonoꝝ aggregatione p̄fectus. Omne imp̄fectū naturalit̄ p̄fectionē cupit. Anima aūt a corpore sepata.lꝫ sit btā p̄ dei visionē ⁊ fruitionē.nihilominus est aliquo mō imp̄fecta:sicut ois p̄s extra suū totū existens. Aia.n.est p̄s hūane nature naturalit̄. Vn̄ semp̄ desiderat naturaliter aia vniri corpi. Vn̄ ⁊ Jo.in Apoc̄.dicit:ꝙ Sub altare dei sancti clamāt vindica sanguinē nostrū q̄ effusus est ⁊c̄. Et Apoc̄.6. Vsq̄quo d̄ne sanctus ⁊ verus:nō iudicas ⁊ vindicas sanguinē nostrū:de his q̄ habitant in terra: Sup quo textu dicit Glo. Modo aie sctōꝝ sunt existētes sub.i.in minori dignitate q̄ꝫ sint future. Vn̄ ⁊ Aug.12.sup Gen̄.ad lr̄aꝫ.

cū quesisset vtrū spiritibus defunctoꝝ.sine corporibus possit summa btitudo illa p̄beri: R̄ndet ꝙ nō sic p̄nt videre incōmutabilem substātiā vt sancti angeli vident.sine alia latente cā.siue ideo q᷑ est in eis naturalis q̄dam appetitus corpus admistrādi. Igit̄ necessaria est corporis resumptio ad p̄fectā btitudinem adipiscēdam. Natura dico:nō q̄dē essentialiter.sed de bn̄ esse. Cōfirmatur aūt hec rō auc̄te apl'i dicētis. Expectatio creature reuelationē filioꝝ dei expectat. Et ⁊.j. Ipsa creatura liberat̄ a seruitute corruptiōis i libertatē glorie filioꝝ dei. Scimus.n.ꝙ ois creatura ingemiscit ⁊ p̄turit vsq̄ adhuc Ro.8. Patet ergo rōne ⁊ auc̄te.ꝙ resurrectio corpoꝝ sit futura. Et ꝯfirmat̄ etiā auc̄te veteris testi. Vn̄ Job. 19. Scio inq̄t ꝙ redēptor meus viuit:⁊ in nouissimo die de terra surrectur⁹ sum.⁊ in car.m.vi.sal.m.quē vi.sum e.i.⁊ nō.a.⁊ oculi m.cōspec.sunt. Itē ꝯfirmatur ipsa veritate diuina. Nota ꝙ saducei accesserunt ad iesum negantes resurrectionē:de muliere q̄ habuit.7.viros ⁊c̄.quasi volentes resurrectionē ad incōueniēs reducere: sicut legit̄ Mat.22. Et Luc̄.20. Dic historiam ⁊ r̄nsionē xp̄i. Ad p̄dicta adde qḋ notat.b.Tho. in.4.ꝯ gen.c.79.vbi agit̄ ꝙ per xp̄m resurrectio sit futura. Nō videam⁹ quonā mō illa generalis resurrectio fiet. Inueni hoc in quadā auc̄te illius magni doctoris qui studuit in studio sctissime trinitatis.ſ. iesu xp̄i:in qua ipse d̄ns ponit modum ⁊ practicam resurrectionis d̄ni dicentis. Nolite mirari hoc.ſ.opus resurrectiōis:q᷑ venit hora in qua.o.qui in mo.sunt audi.vo.fi.dei. Et p̄ce.qui.bo.fe.in re.vi.qui vero ma. ege.in re.iu. Jo.5.vbi d̄ns ponit clausulas in quibus ostenditur ꝙ illa generalis resurrectio habebit sex ꝯditiones videlicet.

¶ Pria q᷑ erit p̄tuosa:ibi Nolite mirari h̄.

¶ Scd̄a q᷑ erit subitosa:ibi Venit hora.

¶ Tertia quia erit copiosa:ibi In qua omnes qui in monumentis sunt.

¶ Quarta quia erit timorosa:ibi Audiēt vo.fi.dei.

¶ Quinta quia erit gloriosa. Et proce.qui bo.fe.in re.vi.

¶ Sexta quia erit dolorosa:ibi Qui vero ma.ege.in re.iu.

149

Dico primo q̄ resurrectio vniuersalis erit virtuosa; quia res tanto est virtuosior ⁊ excellentior q̄nto ab excellentiori virtute ⁊ potentia procedit. Maior autem est potentia ⁊ virtus dei incomparabiliter q̄ potentia nature: ⁊ ideo resurrectio illa erit virtuosior omni potentia naturali: quia non fiet per naturam neq̄ virtute alicuius creature sed solum virtute dei. Ideo dicit prima clausula. Nolite mirari hoc: quasi dicat. si hec resurrectio mortuorum fieret per naturam vel constellationem. vel virtute elemētorum: hoc esset mirandum. immo nec credendum. Et ideo philosophi pagani non credebant resurrectionem corporum vt ponit Aug. 22. de ci. dei. c. 12. Nam virtute nature fieri non potest: vt corpus corruptum idem numero reparetur: quia non est regressus a pura priuatione ad habitum. Natura enim semper per formam aliquam operatur: quod autem habet formam iam est. vnde seipsum nihil iam generare potest. sed generat aliquid aliud s̄m spēm simile. Cum vero corruptum est. formam amisit. que poterat esse principiū actionis. ⁊ ideo operatione nature quod corruptum est idē numero reparari non potest. Deus ergo est ille qui corpora mortua eadem numero reparabit. Et ideo non est mirandum: quia si deus creauit omnia ex nihilo quod maius est. quid mirum si corpora corrupta reparare potest quod minus est: quia presupponit materiam? Ideo de hoc non mirabatur sanctus Job. d. Scio enim q̄ redemptor meus ⁊c̄. Job. 19. Vide supra. Nota Redemptor meus. i. Christus: quia tempore Job viuebat incarnatū deus. Ego ipse ⁊ nō alius. s. homo: quia idem homo numero q̄ sum ero tunc: sed philosophi attendentes ad principia philosophie. que in virtute nature fundatur: mirabantur de resurrectione: adeo q̄ non poterant credere. Unde legitur Act. 17. q̄ cum Paulus iuisset athenas ⁊ ibi predicaret. philosophi ipsum libenter audierant predicantem de articulis fidei: vsq̄ quo predicauit eis articulum resurrectionis. Quando enim predicauit eis hunc articulum: admirantes dixerunt adinuicem. Quid vult seminiuerbius hic dicere? Alij dicebant. Nouorum demoniorum videtur hic annuntiator esse: q̄ Jesum ⁊ resurrectionē annuntiabat eis. Nota Seminiuerbius: q̄ predicabat paulus simpliciter fidem ⁊ nō curabat de rōnibus phicis: nec de ornatu verboꝝ. sicut ipse dicit. i. Cor. 2. Sermo meus ⁊ p̄dicatio mea nō in persuasibilibus humane sapientie verbis: sed in ostensione spūs ⁊ virtutis: vt fides nostra nō sit in sapientia hoīum sed in virtute dei. Et ideo phi illi murmurando cōtra paulū dicebāt. Quid vult seminator verboꝝ? q̄a ipsi attribuebant causis naturalibus ⁊ dicebant. Natura nō pōt hoc facere. ergo nō fiet. Sed nō valet argumentum. Sicut dicere. ista ancilla nō pōt hoc. ergo nec rex: q̄a natura non est nisi ancilla dei. Ideo apl's de phis dicit. Euanuerunt in cogitationibus suis: ⁊ obscuratū est insipiens cor eoꝝ. Dicentes enim se esse sapientes: stulti facti sunt Ro. i. Nota h̄ q̄ paulus conuertit Dionysium ariopagi. Dic modum de ara cōsecrata. Ignoto deo. ⁊ de resurrectione cuiusdam mortui ⁊c̄. Uel melius de illuminatiōe ceci: vt habet̄ in legēda beati Dionysij. Inuenitur tn̄ q̄ q̄dā phi platonici posuerunt eadem t̄palium reꝝ volumina repeti virtute nature: sicut verbi grā. sicut in isto seculo plato phs in vrbe atheniensium ⁊ in eadem scola q̄ Academica dicta est discipulos docuit: ita p̄ innumerabilia retro secula multis q̄dem ꝓlixis interuallis: sed tn̄ certis. s. triginta sex millibus ānis: ⁊ et andiui: idem plato ⁊ eadē ciuitas. ⁊ eadē scola: idēq̄ discipuli repetiti ⁊ p̄ innumerabilia deinū secula repetendi sunt. vt Aug. introducit. 12. de ci. dei. c. 14. vbi Aug. postq̄ retulit p̄dictam falsam positionem: sic ait. Absit vt nos ista credamus. Semel. n. xp̄s mortuus est pro peccatis nostris: surgens aūt a mortuis iam nō morit̄. ⁊ mors ei vltra nō dn̄abitur. ⁊ nos post resurrectionem semp̄ cum dn̄o erimus. Cui modo dicimus q̄d sacer admonet p̄s. Tu dn̄e s̄ua. nos: ⁊ custodies nos a ge. hac: in eternum. Satis aūt istis existimo cōuenire q̄d seq̄t̄. In circuitu impij ambulant. Non q̄a p̄ circulos quos opinant̄. eoꝝ vita est recursura: sed q̄a modo talis est erroris via. i. falsa doctrina. Hec Aug. Un̄ ibidē Aug. dicit. q̄ q̄dā referre volunt ad ꝓbandum hunc errorem

Illud qđ dicitur Eccl's.i. Quid est qđ fuit: Ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est: Ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum: nec valet quisq̃ dicere. Ecce h recens est. Jam enim precessit in seculis que fuerunt ante nos. Sed vt dicit.b.Tho.in.4.contra gentil'.c.82.vbi agitur ꝙ hoies resurgẽt imortales. Predicta sunt erronea: nec est intelligendum qđ supra dicit scriptura Eccl's.i.quasi eadẽ numero per generationes varias repetantur sʒ similia spẽ. sicut ⁊ grana seminant̃ ⁊ corrumpunt̃: ⁊ eadem spẽ surgunt ⁊ nascũtur non eadem numero: vt Aug.ibidem soluit Et Arist. in fine de generatione: hoc ipsum docuit: contra predictá sectam loquens ꝫm b.Tho. Quidá aũt verba p̃dicta Eccl's.i. sic intellexerunt tanq̃ in predestinatione dei iam facta fuisse oia.sapiens ille voluisset intelligi.⁊ ideo nihil recens esse sub sole sicut Aug.refert.12.de ci.dei.c.14. Sic ergo virtute nature impossibile est ꝙ eadeʒ numero repetantur.sed virtute dei sic: sicut in resurrectione vniuersali continget. Ex quo apparet ꝙ resurrectio illa erit virtuosa. Et sic patet primũ. Igitur nolite mirari hoc.

Secũdo dico ꝙ resurrectio vniuersalis erit subitosa. In hac vita indigemus multis annis anteq̃ simus ꝑfecti viri: sed tunc in puncto resurgemus in ꝑfectos viros: iđ dicit. Uenit hora. Nõ dicit venit ãnus vel septimana vel dies: sed venit hora: que est minor pars tẽporis quo vtimur ad loquendum cõiter. q2 in illa hora in qua mortui audient vocem illam.s. Surgite mortui ⁊ venite ad iuditium.non oportebit eos excitari de vno in vnum sed subito oẽs resurgent. Unde dicit apl's. Ecce mysterium vobis dico. Omnes qdẽ resurgemus: sed nõ ois imutabimur. in momento in ictu oculi i nouissima tuba.i.Cor.14. Immutabimur Glo.in imortalitatem gloriosaʒ. Sed cõtra.i.Thes.4. Mortui q in xp̃o sunt: resurgent primi.ergo in resurrectione corporum erit prioritas ⁊ posterioritas resurgentiuʒ. Rñ°.ꝫm.b.Tho.super illo textu vbi reprobatis qbusdá opinionibus dicit sic. Apostolus non ponit hic ordinem resurrectionis ad resurrectionem: sed ordinem ad raptum vel occursum. Nam primo veniente dño morientur qui inuenientur viui.⁊ tunc statim cum illis qui prius mortui fuerant resurgentes rapientur in nubibus ⁊c̃. vt apl's hic dicit. Hec.b.Tho. Uide sup hũc textum Nicolaum de lyra: qui dicit ꝙ ista posterioritas ⁊ prioritas non potest referri ad actum resurgentis. Nam oẽs resurgẽt in eodem instanti vt supra dictuʒ est. Nec potest hic accipi prioritas dignitatis: quia patres veteris testamenti in resurrectione non erunt digniores apl'is qui erunt assessores iudicis: ꝫm illud Mat.19. Sedebitis ⁊ vos ⁊c̃. Propterea dicit ipse ꝙ ista prioritas ⁊ posterioritas sit referenda ad quietem in xp̃o per bonam mentem: sic iungendo litteram. Mortui qui in xp̃o sunt.i.quiescunt eius fide mortui: primi respectu nostri qui adhuc viuimus: resurgent cum posteris. Deinde nos qui viuim⁹: supple gescemus in xp̃o in eius fide moriẽdo. simul rapiemur cum illis iam resuscitati cum ipsis obuiam xp̃o venienti ad iudicium in aera: vbi proferet sententiam iudicij sup valle Josaphat ⁊c̃. Nota pro declaratione dicti textus apl'i.s. Ego mysterium vobis dico ⁊c̃.i.Cor.15.ꝙ sunt tria consideranda in resurrectione vniuersali. Primũ congregatio ossium seu cinerum vel membrorum: ⁊ hoc fiet in tempore mysterio angelorum: quia ibi erit motus corporalis qui non potest fieri in instanti. De hoc dicit apostolus ꝙ fiet in momento: quod est pars temporis licet breuissima. Scđm erit informatio seu infusio animarum in corpora. Et illa fiet in instanti. Ideo dicit apostolus. In ictu oculi: idest in instanti. Quando fiet. Respondet. In nouissima tuba: que est illa vox terribilis. Surgite mortui ⁊c̃. vt dicam infra in.2.par. ⁊ tunc omnes mortui resurgent ad modum filij quando exijt de ventre matris. Unde Jsa.vlti. Quis audiuit vnq̃ tale: ⁊ quis vidit huic simile. Nunquid parturiet terra in die vna: aut periet gens simul. Non parturiet terra. Propter hoc terra dicitur mater nostra: quia tenet omnes in ventre tam mortuos q̃ viuentes ⁊ nascituros. Primus filius eius fuit adam: quia formatus fuit de limo terre. ⁊

reprobat̃ stultitia Ualẽtini: q̄ dixit. q̄ sp̄us
sc̄us attulit vnũ corpus celeste. ⁊ posuit il-
lud in beata v̄gine. ⁊ hoc fuit corpus xp̄i
Innitẽs illi v̄bo apl̄i. Prius hõ de terra
terrenus. Sc̄ds hõ de celo celestis. Ad idē
Jo.3. Qui de celo venit sup oẽs ẽ. Sed dic
q̄ dicit̃ xp̄s de celo venisse: nõ rõne nature
assumpte q̄si aia vel caro eius pri⁹ fuerit
in celo assumpta ⁊ postmodũ p vterũ v̄gis
ad nos puenerit: sed q̄ñtum ad p̄sonã assu
mentem que q̄dem ad nos de celo aduenis
se dicit̃. nõ loci mutatione sed visibilis na-
ture assumptiõe. Hec. b. Tho. in. 3. sen. di. 3.
Uel dicit̃ xp̄s celestis hõ q̄ñtũ ad virtutẽ
formatiuam corporis: sicut dicit Tho. p. 3.
q. 31. ar. 1. ad primũ. Unde f̄m dictũ Ua-
lentini: nihil adopata est beata virgo in cõ
ceptione filij dei. nisi q̄ fuit eius locus. Un
de dixit q̄ ita christ⁹ trãsiuit p eam: sicut
aqua trãsit per canalem vel aqueductum.
Hunc errorem dicit. b. Tho. in. 3. sen. fuisse
marcianoꝝ. ⁊ hũit ortũ forte ex opinione
platonicoꝝ: q̄ dicebãt aie corpus terrestre
oio fugiẽdum esse: vt beatitudinẽ ɔsequat̃
Nõ. n. credebant posse fieri. vt aia corpori
terrestri vnita: beata esset. Ponebãt enim
aias corpibus celestib⁹ vnitas: vt soli. lune
⁊ stellis beatas eẽ: vt Aug. refert in. x. de ci.
dei. Et ideo aiam xp̄i que sũme beata fuit.
nõ terrestri sed celesti corpi vnitã putaue-
rũt. Sed hec põ vt dicit. b. Tho vbi supra
veritatẽ humanitatꝫ tollit. q̄a q̄libet forma
naturalis determinatã materiã requirit.
Et ideo aia hũana non ex aliqua materia
quã pficiat hoiem facit: sed inq̄ñtum est for
ma talis corpis elemẽtati. f̄m debitã ꝓpor
tionẽ cõplexionati. Unde si corp⁹ terrestre
nõ habuit. verus hõ nõ fuit. Et iõ fides ca
tholica q̄ xp̄m veꝝ hoiem ɔfitet̃. eũ hũisse
corpus ex quattuor elementis cõpositũ si-
cut nos hẽm⁹: firmiter tenet. Hec. b. Tho.

Sc̄do debemus notare. q̄ deus coicauit
vnicũ filiũ suũ virgini gl̄iose: ita q̄ idẽ fili⁹
dei eẽt filius v̄gis. Uirgo aũt maria fuit
in triplici statu. s. virginalis. maritalis. ⁊ vi-
dualis. Ex quo ostẽdit̃ q̄ oi statui fili⁹ dei
se coicat: ⁊ sic nos coicare bona nr̃a debe-
mus. primo bona nature. bona fortñe. ⁊ bo
na grẽ. ad finẽ dei. Uñ Act. 4. Erant illis
oia cõia: ⁊ distribuebat̃ vnicuiq̄ sicut cuiq̄
opus erat. Pctõres aũt nihil volunt coi-
care: sed oia sibi appropriãt etiã si dicunt
oṓnes. interdum faciunt elemosynas. ieiu
nãt ⁊c̃. Hoc faciunt ad hũc finẽ: vt deus
sibi cõcedat bõa tp̄alia. ergo plus se q̄ deũ
diligunt. Sed puerbiũ est q̄ qui totũ vult
totum perdit. ⁊ sic tandem oia perdunt. s.
quia bona temporalia consanguinei: cor-
pus vermes. aiam diaboli rapiunt.

Sexto ostẽdit̃ incarnationis infallibilis
veritas. dũ dicit̃. Et hõ factus est. Ex quo
duo notãda. Primũ est q̄ veraciter filius
dei fact⁹ est hõ: q̄a veraciter aiam rõnalẽ
⁊ corp⁹ passibile assumpsit. q̄a et his hõ cõ
stat vt ɔfitet̃ eccl̄ia in Cle. de su. tri. ⁊ fi. ca.
in p̄ncipio vbi dic̃ Glo. sup v̄bo Passibile
Intãtũ fuit passibile: q̄ vt dicit Aug. oẽs
defectus nr̃os assumpsit filius dei preter
ignorãtiã ⁊ pctm̃. De hoc in. 3. sen. di. 15. Et
igit̃ in assumptiõe sui ipsius caro fuit a sp̄ũ
scõ ab oibus reliquijs pcti mũdata: vnde
angelus ad v̄ginẽ dixit. Sp̄us. s. supue. in
te. ⁊ vi. al. ob. ti. Et. n. ex te na. s. vo. fili⁹ di.
Tñ vt dicit Aug. si in cruce mortu⁹ nõ fuis
set. ad vltimũ senio defecisset. Frigus ergo
calorẽ. famẽ. sitim. ⁊ alias hũanas penalita
tes pati poterat: ⁊ sic hũit corp⁹ passibile.
Fuit. n. ɔgruũ vt nr̃os dfect⁹ assumeret pp
iustitiã satisfactiõis. quã p nobis faciẽdã
assũpserat: vt p nobis pfecte satisfaceret p
penalitates carnis nr̃e. Itẽ pp fidẽ incar-
nationis. Sine his. n. penalitatib⁹: hũana
natura hoib⁹ nota nõ fuisset. Itẽ pp meri
tũ patiẽtie nobis p̄bẽde ad tolerãdas pẽa
litates carnis hũe. Hec Jo. an. Potes tu
lati⁹ dilatar̃ materiã istã: dicẽdo q̄ iõ xp̄s
voluit assũere corp⁹ passibile vt daret nobis
exẽplũ oiuꝫ v̄tutũ. s. theologaꝝ ⁊ cardinaliũ
q̄ oẽs v̄tutes relucẽt in vita ⁊ i morte ipsi-
us ⁊c̃. Uide q̄ notani dñica p̄ma p⁹ octa
uã pasce s̄mõe p̄rio: q̄ icipit Seq̄mini vesti
gia ei⁹. Assumpsit igit̃ xp̄s aiam rõnalem ⁊

corpus passibile. Per qđ error quorūdā re-
probat̄: quoꝝ caput fuit Arius ⁊ Apolina
ris qui dixerunt. ꝙ xp̄s nō habuit aīaꝫ sed
loco aīe fuit deitas. Et iō ad hoc tollendū
dr̄. Et hō factus est. Quid hō: nisi aīal rō-
nale: ergo habuit aīam rōnalē. Unde ipse
xp̄s dixit. Tristis est aīa mea vsq ad mor-
tē Mat. 27. Et Jo. io. Potestatē habeo po
nendi aīam meā: ⁊ iterū sumendi eā. Qđ
aūt xp̄s fuerit hō verus: probat̄ etiaꝫ au-
ctē Jo. dicentis. Tres sunt qui testimoniuꝫ
dant in terra: spūs. aqua. ⁊ sanguis. i. Jo. 5.
Nam ad esse hois duo pncipia exigunt̄. s.
corpus ⁊ aīa. ex quoꝝ ꝯiunctiōe verus ho-
mo subsistit. Itē ꝯfirmatur hoc rōne. Quia
mors corporalis. nō est nisi per separationē
corporis a principio vite. Si ergo xp̄o non
fuit aliud principiū vite q̄ ipsa deitas. cuꝫ
caro a diuinitate nunq̄ fuit separata. nūq̄
xp̄s mortuus fuisset: sed hoc expsse ꝯdicit
scripture. ergo ⁊c̄. Hanc rōnē ponit beat⁹
Tho. in. 3. sen. di. 2. q. i. ar. 3. Et in. 2°. qđlibꝫ.
Si vero diceret qs: ꝙ caro fuit separata in
cruce a diuinitate: esset heresis. Itē ꝓbat̄
idē. Quia in articulo mortis inclinato ca-
pite tradidit spm̄ Jo. i9. De qua voce ma-
gna clamauerat. Pater in ma. t. co. s. meū
Luc. 23. Et sic manifeste pꝫ ꝙ ipse spūm ha
bebat nō solum vitalē: sed etiā aīam rōna
lē: de qua predixerat. Tristis ē aīa mea ⁊c̄.
Et potestatē habeo ponendi ⁊c̄. Per hoc
aūt ꝙ vnus militū lancea latus eius ape-
ruit. ⁊ ꝯtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua Jo. i9.
ꝓbatur ꝙ xp̄s verū corpus habebat. Nā
de fantastico corpe. nec sanguis. nec aqua
potuisset exire. ergo fuit verus homo. Pre
dicta vide in. c. In quadā. de cele. mis. Et
in cle. i. de sum. tri. ⁊ fi. catho.

Scđo aūt moraliter notare debemus: ꝙ
sicut xp̄s fuit verus hō: sic ⁊ nos debemus
sicut veri hoies viuere. ⁊ intellectū siue rō-
nem ad celum erigere: sicut ⁊ corpus rectū
ē. ⁊ facies nr̄a ad celū respicit. Vn̄ Ouidi⁹
Pronaq cū spectent aīalia cetera terram.
Os homini sublime dedit. celumq videre
Jussit: ⁊ erectos ad sydera tollere vult⁹. In
i. Meth. Utinā cetera oīa sic dixisset. Pec-
catores aūt destruunt naturā hois: q2 cuꝫ
sint recti corpore aīo sunt obliqui. Et cōpe
tit eis illud p̄s. Humiliata est aīa mea: cō-
glutinatus est in terra venter noster p̄s. 43.
Dic vt expedit. Finis.

¶ De christi passione. Sermo. i8.



Fides tua te saluuꝫ fecit. Luc. i8. ¶ Su
pra ꝓximo sermone dictū
est de primo articulo fidei
ptinente ad xp̄i humani-
tatē. modo sequit̄ de scđo articulo qui in
apl'ico symbolo sic ꝓponit̄. Passus sub pō
tio pilato cru. mor. ⁊ sepul. Et istū articulū
ꝓposuit Jo. In symbolo vero niceno sic de
pingit̄. Crucifixus etiā sub pon. pi. passus
⁊ sepultus est. Et de hoc erit nobis s̄mo.
Salutet̄ virgo ⁊c̄. Pro introductione ma
terie p̄dicāde. summo illud verbū p̄scriptū
in symbolo niceno: qđ dicit. Crucifixus etiā
ꝓ nobis. i. ꝓ nostra vtilitate. Pro cui⁹ eui
dentia est notandū. ꝙ iesus xp̄s filius dei
ꝓ duplici vtilitate nr̄a principaliter passus
ē ⁊ crucifixus. Prima ꝓpt̄ satisfactionem
generalē ad pctōꝝ p̄teritoꝝ remissionem.
Scđa ꝓpter instructionē virtualē ad pec-
catoꝝ futuroꝝ preseruationē. Utrāq cau-
sam assignat apl's petrus: di. i. Petri. 2. Pec
cata nostra ipse. s. xp̄s ꝑtulit in corpore suo
sup lignum: ecce prima: vt peccatis mortui
iustitie viuamus: ecce scđa. Prima ergo cā
est ⁊c̄. q2 totū pondus culpaꝝ ⁊ penaꝝ no
straꝝ ipse sup se portauit vt nos alleuiaret.
Isa. 53. Uere langores nostros ipse tulit: ⁊
dolores nostros ipse portauit. Itē ibidem.
Propter scelus populi mei ꝑcussi eū. Nec
poterat aliter satisfactio fieri pro pctis: nisi
xp̄s penderet in cruce ⁊ ibi penā solueret
moriendo. Ratio est duplex. Una est theo
logicalis: altera legalis. Theologicalis est
ista: q2 culpa cōmissa ab adam fuit infini-
ta: ⁊ hoc q̄druplicit̄. Primo q2 fuit ꝯ isini
tū bonū. i. deū: vt. ꝫ. dr̄. Scđo q2 isinitis bo
nis nos priuauit. Tertio q2 infinitos inter
ficere pōt. Quarto q2 infinitis malis nos
addiderat. Offensa aūt mensurat̄ s̄m qua
litatē prime offense. vn̄ offendere agricolaꝫ
seu laboratorē pctm̄ est: sed maius pctm̄ ē
offendere militē. maius comitē. maius re-
gē ⁊c̄. Cū ergo deus sit infinite dignitatis.
infinite excellētie ⁊c̄. ergo offensa cōmissa
ꝯ eū ē infinita. ergo ⁊ pena dꝫ esse isinita.

156

Sicut enim offensa mensurat̃ ſm qualitatem ꝑsone offense: vt dixi. sic ⁊ pena mensuratur ſm quantitatẽ culpe: iuxta illud Deutero. 25. Pro mẽsura peccati erit ⁊ plagarum modus. Apoc. 18. Quãtũ glorificauit se ⁊ in delicijs fuit: tñ date illi tormentũ ⁊ luctum. Fiat ergo ratio sic. Offensa sine culpa infinita meretur penã infinitã: sed infinitã penã nõ potuit creatura pura sustinere. penã dico satisfactoriã: q̃a condemnatoriam creatura sustinet penã infinitã extensiue lʒ nõ intensiue. ergo nulla creatura pura poterat satisfacere pro culpa cõtra deuʒ commissa. Ideo fuit necesse ꝙ xp̃s morte sua satisfaceret: que satisfactio habet infinitatem quandã ꝓpter ꝑsonã filij dei. in qua vnio diuine ⁊ humane nature facta est. Hinc est ꝙ dicit Isa. Deus ipse veniet ⁊ saluabit vos Isa. 35. Nota Ipse veniet: quasi dicat nõ mittet angelũ. nõ archangelum ⁊c̃. nõ patriarchã. nõ ꝓpham ⁊c̃. sed ipse veniet. s. in ꝑsona filij dei. Et' saluabit nos ꝑ pcis satisfaciẽdo. Nota h̃ ꝯ iudeos.

Scd̃a rõ est legalis. Regula est legalis ⁊ canonica: ꝙ petm̃ nõ dimittitur. nisi restituatur ablatum. Regula. Petm̃ lib. 6. Et 14. q. 6. Si res. Modo ad ꝓpositũ. Adam furatus est fructus de arbore scientie boni ⁊ mali. Dixit ergo deus: nõ dimittam peccatuʒ nisi restituat̃ mihi fructus. nõ potuit adam nec alius hõ illum fructũ restituere O dixit filius dei ad p̃rem. Pater mi ego restituã fructũ ablatũ. Videamus q̃mo. Et xp̃s. Pater: videbis. Introiuit ergo xp̃s in vtero virginis. ⁊ factus est hõ. ecce fruct⁹ dulcissimus. De quo dicimus ipsi virgini. Bñdictus fruct⁹ vẽtris tui Luc. 1. Deinde posuit se in cruce. ⁊ tũc fructus iste pepẽdit in arbore crucis: que dicitur arbor scie boni ⁊ mali. tũ ꝓpter xp̃m q cognouit malũ penetum experimentali q̃dã cognitione. tum etiã ꝓpter nos: ꝓpter quos dicit̃ Crux arbor scientie boni ꝑ fideles ⁊ mali ꝓpter īfideles. Vñ ecclesia. Crux fidelis inter oẽs arbor vna nobilis. Itẽ. Arbor decora fulgida: ornata regis purpura. Pʒ scd̃a rõ. Iõ dicit xp̃s ꝑ os Dauid. Cõfortati sũt q ꝑsecunt me. ini. mei iniuste. Que non ra. tunc exoluebam p̃s. 86.

Scd̃a causa ꝓpter quã xp̃s crucifixus ⁊ mortuus est: est ꝓpter instructionem virtualem. ⁊c̃. vt petã futura vitent̃. Hãc rationem assignauit Petrus di. Xp̃s passus est pro nobis: vobis relinquens exẽplũ vt sequamini vestigia eius. Qui petm̃ non fecit. nec inuẽtus est dolus in ore eius. Qui cum malediceret̃ nõ maledicebat. cum pateret̃ non cõminabat̃. 1. Petri. 2. Ad hoc ergo passus ⁊ mortuus est xp̃s: vt petã vincamus eius exẽplo. q petm̃ nõ fecit ⁊c̃. ⁊ tandem merito victorie glorificemur cum xp̃o victores: iuxta illud Apoc. 3. Qui vicerit: dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cuʒ p̃re meo in throno ei⁹. Oia aũt petã includunt̃ ⁊ reducuntur ad septẽ petã mortalia: que sunt. Supbia ⁊c̃. Et iõ xp̃s septẽ opa fecit in cruce ⁊ in quolibet ope dedit nobis exẽplũ ⁊ instructionẽ vitandi vitium peccati mortalis.

¶ Primum opus est spinarum coronatio contra peccatum superbie.

¶ Secundum opus est corporis denudatio: contra petm̃ auaritie.

¶ Tertium opus est membrorum conclauatio: contra petm̃ luxurie.

¶ Quartum opus est inimicorum propitiatio: contra peccatum ire.

¶ Quintum opus est amara potatio: contra peccatum gulle.

¶ Sextum opus est spiritualis occupatio: contra peccatum accidie.

¶ Septimum opus est lateris lanceatio: contra peccatum inuidie.

Primũ ergo opus est ⁊c̃. Dic q̃mo iudei portauerũt coronã spineã. quã sibi posuerunt in domo pilati in sui ludibriũ ⁊ vituperium: dicẽtes. Iste dixit se esse regẽ. ergo ponamus ei coronã. Vnde Jo. 19. Milites plectẽtes ei coronã de spinis. imposuerunt capiti eius. ⁊ vesta purpurea circũdederũt eum. ⁊ veniebãt ad eũ ⁊ dicebãt. Aue rex iudeoꝝ ⁊c̃. Nota ꝙ xp̃s cum eẽt rex ⁊ hẽret ius regis: tñ noluit insignia regalia hẽre nisi in die veneris sc̃ti. Q̃d. n. esset rex celi ostẽdit in natiuitate: q̃n orta est stella. Q̃d esset rex angeloꝝ: ostendit ẽt tũc q̃n angeli cãtauerunt Glia in excelsis deo. Q̃d esset rex terre: ostẽdit q̃n mortuos suscitauit. Q̃d esset rex maris ⁊ aeris: ostẽdit q̃n ipauit vẽtis ⁊ mari ⁊c̃. sed hodie inestit⁹ ẽ de regno

⁊ accipit insignia regalia: vȝ sceptrū in ma
nu: vestē purpureā. ⁊ coronā. ⁊ genuflexio-
nes ⁊c̄. Sȝ q̄rit: q̄re xp̄s voluit sic coronari?
R̄o: vt nobis daret exēplū fugiēdi pc̄tm̄ su
ꝑbie. q̄ dī corona in scriptura. Vn̄ Isa. 28.
Ve corone sup̄bie: ebrijs efraim. ⁊ flori de
cidēti gl'ie exultatiōis eius. Nota Ve co-
rone sup̄bie. Dicit. b. Hiero. ꝙ q̄n scriptura
dicit Ve: denotat dānationē eternā. Et re
cte sup̄bia dicit̄ corona. Sicut. n. corona hȝ
multos flores: sic sup̄bia hȝ multos flores.
Habet. n. hec corona sup̄bie septem flores
ꝑncipales. Prim⁹ flos ē nobilitas ꝑentū
siue generis ⁊c̄. Sȝ qd ꝓdest eis nobilitas
parentū: si ipsi filij sint vitiosi ⁊ ꝯsr̄ter igno-
biles? Vnde Ouidius. Non cēsus. nec cla
rum nomē auorum: Sed ꝓbitas magnos
ingeniūq; facit. Lib. i. de ponto. Vn̄ Jo. 8.
Si filij habrae estis: opera habrae facite.
Quid enim tibi ꝓdest: si pater tuus fuit di
ues: ⁊ tu morieris fame? Scd̄s flos isti⁹
corone est honor siue dignitas mundana:
sed ventus est. Vbi. n. sunt tot nobiles. tot
preclari. tot principes. tot dn̄i ⁊c̄: p̄s. Que
vtilitas in san. mō: dū descen. in corruptio
nē? Tertius flos est diuitie. Sed qd pro-
dest stulto hr̄e diuitias: cum sapientiā eme
re non possit Prouer. 17? Quartus flos
est scientia: q̄a scientia inflat: charitas aūt
edificat. i. Cor. 8. sed diabolus plus scit q̄
aliquis homo mundi qui fuit est ⁊ erit ⁊c̄.

Quint⁹ flos est fortitudo corporalis. Sȝ
s̄m hoc magis esset honorā dus leo vel tau
rus ⁊c̄. Jō p̄s. Fortitudinē meā ad te cu-
sto. q̄a deus ⁊c̄. Sextus flos istius corone
sup̄bie est pulchritudo: ꝓpter quā multi su
ꝑbiunt. presertim mulieres. Sed fallax gra
tia ⁊ vana est pulchritudo: mulier timens
deum ipsa laudabitur Prouerb. vlti. Se-
ptimus flos est dn̄ium tp̄ale. Sed talibus
deficit vnus clauus quo firment rotā for-
tune: ne voluatur ⁊ reuoluat eos. Ecce qua
re sup̄bia dicit̄ corona. Sed ve huic coro-
ne ebrijs effraim: qd̄ interpretat̄ frater cre-
scens vel abundās: q̄a sup̄bus querit sem-
per abundare in bonis tp̄alibus: vt possit
pomposius ⁊ abundantius viuere. ⁊ q̄n su
perbus est paup̄ oia expendit in vanitati-
bus ⁊ ornamentis. Nota postea cuȝ dicit.
Flori cadenti ⁊c̄. q̄a ois gloria ⁊ fastus ca-
dit cito. p̄s. Vidi impium super exal. ⁊ ele.
si. ce. li. ⁊ tran. ⁊ ec. non e. que. e. ⁊ non est
inuen. lo. eius. Iterum est causa casus
hominis. Nota exemplum de petro: qui
propter presumptionem qua se exaltauit:
di. Et si alij scandalizati fuerint in te: ego
nunq̄ scandalizabor. ideo postea deterius
alijs cecidit.

Scd̄m opus. est corporis denudatio. q̄a
q̄n debuit poni in cruce ipsemet voluit se
denudare. q̄a nullus poterat ipsum cogere
si noluisset. Est hic qō: quare sic nudus vo
luit crucifigi? q̄a sicut videtis nullus male-
factor suspenditur totus nudus. cum ergo
xp̄s esset nobilis homo de genere Dauid
⁊ hoc iudeis erat notum: quare ergo denu
dari voluit? R̄o ꝙ hoc fecit dn̄s: vt daret
nobis exēplum ⁊ instructionē vitandi ⁊ ex
pellendi a nobis pc̄tm̄ auaritie. Voluit. n.
denudari anteq̄ se poneret in lecto crucis:
dando exēplum ꝙ si tenetis aliqd p̄ auari
tiam. per furtum. per rapinā. per vsurā. vel
violenter vt decimas. salarium. sicut faciūt
dn̄i contra famulos. vel per fraudem vt fa
ciunt mercatores. vel per calumniā vt fa-
ciunt iuriste. iudices. assessores. ⁊ aduocati
⁊ ꝓcuratores. vel quocūq; modo sicut fa-
ciunt executores testamentoꝝ ⁊ heredes:
qui non exequuntur voluntatem defuncti
vel retinendo rem inuentam ⁊c̄. Si vis sal
uari fac vt xp̄s: q̄a anteq̄ ponas te in le-
cto per infirmitatem denuda te vt xp̄s: re-
stituendo ⁊ satisfaciendo. O qualis instru
ctio pro vsurarijs. qui dicunt ꝯfessori. Pa
ter dimittam in testamento vt hr̄es satisfa
ciat ⁊c̄. ⁊ perinde est ac si diceret. retinebo
donec potero. postq̄ autē non potero plus
retinere dimittam: ne gra ne gratia. Vi-
de in. c. Quāq̄: de vsuris lib. 6. Tales cō-
muniter faciunt malum finem. Sepe despe
rant se in morte. Nota exēplum de illo mer
catore qui in extremis constitutus cum ex-
hortaretur ab aliq̄bus vt faceret testm̄ ⁊
disponeret de aia sua: rn̄dit. Quid expe-
dit ⁊c̄? Relinquo bona mea pape Marti.
⁊ aiam diabolo. ⁊ sic obijt. Item nota de
illo vsurario in ciuitate astensi: qui cum in
extremis se videret desperatum a medicis
nec posse pecunia vel diuicijs adiuuari de
sperans ait. Postq̄ nec medici. nec diui-

tie adiuuare me possunt ⁊c̃.ideo o diabole
me tibi recommendo. Qui vero erant in
camera audientes hoc verbum.pre timore
exierunt extra ⁊ statim vltione diuina in
ipsum furente absortus est cum lecto in ba
ratrum inferni:⁊ nunq̄ fuit visus. Ideo re/
stituite in vita: restituite in vita: ⁊ nullus
confidat de heredibus suis: quia nihil fa/
ciunt vt experientia docemur. Restituere
etenim difficillimum est.⁊ hoc ex iusto dei
iudicio. Si enim tu non curas de anima
tua:quonammodo credis ꝙ hĩs tuus cu/
rabit de ea:qui multo minus eam diligit
q̄ tu:Et ex hoc ergo damnatur vterq̄ ⁊
defunctus ⁊ heredes. De diuitijs ergo ta/
lium dicit scriptura. De mercedibus mere/
tricis congregata sunt:⁊ vsq̄ ad mercedez
meretricis reuertentur. Super hoc plãgaz
⁊ vlulabo.⁊ vadã spoliatus ⁊ nudus Mi/
chee.i. Nota de mercede meretricis. Hec
meretrix est auaritia:que omnibus se com
municat ⁊ diuitijs temporalibus.⁊ prelatis
ecclesiasticis.⁊ clericis.⁊ religiosis.⁊ iudeis
⁊ saracenis:iuxta illud Iere.6. A minore
quippe vsq̄ ad maiorem omnes auaritie
student. Et a propheta vsq̄ ad sacerdotez
cuncti faciũt dolum. Ideo Apostolus Ro.
13. Reddite oĩb⁹ debita. Cui tributũ:tribu/
tum: cui vectigal vecti. Cui ti.ti.cui ho.ho.
Nemini q̄cq̄ debeatis nisi vt inuicẽ diliga
tis. Pecunie ergo de malo questu de mer/
cedibus meretricis.i.auaritie congregate.
vel per rapinam.vel per simoniam.vel alio
modo ⁊c̃. Et vsq̄ ad mercedem meretricis
reuertentur q̄a quãdo moriuntur depdan
tur ex auaritia. Primo a scutiferis vel ami/
cis vel consanguineis:q̄a per eandem viã
reuertuntur per quã venerũt. Vel ab hĩdi
bus male ꝯsumunt. Remedium est ergo ꝙ
ꝓpha dicit sup hoc.s.malũ qđ feci ꝯgregã
do pecunias. Plangã super cõtritionẽ. Et
vlulabo:ꝑ ꝯfessionem. Et vadã spoliatus ⁊
nudus per satisfactionem. Si aliq̄s vestruz
est indutus mala veste auaritie : denudet
se vt xp̃s ne damnetur.

Tertiũ opus est cõclauatio. Postq̄.n.
fuit nudatus dixerũt sibi iudei. Extẽde te
in cruce:⁊ inclauabimus tibi manus ⁊ pe/
des. Et sic fecit. Cogitate cũ quanta pena
⁊ dolore:iuxta illud ps̃. Foderunt manus
meas:⁊ pedes meos ⁊c̃. Est hic qõ:q̄re hoc
cum oẽs doctores dicant ꝙ minimus do/
lor su⁹ suffecisset. Re° ꝙ h̄ fecit vt daret no
bis exẽpliũ vitandi pctm̃ luxurie.ad dele/
ctandũ corpus. Cogitare ergo dz luxurio/
sus:di. Xp̃s tot dolores in cruce passus est
⁊ ego delectationi opam dabo. Absit. Ber.
Erubescat sub capite spinoso membꝝ fieri
delicatuz. Nota h̄ ꝙ xp̃s in cruce in q̄nq̄
ptib⁹ sui corpis maxime sustinuit dolores.
Primo.s.in toto corpe: q̄ñ iacuit pendẽs in
cruce dura. Scd̃o q̄ñ in eleuatione manus
dextre. Tertio sinistre. Quarto pedis dex/
tri. Quinto sinistri. Quare h̄. Re°. Ad h̄ vt
vitem⁹.5.spẽs luxurie. Pria di simplex for
nicatio:inter solutũ ⁊ solutã. Istã q̄dã infi
piẽtes mẽtiunt nõ esse pctm̃:dicentes. Cui
facio iniuriã ⁊c̃. Vide in smonib⁹ q̄drage
simalibus de.x.p̄ceptis in.3.p̄cepto scd̃e ta
bule. Non mechaberis. Vñ Aug.32.q.4.
in.c. Ois mechia:dic ꝙ noĩe mechie ois il
licitus ꝯcubitus atq̄ illoꝝ mẽbroꝝ nõ legit
timus vsus ꝓhibitus debet intelligi. Se/
cunda spẽs est adulterium. Tertia ince/
stus.quãdo cum cõsanguinea vel affine.
Quarta sacrilegium quãdo clericus vel re
ligiosus ⁊c̃.vel monialis ⁊c̃. Quinta con
tra naturã. Et hoc triplex.s.mollicies.sodo
mia.⁊ cum bestijs. Et hoc est pctm̃ contra
naturã:qđ est peius oĩbus alijs.per qđ ve
nit ira dei in filios diffidentie Extra đ vi.
⁊ ho.cle. Cuz decorẽ. Et q̄nq̄ ciuitates fue
runt cõbuste Gen̄.19. Itez debemus carnẽ
crucifigere cũ christo:iuxta illud apl'i. Qui
sunt christi carnem suã crucifixerunt cum
vitijs ⁊ concupiscentijs Gal.5.

Quartum opus est ⁊c̃. Postq̄ christus
fuit crucifixus erexerunt crucem. Cogitate
dolorem totius corporis ꝙ solum in clauis
pendebat. Tunc christus vidit deum pa/
trem paratum ad vindictam suscipiẽdam
de crucifixoribus filij si filius voluisset. pro
quibus christus orauit:di. Pater dimitte
illis ⁊c̃. Luc.23. Refert Vgo de prato Hie
ronymum dicentem.ꝙ hoc verbum tan/
te pietatis ⁊ efficacie fuit in auribus au
dientium : ꝙ fere quinq̄ millia homi/
num hoc verbo audito ad christuz cõuersi
sunt. Ex quo nota instructionem: ꝙ non so
lum christus noluit ipse vindictam recipe

sed nec sustinuit ꝙ alius.s.recipet vindictā
ꝓ eo. Quare hoc? Rᵒ.vt daret nobis exē-
plum vitandi pctm̄ ire ac vindicte: qḋ val
de regnat in mundo: dicēdo. Nō ꝑ caput.
ꝑ corpus christi ego me vindicabo. Quid
dices christo in iudicio: qñ dicet tibi. Qr
nō dimisisti ⁊c? Si tu rñdebis: quia iniuste
⁊ malo modo interfecit patrē meū. Et chri
stus rñdebit: di. Et ego nō fui malomodo
⁊ iniuste ꝯdēnatus: plusq̄ aliq̄s latro: quia
sine ꝓcessu ⁊c. ⁊ tñ peperci ⁊c? Et sic virgo
maria pepcit crucifixoribus filij sui: qui tm̄
valebat quātum filius tuus. Et qñ videbat
eos salutabat: di. Dñs sit vobiscū: quia dia
bolus erat cum eis ⁊c. Nota hic exēplum
de illa muliere q̄ pepcit occisori filij sui q
post homicidiū ꝯfugerat ad domum ma-
tris occisi ignorāter ⁊c. ⁊ quomō liberauit
eū ⁊c. Cuius charitatis merito aīa filij de
nocte sequēti apparens ei. dixit sibi remis-
sam penā pctōꝝ a dño. Iō Ro.12. Mihi
vindictam ⁊ ego retribuā dicit dñs. Non.
Et ego retribuā. Sic ⁊ christus ostendit in
cruce: quia rogās deum pro suis inimicis
reliquit vindictā deo ⁊ deus retribuit: qꝛ
inde ad.40.ānos venit Titus imꝑatoris
Vespasiani filius. ⁊ destruxit ierusalē. ⁊ ex
terminauit pplm̄ illum: iuxᵃ ꝓphiam Dañ.
9. Et veniet ppl's cum duce venturo ⁊ de-
struet sanctā ciuitatē ⁊c. Igiᵗ quilibet nr̄m
parcat ⁊ remittat iniuriā: alias ⁊c. Ideo
dñs Mat.18. Pater meus celestis tradet
vos tortoribus: si nō remiseritis vnusq̄sq̄
fratri suo de cordibus vestris. Itē Eph.4.
Estote benigni mīsicordes. donantes inui-
cem: sicut ⁊ deus donauit vobis.

Quintum opus amara potatio. Quia
existēs in cruce ꝑꝑ effusionē sanguinis. ⁊
ꝑꝑ malam noctē quā habuerat. ⁊ ꝑꝑ calo
rē. habuit sitim: iō clamauit di. Sitio. ⁊ tñ
bene sciebat qualis potus erat sibi dādus.
Et lꝫ peteret tm̄ potum: tñ dederunt sibi ⁊
cibum. Mēsa fuit arūdo sine cāna. mappa
spongia. cibus fel. ⁊ potus acetum: iuxᵃ illḋ
Et dederunt in esc.me.fel: ⁊ in si.m.po.me.
aceto ps̄.68. Qr hoc Rᵒ.vt vitemus pec-
catū gulle cogitando.s. dño iesu christo fuit
tale prandium datū. ergo nō accipias nisi
necessaria ⁊c. Hic ꝯ frangentes ieiunia. pre
cipue ꝯ quosdā dicentes. Nō qḋ intrat ꝑ
os coinquinat hoiem Mat.15. Sed respōde
talibus: qꝛ inobedientia coinquinat animā.
nō aūt cibus ille: nisi ꝑ accidēs. Alij dicūt.
Et deus q est infinite mīsicordie: quō est
verisimile ꝙ dānet hoiem: ꝓ vna cena? Sꝫ
videant isti ꝙ ꝓ vno pomi esu deus dam-
nauit totum genus humanū. Hic etiā con-
tra ebrios ⁊c. sicut expedit. Iō dicit dñs.
Attendite ne grauenᵗ corda vestra a cra-
pula ⁊ ebrietate Luc.21.

Sextū opus est spūalis occupatio. Qm̄
existens viuus in cruce ꝯtinue orauit. Dicit
Hierony. cui fuit reuelatum. ꝙ dixit decez
ps̄. ⁊ incepit a ps̄ Deus deus meus respice
in me ⁊c. vsq̄ ad ps̄. In te dñe speraui. In
versu in manus tu.d.co. spi.meū: qñ dixit
hely hely lamazabathani. Et sunt centum
quinquaginta versus ad cōmēdationē psal-
terij: vbi sunt 150. psalmi. Nota hic quō ec-
clesia ab isto loco habuit initiū: vt in abso-
lutionibus dicaᵗ alte Pater noster: deide
submisse vsq̄ ad ⁊ ne nos inducas in tēta-
tionē. Qr ergo christ⁹ sic voluit occupari?
Rᵒ.vt daret nobis exēplum vitandi pec-
catū accidie: ⁊ vt nō ociose expendam⁹ tē-
pus vite nobis ꝯcessum ad lucrandū tꝑa-
liter ⁊ spūaliter. Multi sunt q tota die la-
borant: sed tñ ociosi dñr. Nota similitudi-
nē de seruo: q tunc diciᵗ ociosus qñ de sero
nihil lucri portat ad dñm: sꝫ qui portat di
diligens. Sic ergo in sero mortis qñ presen
tabunᵗ coram tribunali christi: dicet ipse
nobis. Videamus qd portas ⁊c. quid lu-
cratus es. de quo viues h? Multi nihil por
tabunt. Et dicēt. Dñe nihil: qꝛ semꝑ in labo
ribus mundanis me occupaui. ꝑ totam er
go noctem laborantes nihil cepimus. Tūc
ergo dicet christus: qꝛ pauper es ⁊ nudus
⁊ nihil portasti vñ viuas. Ecce vade ad ho
spitale miseroꝝ. Michael trade istum in po
testate diaboli: vt ducat eum ad hospitale
suum. Ve tali ⁊c. Sed qñ portat lucrū me
riti: tunc secus ⁊c. Hic vt expedit. Ideo di
cit scriptura. Qdcūq̄ pōt manus tua face
re instanter operare: qꝛ nec opus: nec rō:
nec scientia: nec sapia: erunt apud inferos:
quo tu properas Eccl's.9.

Septimum opus christi in cruce: fuit lan
ceatio. Hic quō post mortē eius vnus mili-
tum lancea latus eius apuit: ⁊ ꝯtinuo exi-

nit sanguis ꝛ aqua Jo.19. Qr̄ voluit hoc fieri: Rñ. vt daret nobis exēplum vitandi pctm̄ inuidie. Alia vulnera voluit christus recipere dum viueret: sed vuln⁹ lateris post mortem. Ad designandū ꝙ alia oīa pecca ta mortalia habent aliqd boni saltez appa rentis. Verbi grā: de supbia. Delectabile est supbo qñ honoratur ꝛc̄. Idem de aliјs. Sed pctm̄ inuidie nullam hꝫ rōnē boni: totū est mors. qꝛ inuidia nihil est aliud nisi tristicia siue dolor de bono alterius qui in corde ꝯsistit: lꝫ etiā ostendat exterius in lin gua. qꝛ inuidus hꝫ os diffamans. Unde si hō loquit̄ iuido de bona psona: statim di cit. Nō cognoscitis eam: sicut ego ꝛc̄. Uñ ꝟsus Inuid⁹: alteri⁹ macressit reb⁹ opimis. Itē alibi. Inuidus inuidia cōburitur in/ tus ꝛ ex̄ Et est Oratius lib.i. epistolarum. Iō cauete ab inuidia: sicut a morte. Ideo dicit scriptura. Deponentes oēm maliciaꝫ. ꝛ oēm dolum. ꝛ simulationes ꝛ inuidias. ꝛ oēs detractiones: sicut modo geniti infan tes lac ꝯcupiscite: vt in eo crescatis in salu tem. i. Pe.2. Nota Lac. s. charitatis ꝛ di lectionis. Finis.

¶ De descensu christi ad inferos.

Sermo.19.



Ides tua te

saluum fecit. Luc.18. ¶ Di cto supra de 2° articulo fi dei ptinente ad humanita tem christi: vꝫ de passione ꝛ morte filij dei. sequit̄ modo predicare de.3° articulo: vꝫ de descensu ad inferos: qui in symbolo aplīco sic ꝓponit̄. Descendit ad i feros. In symbolo vero niceno articulus iste nō ponit̄. Cuius rō ē duplex. Una qꝛ illud symbolū fuit editum ꝯ errores qui in surrexerunt tunc: ꝯ aūt istum articulū nul lus error insurrexerat. Alia est: qꝛ illd sym bolum fuit editū principalr ꝯ Arium hereti cum: vt hr̄ in decret.15. di.c. Canones: q di cebat christum esse purā creaturā. Et qꝛ de scensus ad inferos supficialiter magis vr̄ arguere defectum humanitatis ꝙ excellen tiā deitatis: ideo ibi nō fuit positus. De h ergo articulo erit hoc mane sermo nr̄. Po suit aūt hunc articulū btūs Thomas. Sa ncte virgo Maria ꝛc̄. Pro declaratione

huius articuli: est notandū ꝙ vera ꝯclusio est in sacra theologia p fidem catholicam approbata: ꝙ postꝙ christus mortuus est aīa fuit separata a corpore. ꝛ corpus fuit positū in sepulchro mortuum. aīa vero de scēdit ad infernum. diuitas aūt remāsit vni ta cum vtroqꝫ. s. qꝛ psona filij dei remansit vnita cū corpore in sepulchro. ꝛ cū animā i lymbo. Da silitudinē de cristallo illumina to a sole qd si frangit̄ in duas ptes vtraqꝫ ps. sepata illuminat̄ etiā a sole. sicut prius totū ꝯiunctum. De hoc est ꝓphia: di. in pso na christi. Ne leteris inimica mea sup me qꝛ cecidi: ꝯsurgam cum sedero in tenebris: dn̄s lux mea est Michee.7. Sunt verba christi ad sinagogā dicētis. Ne leteris ini mica mea. s. sinagoga sup me: qꝛ p mortem crucis. qꝛ ꝯsurgam cū sedero in tenebris. s. in lymbo patrū. Dn̄s lux mea est: qꝛ diuini tas erat cū corpore in sepulchro. ꝛ cuꝫ aīa in inferno. Vide j. sermone ꝓprimo. p.i. Di ci ergo pōt ꝙ totus christus erat in sepul/ chro. sed nō totū: ꝛ totus christus in lymbo sed nō totū. Rō qꝛ totus dicit psonā: sꝫ to tū naturā. Silr dicendū est ꝙ cū vnio aie cū corpore faciat hoiem: iō christus in illo triduo nō fuit hō. lꝫ aīa ꝛ caro tunc essent vnita cū verbo. Hec habent̄ in cōpendio theologice veritatis. Et vide. b. Tho. p.3. q. 50. ar.2. ꝛ.3. ꝛ.4. Qr̄ aūt fuit ꝯueniens ꝙ christus descēderet ad iferos: assignatur a doctoribus multiplex rō. sꝫ tm̄ tres referā. Prima rō sumpta ex pte christi: est talis. Nam dū christus viueret in mundo ośdit se esse dn̄m elementoꝝ. Da exēplū de singu lis: ꝛ sup illa se hr̄e potestatem monstrauit hoibus viuētibus. Cōueniens ergo fuit vt potestatē suam etiā in inferno monstraret: ipsum visitando ꝛ illuminando. Uñ dr̄ in ps̄. ꝛ sunt verba angeloꝝ q precesserūt chri stū descēdentē ad inferos: vt dicit Glo. At tollite portas principes vestras. Glo. i. prin cipes inferni auferte potestatē vestrā qua vsqꝫ nūc hoies detinebatis in inferno. Et sic in noie iesu oē genu flectat̄: cele. terres. ꝛ infernoꝝ: vt di Phil.2. Scda rō sumitur ex pte diaboli: vt christus perfecte de ipso diabolo inimico hūani generis triūpharet. Tūc. n. qs de hoste pfecte triūphat qñ nō solū vincit eū in cāpo sed vsqꝫ ad domū vel

De descensu christi ad inferos.

regnū suū ipse inuadit ⁊ ei accepit spolia
⁊ sedē regni. Christus aūt vicerat diabolū
in campo clauso.s.in cruce.⁊ etiam quādo
fuerat ab eo tentatus Mat.4. Uñ Aug⁹.
Manu inermi ⁊ affixa cruci: bellauit ae-
reas potestates. Nam diabolus venit ad
brachiū crucis vt christum iterato tentaret.
Et hoc dicit Beda sup Mat. sicut christus
predixerat. Uenit.n.ad me princeps mun-
di huius: ⁊ in me nō habet quicq̃ Jo.14.
Nota: quid faciet diabolus nobis postq̃
christum morientē tentare presumpsit? Sꝫ
christus ipsum deuicit ⁊ expulit: iux illud
Jo.12. Nunc princeps mūdi huius eijcieť
foras.s.de mundo isto. Ut igiť de ipso per
fecte triūpharet voluit eum vsq; ad ꝓpriā
domum.i.infernum inuadere. ⁊ ꝓpria spo-
lia auferre.i.animas sanctoꝝ patrū. qui in
lymbo erant: iuxť illud apl'i. Expolians prin
cipatus ⁊ potestates traduxit ꝯfidenter pa
lam triumphans illos in semetipso Col'.2.
Itē Zacha.9. Tu quoq; in sanguine testa
mēti tui emisisti vinctos tuos de lacu: i quo
nō est aqua. Uide infra in fine ꝯmonis. Et
videť ꝙ christus nō solum liberauit aīas
sanctoꝝ patrū descendēdo ad inferos: sed
etiam ligauit diabolū: iuxť illud Apoc.20.
Uidi angelum descēdentem de celo ⁊c.
Hec predicta de expoliatione inferni⁹ pre-
dixit dn̄s: di. Cum fortis armatus cus.atri.
su.in pa.sunt ea que pos. Si aūt for.eo.sup.
vic.eū.vniuer.ar.e.aufert in qb⁹ ꝯfi.⁊ spo
distribuit Luc.xi. Tertia rō est ex pte no
strī: vt nos liberaret a malis que incurrim⁹
ꝓpter peccatū. Christus.n.venerat in hūc
mundum vt totam penā nostraꝫ portaret
⁊ sic nos a peccatis nostris liberaret: iuxta
illud Uere lāgores nostros ip̄e tulit: ⁊ dolo
res ipse portauit. Et infra. Et dn̄s posuit in
eo iniquitates oīum nostrū Isa.53. Ex pec-
cato aūt incurrebat homo nō solum mortē
corporis: sed descensum ad inferos. Et ideo
sicut fuit cōueniens eum mori vt nos libe-
raret a morte: ita cōueniens fuit eum descē
dere ad inferos: vt nos a descensu ad infe-
ros liberaret. Unde di Osee.13. Ero mors
tua o mors: morsus tuus ero inferne. No-
ta Ero mors tua o mors.s.in cruce moriē-
do: Morsus tuus ero inferne.s.ad inferos
descendendo. Et dicit Morsus: quia non

omnes de inferno eripuit: sed quasi momor
dit: aliquos liberando vt infra dicendum
est. Uoluit ergo mori ⁊ ad inferos descen-
dere ⁊ ibi triduo permanere.s.p.40. horas:
vt humanā naturam a penis inferni eripe
ret. Patent responsiones. Uisis ergo rōni
bus quibus fuit cōueniens christū ad in
feros descēdere: modo videamus ad quos
inferos. siue ad quā partem inferni descen-
dit: q2 xp̄s dicit ꝙ filius hoīs erit in corde
terre.i.in inferno. Articulus vero fidei di-
cit. Descendit ad infe. in plurali nūero. Uñ
notandū ꝙ in corde terre.i.in inferno sunt
quattuor solaria siue quattuor habitatio-
nes.

¶ Prima est incipiendo ab iferiori: carcer damnatoꝝ.

¶ Scd̄a habitatio est lymbus pueroꝝ.

¶ Tertia habitatio est locus purgandoꝝ.

¶ Quarta habitatio est sinus perfectoꝝ.

Si igitur queriť ad quem istoꝝ locorū
descendit aīa christi: est dicendū ꝙ sicut di
cit b. Tho.par.3.q.52.ar.2. dupliciter diciť
aliquid alicubi esse. Uno mō per suā essen-
tiam: ⁊ hoc modo aīa christi descendit so-
lum ad quartā habitationē.s.ad sinum p-
fectoꝝ. in quo iusti detinebanť. qui dicebať
sinus Abrae. Sinus qdē q2 portus erat re
quiei. Abrae vero: q2 requies illa dať meri
to fidei. cuius pater fuit Abraam. Unde
Geñ.25. Credidit Abraā deo: ⁊ reputatū
est ei ad iustitiam. Uñ ⁊ in signū fidei ac
cepit circūcisionē: que est signaculum iusti-
tie fidei: vt sit pater omniū credentium: vt
di Ro.4. Alio modo di aliqd esse alicubi
p suum effectum: ⁊ hoc modo christus in
quēlibet locum inferni descendit: iuxta illd
Eccl'i.24. ⁊ sunt verba ex ore diuine sapi-
entie prolata. Penetrabo oēs inferiores
partes terre: ⁊ inspiciā omnes dormientes.
⁊ illuminabo omnes sperantes in domino.
Uideamus ergo modo quos effectus chri
stus cōtulit cuilibet parti inferni. ⁊ incipia-
mus ab inferiori. Prima ergo habitatio
inferni est carcer damnatoꝝ: in quo sunt
omnes dānati eternaliter. ⁊ sunt ibi demo-
nes ⁊ ignis eternus. ps. Pluet super pec.
la. ignis. sul. ⁊ sp̄us ꝓcel. pars ca.eoꝝ. Ad
hunc ergo infernum nō descēdit aīa christi
essentialiter. sed p effectum duplicem. Pri

tio vt ligaret sathanam vsq; ad finē mundi. Unde angeli christū comitantes dixerūt demonibus. Tollite por. prin. ve. ⁊ ele. por. eter. ⁊ intro. rex glorie. Et demones rn̄derunt. Quis est iste rex glorie? Et illi. Dominus for. ⁊ po. do. po. in p̄lio. s. crucis. ps. Cōfiteant̄ dn̄o mis̄icordie eius ⁊ mirabilia eius filijs hoīm: q2 cōtriuit portas ereas ⁊ vectes ferreos confregit. Tunc ergo christus portas ereas ꝯfregit: vbi ⁊ ligauit insaciabilem homicidam. ⁊ stabit sic ligatus vsq; ad finē mundi. ⁊ veniente antixp̄o soluet̄. hoc deo p̄mittente in vltionē iustissimam peccatoꝝ. De hoc dicit Jo. in Apoc. 20. c. Uidi angelum descendētem de celo habētem clauem abyssi ⁊ cathenā magnam in manu sua: ⁊ app̄hendit draconem serpentē antiquum qui est diabolus ⁊ sathanas: ⁊ ligauit eum per ānos mille. ⁊ misit eum in abyssum. ⁊ clausit ⁊ signauit super illū: vt nō seducat amplius gentes donec consumentur mille anni: ⁊ post hoc oportet illū solui modico tēpore. i. tribus annis cū dimidio: q2 tanto tēpore durabit seductio ꝑfidi antichristi. Sc̄da ratio: quia anima christi descendit ad locum damnatoꝝ per effectum vt illos increparet de infidelitate ⁊ malicia. Hoc ponit petrus apl's: di. Christus his qui in carcere cōclusi erant spiritu veniens predicauit. i. Petri. 3. Sed quomō? Dic practice. Primo increpauit magnates. s. Alexandrum magnū. Nabucodonosor. Cesarem. Octauianū. ⁊ reliquos dn̄os: di. O miserrimi vos qui eratis in mundo in tanta potentia ⁊ diuitijs ⁊ non credidistis in vnum deum. nec bene gubernastis mundum: imo tyrānice omnibus iniusticiam faciebatis. Et tu alexander qui sic breuit totam asiam possedisti: quid profuit tibi? Faciebas mori pyratas: ⁊ tu totum mundū rapere volebas. Si fecissetis iusticiam: iam salui essetis. p passionem ⁊ mortē meā ⁊c̄. Deinde vertit se ad phos: di. O Aristoteles. O Anaxagoras. Pythagoras. ⁊ alij. O miserrimi quare vos adorabitis idola cum cognouissetis vnum deum: ⁊ hoc demonstratiue in scholis disputantes probabatis: ⁊ tn̄ non sic deum glorificauistis: sed euanuistis in cogitationibus vestris: ⁊ dicentes vos esse sapientes stulti facti estis. Si vos adorauissetis vnum deum ⁊ virtuose vixissetis modo saluaremini per mortem meam. Itē increpauit superbos. auaros. luxuriosos. ⁊ sic de alijs peccatoribus. Jō dicit sctūs Tho. in. 3. par. q. 52. ar. 2. ꝙ aīa christi descēdens ad inferos p effectus eos de sua malicia ꝯfutauit ⁊ incredulitate. O ꝗ̄ dura increpatio fuit illa. Et quātū terrorē illis incussit: Quis possz cogitare? Et ista increpatio ꝯtinue durat in dānatis. Et ista dici pōt vermis ꝯscie. Isa. 66. Uermis eoꝝ nō moritur. Ecce quid fecit in illa prima habitatione inferni.

Sc̄da habitatio est lymbus paruulorū. In isto solario sunt oēs paruuli descēdentes absq; baptismo. siue fuerint filij xp̄ianorū. siue filij iudeoꝝ. siue paganoꝝ: q2 cū solo originali oēs mortui sunt. nō hn̄t aliquā penā sensus. nec videndo demones. nec de igne ⁊c̄. sed tn̄ pena damni. q2 priuant̄ visione diuina. de qua tn̄ nō dolent. Sicut tu agricola nō doles de hoc ꝙ tu nō es rex: q2 nō pertinet ad te: sed bn̄ filius regis doleret. Itē nō dolet homo si nō volat. q2 hoc nō pertinet nec cōuenit hoībus sed auib9. Sic ⁊ de pueris ibi positis ⁊c̄. Hoc ꝓbat̄ p scripturā. Unde di. Job. 3. Quare nō in vulua mortuus sum: egressus de vtero non statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Nec. n. dormiens silerem: ⁊ somno modo requiescerem ⁊c̄. Nota Requiescerē: q2 q sine grā morit̄ in pctō originali tm̄: nō sentit penā sensus. sed hz quietē. Jō vocat tales dormientes: cū dicit. Nunc. n. dormiēs silerem ⁊c̄. Immo dicit. b. Tho. in. 2. sen. di. 33. ꝙ ꝗuis pueri nō baptizati sint separati a deo quātum ad illam ꝯiunctionem que est p gloriā. nō tn̄ ab eo penitus sunt separati. Immo sibi ꝯiūgunt̄ p participationez naturalium bonoꝝ. ⁊ ita etiā de ipso gaudere poterunt naturali cognitiōe ⁊ delectatione. b. Tho. Ad istū ergo locū aīa christi descendit per effectum: nō quidem eos rep̄hendendo sed ꝯsolando. Nam illi statim cognouerunt animā christi descendisse vnitam diuinitati. licet ipsam diuinitatem nō viderint quia alioquin fuissent beati. Unde poterat eis dicere christ9. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini: quia nō estis in inferno inferiori dānati: sed sitis

contentii: nō sitis ituri ad paradisum: qa
nō estis mūdi: ⁊ nihil inqnatū intrabit in
illā gloriam. Et poterāt ei respōdere. Gl'ia
tibi dn̄e. q natus es pro hoie: cū p̄ie ⁊ sctō
spū in sempiterna secula. Amē. Sꝫ diceret
aliqs: quare xp̄s istos pueros nō liberauit.
Rn̄º ꝺm mētē. b. Tho. p. 3. q. 52. ar. 7. gratia
xp̄i q̄ liberat hoies ⁊ saluat: iuxta illō Gr̄a
dei vita eterna Ro. 6. Uenit in remedium
pcti ade. Sicut āt pctm̄ ade ad eos tm̄ per
uenit q p seminalem rōm carnaliter ab eo
descēderunt: sic gr̄a christi ad eos tm̄ pue/
nit. q spūali regeneratione facti sunt eius
mēbra. Mēbꝝ āt xp̄i fit qs p fidē formā
tam charitate: p quā saluat̄ hō iuxta illud
Justificati gratis p gr̄am ipsius ⁊ p redē
ptionē que est in xp̄o Jesu: quē ꝓposuit deꝰ
ꝓpitiatorē p fidē in sanguine ipsius Ro. 3.
Pueri aūt q cum solo originali descēderūt
nullomodo fuerunt pticipes fidei. Neqꝫ. n.
fidē ꝓpriā hr̄e potuerunt: qa nō hūerunt
vsum liberi arbitrij. neqꝫ p fidē pentuꝫ. aut
p aliqꝺ fidei sacramētum fuerunt a pctō
originali mundati Et iō descēsus xp̄i ad in
feros: hos pueros nō liberauit a limbo: ꝺm
sententiam. b. Tho. Et sic pꝫ scꝺa ps.

Tertia hitatio iferni ē locus purgādoꝝ:
in quo sunt oēs q cuꝫ pctis venialibꝰ hinc
migrauerunt. vel cum reatu pene tpalis de
bite veniali vel mortali h̄ remisso. De quo
vide qꝺ scripsi in ꝺmōibus q̄drigisimalibus
de pctis in genere arti. 4. vbi agit̄ de pctō
veniali ꝺmōe. 2. vbi agit̄ ꝺ purgatorio p. 3.
Ad istum ergo locū aia xp̄i p effectum ēt
descēdit. Sed qūo: est dubitatio. Nā q̄rit
sctūs Tho. p. 3. q. 52. ar. 8. Utꝝ xp̄s suo de/
scēsu ad iferos liberauit aias a purgatorio
vbi dicit ꝙ descēsus xp̄i ad iferos liberato
rius fuit in ꝩtute passiōis ipsius. passio āt
eius nō habuit tpalē ꝩtutē ⁊ trāsitoriā sꝫ
sempiternā: ꝺ illud Heb. 10. Una oblatiōe
ꝯsumauit sctificatos in sempiternū. Et sic
pꝫ ꝙ nō habuit tunc maiorē efficaciā pas/
sio xp̄i: q̄ꝫ hēat nunc. Et iō illi q tunc fuerūt
tales q nūc sunt q in purgatorio detinent̄
nō fuerunt a purgatorio liberati p descen
sum xp̄i ad iferos. Aliogn nullus mō esset
in purgatorio: qa illis suffragaret̄ virtus
passionis xp̄i nunc: sicut ⁊ tunc. Si q āt in/
uenti sunt vbi tales quales ēt nūc. virtute
passionis xp̄i a purgatorio liberant̄. tales
nihil ꝓhibet p descensum christi ad iferos
a purgatorio liberatos esse: ꝺm. b. Tho. vt
supra. Inueni tn̄ magr̄m Uincētiuꝫ i quo/
dā ꝺmone dicere: ꝙ dictum. b. Tho ē veꝝ
de rigore iuris: tn̄ de dulcedine mi̅ꝺicordie
⁊ eqtatis q̄ ceteris paribus preualet rigori
vt notāt legiste in. l. Placuit. C. de Judic̄.
pie pōt credi ꝙ oēs de purgatorio fuerunt
p descēsum christi ad iferos liberati. Pro/
bat̄ hoc similitudine auctoritate. ⁊ rōe. Si/
militudo est ista. Qn̄ rex intrat nouiter ali/
quā suā ciuitatē in qua adhuc non fuit. ⁊
trāsiens per curiā videt incarceratos petē
tes ⁊ clamātes. Dn̄e misericordia ⁊c̄. Rex
interrogat quare sunt isti icarcerati? Si pp
interesse ptis. non debet de rigore illos libe
rare. secus si solum ꝓpter offensam regis.
Modo in purgatorio nullus ꝓpt interesse
ptis. sed ꝓpter offensam dei. Cū ergo fuit
in ianua: oēs clamauerūt. Mi̅ꝺicordia dn̄e
mi̅ꝺicordia. Pie ergo pōt credi ꝙ oēs tūc
extraxit. Et videt̄ ꝓbari auctoritate Jsa.
dicētis in psona dei p̄ris. Dedi te in fedus
populis vt suscitares terrā: vt diceres his
qui vincti sunt: exite. ⁊ his q in tenebris re
uelamini Jsa. 49. Nota vt suscitares traꝫ
s. ꝓmissionis. s. vite eterne predicando: ad
quā gentes nimis dormiebāt. scꝺam simili/
tudinē ꝺ papa nouiter creato: qui faciliter
dat indulgentias deuote petētibus. papa
aūt Jesus est maioris misericordie. ergo il
lis de purgatorio deuote petentibus de/
buit pcere. Ad hoc facit Auctoritas. Jsa.
61. Spūs dn̄i sup me eo ꝙ vnxerit me ad an/
nuntiandum mansuetis misit me. vt mede/
rer contritis corde: ⁊ p̄dicarem captiuis in
dulgentiā ⁊ clausis apertionē. Nota Sup
me. i. incꝫtum homo. Jsa. xi. Et regescet su/
per eum spūs dn̄i ⁊c̄. eo ꝙ vnxerit me. Jaꝫ
scitis ꝙ res vncta est mollis. ergo erat vn/
ctus vt esset mollis ⁊ misericors. Et predi/
carem. s. post finem vite captiuis. s. existenti
bus in purgatorio indulgentiam ⁊c̄. Ratio
autē quā allegat est ista. Nam legitur ꝙ
erat quidam religiosus qui defunctus ap/
paruit cuidam socio religioso: di. ꝙ in pur/
gatorio erat condēnatus ⁊ debebat stare
ibi p. 15. ānos ⁊ petijt ab eo aliq̄ suffragia
⁊ ille dixit ꝓ eo vnā missā. ⁊ stati ascendit

ad celum: sicut ipse postmodum reuelauit. Hoc exemplū legit̄ de vita fratrū nostrorum. Dic late totū exēplū. Fiat ergo argumētū a maiori. Si missa illa liberauit aīam illā a purgatorio: quāto magis: hoc dicēdū est de missa solēni: quā xp̄s cantauit in ara crucis ꝓ oībus viuis ⁊ defunctis: Notare potes hic quō xp̄s dixit duas missas. s. priuatam in vltima cena: ⁊ alterā publicā ⁊ solēnē in ara crucis. Uide in octaua corporis xp̄i: sermone qui incipit Accipite ⁊ mā ducate par. 3. ⁊ in sermone. 23. par. 2.

Quarta habitatio inferni est sinus ꝑfectoꝝ: in quo erat aīa Abel. Abrā. Isaac ⁊c̄. ps. Quis est hō q vi. ⁊ nō vi. mor. e. aīam su. de ma. inferi. ⁊c̄: Quare dicebatur sinus Abrae: ⁊ rōnem dixi s̄. In hoc loco stabāt aīe purgate ab omni macula originalis ⁊ actualis pctī. Sꝫ qꝛ ianua paradisi nondū erat apta: qꝛ nondū fuerat apta ianua lateris xp̄i iesu: iō nō poterat in celū ascendere. Jo. 3. Nemo ascendit in celū nisi q descen. de celo. fi. ho. q est in celo. Modo ad istū locum ꝑ essentiā aīa xp̄i descendit ſm oēs theologos: dicens cum comitantibus. Attollite por. prin. vestras ⁊c̄. Uide s̄. p. 1. ⁊ statim porte ꝯfracte sunt ⁊ ipse apparuit cū diuinitate sua sctīs patribus: q oēs tunc fuerunt in ꝑadiso essentialit̄ videndo facie ad faciē diuinā essentiā. Inter aīas aūt illas fuit aīa latronis: cui christus in cruce dixit. Hodie mecū eris in ꝑadiso Mat. 27. Qꝫ vt dicit. b. Tho. ꝑ. 3. q. 52. ar. 4. ad tertiū. Non de ꝑadiso terrestri corporeo: sed de ꝑadiso spūali intelligendū est. In quo esse dr̄ q gloria diuina fruunt̄. Uñ latro loco qdē cum christo ad infernū descendit. vt esset cum christo: qꝛ dictū est ei: mecū eris in ꝑadiso: sed p̄mio in ꝑadiso: qꝛ ibi diuinitate christi fruebat̄: sicut ⁊ alij scti ſm. b. Tho. vbi s̄. Hec figura tñ ē in libro Judicū. 16. ꝑ Sansonē q media nocte tulit portas Gaze ciuitatis philistinoꝝ. ⁊ portauit ad verticem montis. Sanson significat christū. Gaza q̄ interp̄tat̄ munita: infernū. Philistei sunt ipsi iudei: q custodes in sepulchro dn̄i posuerunt. Sed Sanson nō solum ciuitatē exiuit sed portas sup humeros tulit. Quia christus nō solum de iferno ⁊ de sepulchro liber exiuit resurgendo: sed inferni claustra ꝯfregit. sanctoꝝ multitudinem educendo. ⁊ montis verticē subijt. q̄dragesimo die in celum ascēdēdo. cum patribus sctīs de lymbo eductis. ps. Ascēdisti in altuꝫ cepisti captiuitatē. De hoc ꝓphia habet̄ Zacha. 9. Tu quoqꝫ in sanguine testi: emisisti vinctos tuos de lacu in quo nō est aqua. Nota de lacu. i. de lymbo patrum in quo nō est aq̄. Per aquā intelligit̄ mīīcordia. Nam dicit ibi Glosa. ꝙ nulla mīīcordia eos refrigerabat: qd intelligit̄ q̄ntū ad mīīcordiaꝫ ꝑfecte liberationis. Quia scti patres ab illis inferni carceribus añ christi aduentum nō poterāt liberari: ſm. b. Tho. ꝑte. 3. q. 52. ar. 6. ad ſm. Et sic pꝫ iste articulus. Finis.

¶ De gloriosissima christi resurrectione. Sermo. 20.



Fides tua te saluum fecit. Luc. 18. ¶ Sequit̄ hodie p̄dicare de. 4. articulo fidei ꝑtinente ad christi humanitatē: vꝫ de eius gloriosissima resurrectione. Qui sic in symbolo ap̄lico ꝓponit̄. Tertia die resurrexit a mortuis. Et hāc posuit. b. Bartholomeus. In symbolo aūt Niceno sic describitur. Et resur. tertia die ſm scrip. Et de hoc erit ſmo nr̄. Salutet̄ ꝟgo Ma. Pro introductione materie p̄dicāde qꝛ dī i symbolo niceno ſm scripturas: quero q̄re istud ꝟbū Scdꝫ scripturas. ponit̄ i hoc articulo: plus q̄ꝫ in alijs: Pro cuius solutione q̄ōnis est notandū: ꝙ quāto aliqd ē magis difficile ad intelligendū vel credendū: tāto maiori declaratione ⁊ ꝯfirmatione indiget. Inter ceteros aūt articulos fidei. nullus aliꝰ fuit difficilior ad credendū q̄ꝫ articulus resurrectionis. Uñ ap̄lis p̄dicātibꝰ fidē xp̄i ꝑ mūdū: valde difficult̄ fides resurrectiōis igredi poterat in corda audiētium: sicut pꝫ de p̄his audiētibus Paulū predicantē athenias ⁊c̄. sicut legit̄ Act. 17. Et scripsi s̄ sermone. 15. de resurrectione corpoꝝ humanorū. Uide ibi ꝑte. i. Et qd mirū de p̄his: cuꝫ etiā ipsi ap̄li cū magna difficultate hoc crediderint: Uñ legit̄ Luc. 24. ꝙ tres marie a monumēto regresse nunciauerunt ap̄lis christū resurrexisse. ⁊ visa sunt ante illos q̄si

delirãmẽta verba ista:⁊ nõ credebant illis. Vñ ⁊ Thomas apl's qui dixerat Eamus ⁊ moriamur cum illo Jo.xi.qñ alij apl'i dixerunt ei:Vidimus dñm: nõ credidit eis. Poterat aũt dicere. Quid me vultis trufare:qñ christus erat in cruce ⁊ iudei ꝓmittebant ei se credituros in eũ.si descenderet de cruce.nõ potuit descendere:⁊ nunc dicitis ꝙ resurrexit a mortuis? Non credo:ſ; nisi videro in eius manibus fixurã clauoꝝ ⁊ mittã digitũ meũ in locũ clauoꝝ:⁊ mittã manum meã in latus eius: non credã Jo. 20. Vñ Mat.vlti. Recũbentibus illis vndecim appuit illis iesus:⁊ exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ ⁊ duriciam cordis:q2 his qui viderant eum resurrexisse nõ crediderant. Vñ vt dicit Amb.in lib.de virginib9. etiã virgini asserenti xp̃m resurrexisse.nolebant apl'i credere. Quia igitur erat valde difficile ad credẽdum xp̃m resurrexisse posuerunt sc̃ti patres in Niceno ꝯcilio predicta verba ſm scripturas:quasi dicat. Nõ solum hoc fides catholica tenet:sed etiam scripturaꝝ auc̃te firmaẽ. Et sumpserũt istũ modũ loquẽdi ab apl'o dicente. Tradidi vobis in primis qḋ ⁊ accepi:qm̃ xp̃s mortuus est ꝓ pc̃tis nostris:⁊ q2 sepultus est. ⁊ resurrexit tertia die ſm scripturas.i.Cor. 15.Cum ergo ⁊ auc̃tas niceni ꝯcilij ⁊ apl'i Pauli dicat ꝙ ꝑ scripturas resurrectio xp̃i ꝯfirmaẽ: videam9 mõ ꝑ ques scripturas ⁊ quõ.Et q2 supfluum esset xp̃i resurrectionem noui testi scripturis astruere : restat vt videamus scripturas veteris testi:qbus hmõi resurrectio ꝯfirmaẽ.Dupliciẽ aũt scripture sacre veteris testi:iesu xp̃i filij dei resurrectionẽ futuram premonstrabant.

¶ Primo ꝑ ꝓphetalem prenunciationeȝ.
¶ Scḋo ꝑ figuralem significationẽ.
¶ Primo ꝑ ꝓphetalẽ prenunciationẽ ⁊c̃.

Et l; multe ꝓphetie reperianẽ in veteri testamẽto de resurrectione dñica:tñ in p̃senti sermone sufficiet tres allegare. Prima erit Dauid. Scḋa Michee. Tertia Jacob. Prima ergo ꝓphia est Dauid:qui loquẽs in ꝑsona xp̃i sic ait. Propẽ hoc letatuȝ ẽ cor meuȝ:⁊ exultauit lingua:insup ⁊ caro mea requiescet in spe.qm̃ nõ derelinques aiam meam in infer.nec da.sa.tu.vi.corruptionẽ ps.15.Que quidẽ verba nõ pñt ad l'ram intelligi de ipso Dauid. Nulla.n.scriptura docet ꝙ corpus Dauid nõ fuerit corruptũ. Vñ dixit petrus: ꝙ Dauid defunctus ẽ ⁊ sepultus ⁊ sepulchrũ eius apud nos ẽ:vsq; in hodiernũ diem Act.2. Oportet ergo intelligi verba predicta de xp̃o:in cuius ꝑsona ipse Dauid loquiẽ:di. Propẽ hoc.i.ꝑꝑ resurrectionẽ meã que ĩ poniẽ:letatum est cor meũ:q2 resurrectio spata erat cã leticie ordinate ipsi xp̃o. Certitudo.n.boni expectati est cã delectationis:q2 ꝓpẽ certitudinẽ optinẽdi bonũ futuꝝ.iam apprehendiẽ quasi p̄ñs:⁊ sic est cã delectationis:q̃ est de bono apprehẽso vt p̄ñti. Nota ꝙ l; in xp̃o nõ fuerit spes ꝓut ẽ virtus theologica.eo ꝙ Ab instãti ꝯceptionis fruebaẽ deo fruitione btã:⁊ sic erat ibi tẽtio ⁊ visio: que nõ stant cum spe:iuẽ illud Ro.8.Quod videt qs:qd spat? Spes.n.h; deũ nõ habituȝ ꝑ obiecto:tñ in christo fuit spes glorie corꝑis aũ resurrectionem:quã a deo expectabat.

tenet mitriá in capite. Scđo chyrothecas cum smaltis in manibus. Tertio sandalia in pedibus. Quarto casulam in toto corpore. Quinto hȝ crozam. Sexto hȝ dyaconū. subdyaconū ⁊ duos acolythos. Septimo cantat. Sic in missa solēni christi quā cātauit i cruce. Mitra nāq; fuit corona spinea. Chyrothece cū smaltis: fuerūt vulnera clauox in manibus. Sandalia: foramina in pedib⁹. Casula rubea: fuit caro sanguinolēta. Isa. 36. Quis est iste q venit de edom. i. sanguinolētus: tinctis vestibus de bosra. i. de tribulatione? Et ifra. Quare ergo rubrū ē indumētum tuū ⁊ vestimēta tua: sicut calcantiū in torculari? Croza: ē lancea q̄ fuit latus eius pforatū. Dyacon⁹: fuit latro a dextris. Subdiacon⁹: latro a sinistris. Duo acolythi: fuerunt virgo maria ⁊ Jo. euāgelista. Cantauit aūt christus septies in cruce: q̄ septies locutus ē. Primo: Pater ignosce illis ⁊c̄. Scđo latroni. Hodie mecum eris in paradiso. Tertio virgini marie. Mulier ecce filius tuus: ⁊ discipulo ecce mater tua. Quarto. Hely hely ⁊c̄. Quinto. Sitiō Sexto. Cōsumatū ē. Septimo. In manus tuas dn̄e cōmendo spūm meum. Et sic pȝ quare christus di sacerdos. Quantum vero ad ƀm. s. quare dī ƀm ordinem melchisedech? R°. Pro euidentia nota q̄ ƀm hebreos Melchisedech fuit filius Noe. Signauit aūt christū multipliciter. Primo in noie: q̄ Melchisedech interptat rex iustus. Melchis. n. rex: sedech iustus. Christ⁹ aūt dī sol iustitie. Malachie. 3. Orietur nobis timētibus nomen tuum: sol iustitie. Et dī rex. ps. Deus: iudiciū tuum regi da. Itē Jere. 23. Ecce dies veniunt dicit dn̄s: ⁊ su. Dauid germen iu. ⁊ regna. rex. ⁊ sa. e. ⁊ fac. iu. ⁊ ius. in ťra. Scđo in hoc. q̄ sine patre ⁊ sine matre ⁊ sine genealogia ponitur melchisedech in scriptura. i. nō nominatur pater eius. nec mater. nec filij. sicut ponit apl's Heb. 7. Sic' christus fuit. sine patre ƀm q̄ hō. ⁊ sine matre ƀm q̄ deus: ⁊ sine filijs carnalibus. Isa. 53. Generationē eius qs enarrabit? Tertio i sacrificio: q̄ melchisedech panem ⁊ vinuȝ offerebat in sacrificium: sicut legitur Gen̄. 14. Sic ⁊ christus. Jo. 6. Panis quem ego dabo: caro mea est pro mundi vita. Et hoc ergo q̄ [illegible]it ƀm ordinem melchisedech ⁊ nō ƀm ordinē Aaron: manifeste probatur q̄ sacerdotium Aaron erat mutandum adueniēte christo: ⁊ cōsequēter etiam mutanda erat lex moysi quātum ad cerimonialia ⁊ iudicialia precepta: quia trāslato sacerdotio necesse est vt ⁊ legis trāslatio fiat: sicut dicit Apl's Heb. 7. Et habetur in. c. Translato: de ꝯstitu. Christi aūt sacerdotium nō est vllo vnq̄ tēpore mutandum. Ideo dicit. Tu es sacerdos in eternum ⁊c̄. Moraliter vero quāta sanctitas. debet esse in sacerdote: qui est sacerdos sicut ⁊ christus: cuius lingua clauis celi facta est? Ergo sancti estote q̄ ego sctūs sum dicit dominus exercituum.

Tertius effectus ē auctas iudicialis: ppter quā dī sedere ad dexterā patris. Hāc aūt potestatem iudicialē accepit christus. ppterea q̄ fuit iudicatus iniuste: iuxta illud Job. 36. Cā tua quasi impij iudicata ē. Glo. a pilato: ideo iudicium cāmq; recipies. Glo. vt iuste iudices. Omnes aūt predicti tres effectus huius sessionis ad dexteram patris: notant Dan̄. 7. Aspiciebā donec throni positi sunt ⁊ antiquus dieꝝ. i. deus pater sedit. Et infra. Et ecce cum nubib⁹ celi quasi filius hois veniebat: ⁊ vsq; ad antiquum dieꝝ peruenit. ⁊ in cōspectu eius obtulerunt eum. ⁊ dedit ei potestateȝ. ⁊ honorem. ⁊ regnum. Nota Potestatē. s. iudicialem. Ecce tertius effectus. Et honorem. s. pontificalem. ecce scđs. Et regnum. s. imperiale: ecce primus. Et infra. Potestas eius potestas eterna que nō auferet: ⁊ regnum eius qđ nō corrūpetur ⁊c̄. Hec autē potestas iudicialis etiā innuit in historia festi ascensionis: cum dī. Viri galilei: quid statis aspi. in ce. h iesus. q as. ē a vo. in ce. sic ve. queād. vi. e. eun. in celum Act. i. Et q̄ in iuditio iudex. sedet pro tribunali. q̄si sentētiam pfert: alias sentētia nō valeret: vt dicit textus in. c. vlti. de re iudi. lib. 6. iō christus nunc tanq̄ iudex iustissimus sedet: ⁊ etiam in die iudicij vniuersalis sedebit. Mat. 25. Tunc sedebit super sedem maiestatis sue ⁊c̄. De hoc vide in sermone. 26. vbi agitur de finali iuditio. p. 3. Finis.

¶ De aduentu antichristi. Sermo. 24.



Ides tua te

saluum fecit. Luc.18. ¶ Sequitur hodie predicare de vltimo articulo fidei pertinēte ad hūanitatē filij dei: vz. de iudicio vniuersali: q sic in apl'ico symbolo ponitur. Inde ven. est iu. vi. ⁊ mor. quem posuit beatus Mattheus. In niceno vero symbolo sic habetur. Et iterum ven. est cum gloria iudi. vi. ⁊ mor. cuius re. non erit finis. Sed qr anteq̃ istud finale iudicium peragat: duo maxima flagella sunt a deo ꝯtra mundum mittenda. Ideo de istis duobus flagellis primo videamus. Sunt aūt ista duo flagella. Primo ātechristi hominis diabolici aduentus: ad mundū peruertendum. Scd̄o mundi conflagratio per ignē ad mundū pur. Primo igitur videamus de aduentu antichristi hodie. Scd̄o in sequenti sermone videbimus de mundi cōflagratione. Salutet virgo ⁊c̄. Pro cōplemento materie predicande: inueni quādā auctem Johānis apl'i in Apoc. in qua ipse prenuntiat pphetando oēs varios ⁊ diuersos modos: qbus ille maledictus hō antichristus puertet mundum. Dicit ergo sic Apoc. 6. Vidi ⁊ ecce terremotus fact9 est magnus: ⁊ sol factus ē niger tanq̃ saccus cilicinus. ⁊ luna facta est tota sicut sanguis. ⁊ stelle ceciderunt super terram: sicut ficus mittit grossos suos cum a vento magno mouet. Et celum recessit sicut liber inuolutus. In qua quidem auctē sunt qnq̃ clausule: in quibus notantur quinq̃ modi quibus antichristus subuertet mundum: q sunt isti. vz.

¶ Primus modus erit p arma potentia: ibi. Ecce terre. fac. est magnus.

¶ Scd̄s modus erit p miracula apparentia: ibi. Et sol fac. ē ni. tā. sa. cili.

¶ Tertius modus ē p tormenta terrētia: ibi. Et luna fac. ē to. sicut sang.

¶ Quartus modus erit p argumēta insolubilia: ibi. Et stel. ce. sup ter. vsq̃ mouet.

¶ Quintus modus erit p dona placabilia: ibi. Et celum re. si liber. inuo.

¶ Primo modo habebit principes ⁊ potestates. Scd̄o modo habebit rudes ⁊ ignorantes. Tertio modo habebit fortes ⁊ cōstantes. Quarto habebit doctores ⁊ scientes. Quinto modo habebit auaros ⁊ ꝯcupiscentes. ¶ Primus ergo modus. s. p arma potētia: notat ibi. Ecce terremotus ⁊c̄. loqtur in preterito ppt̄ certitudinē pphie: qr sicut preteritum nō pōt esse nō preteritū: sic istud īpossibile ē nō ꝯuenire. Per tremotum ergo notat q antichristus subiugabit sibi oēs nationes mundi. ⁊ sic oēs homines mouebunt ad sui iperium ⁊ subiectionē. Primo. n. subiugabit sibi oēs iudeos nō p armoꝝ potentiā: sed p legalium obseruationē quos decipiet: di. q ipse est messias promissus in lege. ⁊ recipiet circūcisionē. statim iudei sequētur eum: qr sicut cecus postq̃ amisit burdonem adheret cuicūq̃ rei: sic iudei ceci postq̃ amiserunt christum negando eum esse veꝝ messiam. De quo deus pater dicit. Ecce testem dedi euꝫ ducem ac preceptorē gentibus Jer. 55. Nota Testem. s. de secretis fidei. ducem ac preceptorem: quia cepit iesus facere ⁊ docere Act. i. Et iudei habebant ipsum in manibus: qr iter ipsos fuit natus. nutritus. ⁊ cōuersatus. sed amiserunt eum eoꝝ culpa nō christi. dicentes coram pilato. Non habemus regem nisi cesarem: ⁊ petentes barabam latronem sibi dari. ideo offerunt modo se sicut ceci ad omnes qui venerunt ⁊ veniūt: vt patet de Barcocina quem receperunt in messiam: ⁊ regnauit. 50. annis. Item de Beniamin incantatore. Item de diabolo in forma moysi in insula Candie: vt patet in legenda festi ad vincula sancti petri. Ideꝫ de Taberlano. Auctas. Ambulabunt vt ceci: quia domino peccauerunt Sopho. i. Ideo tunc statim recipient antichristum qui tunc fraudulenter ⁊ cooperto modo recipiet circūcisionem ⁊ seruabit sabbatum. ⁊ alia cerimonialia legis antique. seruabit etiam diem dominicū. Nam vt ait Greg. de conse. di. 3. Perueniṫ. Antichristus veniens: diem sabbati atq̃ dominicū ab omni opere faciet custodiri. Quia enim mori se ⁊ resurgere simulat. haberi in venerationem vult dominicum diem: qr populum iudaizare compellet. vt exteriorem ritum legis reuocet. ⁊ sibi iudeorum perfidiam subdat. coli vult sabbatum. Hec ille. Iudei ergo ipsum recipient.

Propter hoc dixit xp̄s iudeis Ego veni
in noie patris mei ⁊ non accepistis me: ſi
alius venerit in nomine ſuo illum accipie
tis Jo.5. Si alius.ſ.antichꝛiſtus.
¶ Sc̄do ſubiugabit ſibi oēs aggarēos.tur
cos.tartaros.⁊ oēs infideles nō occulte ſꝫ
manifeſte per violentiā cū multis milibus
hoīum armatoꝝ:q̄a dicit ſcriptura ꝙ habe
bit magnū theſauꝝ ꝑmittente diuino iudi
cio in penā pctōꝝ:iuxta illud Dan̄.xi.Dn̄a
bitur.n.theſauroꝝ auri ⁊ argenti in oibus
precioſis egypti.Nota Egypti.⁊ etiā toti⁹
mundi.Cū his ergo theſauris cōgregabit
oēs gentes armoꝝ totius mūdi ad pugnā
dum cōtra oēs ſibi cōtradicētes.Dic pra-
tice:q̄uo faciet preconizari ꝙ dabit cuilibꝫ
armigerio centū florenos in mēſe vel aliq̄d
magnū:vt faciat guerrā contra infideles.
Et faciet preconizari ꝙ nullus noiet Jeſuꝫ
chꝛiſtū neq̄ beatā virginē:ſub pena mor
tis.Et ſic ſtatim oēs armigeri de francia.
Italia.de hiſpania ⁊c̄.erunt cū eo: ⁊ cum
iſtis ſubiugabit oēs aduerſarios.Auctas.
Soluetur Sathanas de carcere ſuo ⁊ exi-
bit ⁊ ſeducet gētes:que ſunt ſuꝑ quattuor
angulos terre gog ⁊ magog.⁊ congregabit
eos ad preliū:quoꝝ numerus eſt ſicut are
na maris ⁊ aſcēderunt ſuper altitudinem
terre.⁊ circuierunt caſtra ſanctoꝝ.⁊ ciuita-
tem dilectā Apoc̄.20.Nota Gog.i.tectum
magog.i.detectū:q̄a tam tecti q̄ꝫ detecti.i.
oculti mali ⁊ manifeſti erūt cū eo. Uel dic
Per gog ⁊ magog intelligit antichꝛiſtus
q̄.occulte ⁊ manifeſte trahet ad ſe gentes:
occulte q̄dē per ſpēm ſanctitatis exteriorē
celādo puerſitatē interiorē Manifeſte ve-
ro per potētiā armoꝝ vt dictū eſt. De quo
Ezech.38.Fili hois.i.ade pone faciem con
tra gog ⁊ magog:⁊ terrā.i.gentes terrenas
lꝫ q̄dam doctores nō q̄dem determinatiue
ſed opinatiue dicant.per gog ⁊ magog in-
telligi decem tribus q̄ ſunt vltra mōtes cal
pios.q̄ concluſi ſunt ad oſonem Alexandri
imꝑatoris:ſm ꝙ refert magiſter i hiſtorijs
Aug.20 de ci.dei.c.12.exponēs illd̄ Apoc̄.
20.Soluet̄ Sathanas de cuſtodia ſua.⁊
exibit ad ſeducēdas natiōes que ſunt ſuꝑ
quattuor angulos terre gog ⁊ magog ⁊c̄.
ſic dicit.Gentes quippe iſte quas appellat
gog ⁊ magoꝫ nō ſic ſunt accipiēde tanq̄ꝫ

ſint aliqui in aliqua parte terrarū barbari
conſtituti.ſiue quos q̄dam ſuſpicamur ge-
thas ⁊ maſſagethas.ꝓpter litteras horuꝫ
noium primas.ſiue aliquos alios alienige
nas ⁊ a romano iure ſeiunctos.Toto nāq̄ꝫ
orbe terraꝝ ſignificati ſunt iſti eſſe:cum di
ctū eſt.Nationes que ſunt ſuper quattuor
angulis terre eaſq̄ꝫ ſubiecit eſſe gog ⁊ ma-
gog.Quoꝝ interpretationes noium eſſe
comperimus:gog tectum.magog detecto:
tanq̄ꝫ domus ⁊ ipſe q̄ ꝓcedit de domo.Gē
tes ergo ſunt in q̄bus velut diabolum in
abyſſo ſuperius intelligebamus incluſuꝫ ⁊
ipſe de illis quodāmodo ſeſe efferens ⁊ ꝓ
cedens.vt ille ſint tectum.ipſe de tecto. Si
aūt vtrūq̄ꝫ referatur ad gentes.non vnum
hoꝝ ad illas.alterum ad diabolū:⁊ tectum
ipſe ſunt.q̄a in eis nunc includitur ⁊ quo-
dāmodo tegitur inimicus antiquus.⁊ de
tecto ipſe erūt quādo in aꝑtum odium de
operto erupture ſunt. ¶ Tertio ſubiugabit
ſibi chꝛiſtianos ſed nō omnes:quia poſtq̄ꝫ
habebit pro ſe omnes infideles tunc bella-
bit contra chꝛiſtianos qui faciant ſibi ma-
iorem reſiſtentiam q̄ꝫ infideles:eo ꝙ ſumus
iam auiſati per ſcripturam ſanctam ⁊ per
predicationes chꝛiſti.Et propterea dicitur
antichꝛiſtus ab anti ꝙ eſt cōtra:⁊ chꝛiſtus
quia erit contra chꝛiſtum ⁊ chꝛiſtianos.Ec
ce quomodo hic pꝛimo modo ſubiugabit to
tum pene mundum.De hoc ad litteram di
cit Daniel:ſm ꝙ doctores exponunt.In-
gredietur terras ⁊ conteret.⁊ pertranſiet ⁊
introibit in terram glorioſam.⁊ multe cor-
ruent.He autē ſole ſaluabuntur de manu
eius edom ⁊ moab: ⁊ pꝛincipes filiorum
amon Dan̄.x. Nota Ingrediet̄ terras.ſ.
infidelium:⁊ conteret ⁊ pertranſiet ⁊ introi
bit terram glorioſam.ſ.chꝛiſtianitatis ſeu
eccleſie.⁊ multe.ſ.gentes chꝛiſtiane corruēt
ſed non omnes. He autē ſole ſaluabun-
tur edom ꝙ interpꝛetatur ſanguinolenta
quia gentes ſanguinee ſaluabuntur: ſcili-
cet que potius eligent mori q̄ꝫ chꝛiſtum ne
gare.⁊ moab quod interpꝛetatur de patre
vel ex patre innocentes qui ſunt ex parte
deo facti filij ipſius per regenerationē ſpe-
cialē i vtero fōtis baptiſmalis:iuxta illud
Jo.i.Quotquot āt receꝑūt eū dedit ꝑtātē
filios dei fieri.Hi non negabāt fidem xp̄i.

Et principes filioꝝ amon.qđ interpretatur
populus meroris.Ecce hic penitentes prin
cipes.s.principes penitētiā facientes. Uel
ideo dicit principes: qꝛ penitentes princi/
pant ⁊ dn̄ant corporibus suis,subiugan/
do corpora.⁊ passiones suas impio volun
tatis ⁊ rōnis.⁊ ibunt dispersi ꝑ nemora ⁊
cauernas ⁊c.Itē Apoc.13.Datū est illi bel
lum facere cum sctis ⁊ vincere illos.⁊ data
est ei potestas in oēm tribum ⁊ populū ⁊
linguā ⁊ gentē. ⁊ adorabunt eum oēs ꝗ
inhabitant terrā:quoꝝ nō sunt scripta no
mina in libro vite ⁊c.Ecce quare dicit Ter
remotus factus est magnus.

¶Scđs modus erit ꝑ miracula apparen/
tia:ꝗ notaꝫ ibi.Et sol factus est niger tan
q̄ȝ saccus cilicinus: qꝛ ex falsis miraculis
antichristi ⁊ suoꝝ discipuloꝝ oēs christiani
paucis exceptis perdēt fidem.⁊ xp̄s qui est
verus sol iustitie obscurabiꝫ in mentibus
coꝝ tanq̄ȝ saccus cilicinus.Quia sicut sac
cus nō pōt retinere aquā:sic christiani nō
retinebunt aquā baptismalem imo nega/
bunt fidem christi.Et sicut cilicium est aspe
rū ⁊ duꝝ:sic fides christiana videbiꝫ aspe
ra ⁊ dura ꝯsitentibus eā. De hoc habeꝫ
auctas Apli.2.Thes.2.Reuelabiꝫ ille ini/
quus cuius est aduentus ꝺm operationeȝ
sathane in omni virtute ⁊ signis ⁊ ꝓdigijs
mēdacibus.⁊ in omni seductione iniquita
tis his qui pereunt.B.Aug⁹ dicit ꝙ opa
antichristi possunt esse signa mendacij. vel
qꝛ morales sensus ꝑ fantasmata decepti
rus sit vt qđ nō facit facere videaꝫ. vel qꝛ
si sint vera ꝓdigia.ad mēdacium tn̄ ꝑtra/
hent credituros. Cōcordat.b. Tho. in.i.p.
q.114.ar.4.in rn̄sione ad primum.⁊.2.ar.
Nam vt ait.b.Aug.20. de ci.dei. Nihil h̄
difficile tangit.Nō enim q̄si ignis de celo
cecidit.⁊ tantam familiā cum tantis gregi
bus pecorū scti Job impetu consumpsit. ⁊
turbo irruens ⁊ domū deijciens filios eius
occidit.fantasmata fuerunt: que tn̄ fuerūt
opera sathane.cui deus dederat hanc po/
testatē ⁊c.Uideamus ergo practicā. Pri
mo nāq̄ȝ faciet ignem descendere de celo.i.
de spera ignis in terrā opatione diaboli.
qui hoc pōt facere deo nō impediēte: sicut.
fecit ad cōburendum aialia Job Job.i.Et
visoꝝ hoc miraculo o quot hoīes ⁊ gentes
cadent in errorē.Auctas.Uidi aliam be/
stiam ascendentem de terra ⁊ fecit signa
magna:vt etiā faceret ignem de celo descē/
dere in terram in cōspectu hoīum Apoc.13.
Nota De celo.i.de spera ignis vt dixi:quia
in celo non est ignis. ¶Scđo faciet loqui
imagines:vt probatur Apoc.13.Et pueros
quos interrogabūt dicētes.Dicatis nobis
veritatē de isto dn̄o ꝗ venit nouissimus an
sit saluator:⁊ diabolus mouebit labia ⁊
formabit verba dicēdo ꝙ iste est verus sal
uator mundi.Ex hoc cadent multi in erro/
rē:christiani aūt nullum faciēt miraculuȝ.
¶Tertio ostēdet ꝙ mortuos suscitabit.Itē
ꝑ artem magicā simulabit se mortuum ⁊
ferreꝫ a demonibus in aera quasi ascēdat
in celū.⁊ sic putabiꝫ ab hoībus resurrexisse
qui prius putabaꝫ mortuus.⁊ sic tunc mi/
rabunꝫ populi ⁊ adorabūt atq̄ȝ laudabūt.
Un̄ super illud Apoc.13.Et plaga mortis
eius curata ē:dicit Glo.Arte magica ascē/
det antichristus in aera ferentibus eū de/
monibus.Faciet etiam antichristus subito
arbores florere.arescere.mare turbari.na/
turas in diuersas figuras mutari.hoc tn̄
nō existēte sed apparente.qꝛ ꝙ vna res in
aliā mutetur sine ministerio nature compe
tit soli deo:vt.26.q.5.Epi.Et.c.Nec miꝝ.
Nota de virgis magoꝝ pharaonis conuer
sis in colubres ⁊c.Dic pratice.ꝙ christiani
multi videntes ꝙ p̄dicatores āntichristi fa
cient ignē de celo descendere ⁊ imagines ⁊
infantes loqui.vt dictū est:dicēt eis. Non
ista sunt falsa miracula.sed suscitare mor/
tuos sicˀ xp̄s fecit.Et illi dicēt placet.Queȝ
vultis vt suscitem vobis.patrem vel ma/
treȝ ⁊c: Sic.Tunc aperta sepultura veni/
ent demones inuisibiliter ⁊ in corporibus
simulatis patris ⁊ matris apparebunt fi/
lijs ⁊ osculabuntur ⁊c.O quot cadent. O
quantus error tunc regnabit in mūdo. Iō
de his falsis miraculis ⁊ ꝓdigijs auisauit
nos christus:di.Surgent pseudo christi ⁊
pseudo ꝓphete ⁊ dabunt signa magna ⁊
prodigia:ita vt in errorem inducanꝫ etiā
si fieri pōt electi. Ecce p̄dixi vobis Mat.
24. Sed h̄ queritur quare hoc permit/
tet deus.Uide supra:Uel dic ꝙ ratio est
per regulam scripture dicentis. Per que
quis peccat:per hec ⁊ torquetur Sapiē.xi.

Et q2 hodie vt plurimũ christiani credunt mendacijs ꝛ fallacijs demonũ recurrendo ad diuinos. magos. ꝛ sortilegos: ideo deus pmittet vt mẽdacijs credant. Hic pratice: quõ qñ aliquis perdit aliquá rem. vel h3 filiu3 infirmũ recurrit ad magos ꝛc. Hác rationẽ ponit apl's: di. Reuelabit ille iniquus cuius est aduentus ſm operatione3 sathane in omni virtute ꝛ signis ꝛ pdigijs mẽdacibus. ꝛ in omni seductione iniquitatis his qui pereunt. eo ꝙ charitatẽ veritatis nõ receperunt. vt salui fierent: ꝛ ideo mittet illis deus operationem erroris vt credant mendatio ꝛc. 2 Thes. 2.

¶ Tertius modus erit per tormenta terrẽtia: que notant cum di. Et luna facta ẽ tota sicut sanguis. Per luná denotatur ecclesia. Et rõ: q2 luna illuminat a sole: sic ecclesia a xp̃o ꝛ eius apl'is: quoꝝ doctrina fulget ecclesia vt sole luna. Hec luna. s. eccl'ia vniuersalis fiet sicut sanguis: q2 sanguis christianoꝝ effundet p tormẽta terribilia: q̃ inferet eis pfidus antichristus. Erunt. n. multi christiani sc̃ti ꝛ deuoti q nõ credẽt illis falsis miraculis: de qb9 supra dictum est. imo stabunt fortes in fide christi. Contra istos ergo antichristus insurget cũ multis psecutionibus. Primo nãq3 faciet preconizari ꝙ nullus christianus possit vẽdere aut emere aliquid ꝛc. Et dñi mũdi hoc seruabũt: q2 oẽs sequent antichristũ. adeo ꝙ nullus audebit xp̃m vel virginẽ mariá noiare sub pena mortis. Auctas. Et faciet oẽs pusillos ꝛ magnos. ꝛ diuites ꝛ pauperes. ꝛ liberos ꝛ seruos. hr̃e caracterem in dextera manu aut in frontibus suis. neq3 possit vendere aut emere nisi q habeat caracter. aut nomẽ bestie. aut numerũ nois eius Apoc. i3. Nota Caracterẽ. i. signũ aliqđ: ad lr̃am: vt obediẽtes sibi cognoscant ꝛ alij interficiant: aut nomen bestie. i. ꝯfessionẽ oris. aut numerũ nois eius. i. multiplicationẽ operum. sicut exponit in cõpẽdio theologie. Et eriget idolum imponens ei nomen maozim. i. p̃sidium: ꝛ ponet edictum ꝙ qlibet malefactor fugiens ad ipsum fit securus ꝛ impunitus. De quo idolo habetur Dañ. xi. Deum patrũ suoꝝ non reputabit. deũ aũt maozim in loco suo venerabit. qđ verbum ꝯuenit tam Antiocho q̃ antichristo: vt dic ibi magister historiaꝝ. Maozim enim p̃sidium sonat. ꝛ antiochus in ierusalem presidiũ posuit ꝛ idolũ iouis. Antichristus vero diabolũ vt deum presidẽ suũ venerabit. Hec ille. Sed ꝯ hoc videt: q2 vt di. 2. Thes. 2. Ipse faciet se adorari ostendens se tanq3 sit deus: quõ ergo adorabit ipse diabolũ: nisi dicat ꝙ ipse occulte adorabit diabolũ. sed manifeste se faciet adorari. Scđo faciet christianos quos tunc inuenies fortes tormentari: intñ ꝙ tormenta primorum martyꝝ. s. Bartholomei. Laurentij ꝛc. parua fuerunt respectu ipsorum: quia durabunt multo tempore scindendo mẽbrũ corporis p articulos successiue ꝛc. Tertio inferet martyrium cordis: quia coram patre ꝛ matre faciet filios capi. Et interrogabit quis est verus messias: Si dicent ꝙ iesus christus ꝛc. tunc coram parẽtibus occident filios ꝛc. Ecce quanta tribulatio. De qua dominus prenũciauit: di. Erit tunc tribulatio magna qualis nunq3 fuit ab initio mundi vsq3 modo. neq3 fiet. ꝛ nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi Mat. 24. Nota Breuiabuntur. quia sicut legitur Dañ. 7. ꝛ. xi. Itẽ Apoc. 7. ꝛ. xi. ꝛ. i3. antichristus solu3 regnabit tribus annis cum dimidio.

¶ Quartus modus erit per argumenta insolubilia: quod notatur cum dicit. Stelle celi ceciderunt super terrá. sicut ficus emittit grossos suos cum a vento mouetur: ecce quartus modus. s. disputationum: quia verba non sunt nisi ventus. Hic practicam disputationis. Dicent enim predicatores antichristi toti populo congregato ad audiendum. Bone gentes vt sciatis ꝙ nostra doctrina est vera: quia veritas non habet angulos. ideo arguo sic: ꝛ facient argumenta maxima. qbus christiani doctores nescient rñdere duplici ratione. Prima q2 diabolus loquetur per ora eorum ꝛ ligabunt ora christianorũ permittente deo. propter malam vitam lr̃atoꝝ: quia nõ querũt nisi gloriam mundi: qui enim potest ligare lenam. i. animam bene potest ligare ouem. i. linguam: que non est nisi frustum carnis.

Scđa ratio est: q2 iste disputationes vt plurimũ erunt de biblia super textu scri/

p̄tūre ⁊ prophetarum de quibus magna est
ignorantia inter doctores christianos nūc.
Jam hodie magistri in theologia aut parū
aut nihil sciunt: sed vadunt post cisternas
aridas phoꝝ ⁊ poetaꝝ: ⁊ qñ incipiūt stu-
dere incipiunt ab aristotile: ⁊ ideo maxima
ignorantia de biblia erit tunc tēpore anti-
christi apud tales doctores ⁊ magistros.
Jdeo stelle .i. doctores ecclesie cadent suꝑ
terram: q2 perdent fidem: ⁊ adherebūt de-
siderijs terrenoꝝ. Auctas de hoc. Et eleua
bitur ⁊ magnificabitur aduersus omnem
deum: ⁊ aduersus deum deoꝝ loquetur ma-
gnifica Dañ. xi. Nota Magnifica .i. insolu-
bilia argumēta quātuꝫ ad homines. Nota
Deum deoꝝ .i. angeloꝝ. Jtem Dañ. 7. Ser
mones cōtra excelsum loquetur: ⁊ sanctos
altissimi cōteret ⁊c. Et sic nota ꝙ per defe-
ctum sciētie scripturarum populus chri-
stianus pro magna parte perdetur: iuxta
illud Jsa. 5. Propterea captiuus ductus
est populus meus: quia nō habuit sciētiaꝫ.
Remedium est ergo vt nō queramus cum
eis de fide: quia pro vna ratione quam ꝓ
fide adducimus ipsi adducent. 20. sed fun
demus fidem nostram in auctē christi: ⁊
apostolorum ⁊ ecclesie dicendo. Nolo di-
sputare per rationes sed ita credo: q2 ita
christus reuelauit ⁊c. Unde .i. Cor. 2. Fi-
des nostra non sit in sapientia hominum:
sed in virtute dei. Propterea debem9 sym
boluꝫ apostolicū dicere quolꝫ mane ⁊ sero.
Unde Ro. io. Sed confitearis in ore tuo
dominum iesum christum. ⁊ in corde tuo
credideris. ꝙ deus excitauit illum a mor-
tuis: saluus eris. Corde enim creditur ad
iustitiam. ore autem confessio fit ad salutē.
Sic faciebat Dd dicendo. Credidi ꝓpter
quod locutus sum: ego autem humil. sum
nimis. Nota Credidi .s. in corde. ꝓpter qd
locu. sum .s. ore confitendo. Ego autem hu-
mil. sum ni. i. valde per operationem: sine
qua fides mortua ē Jac. 2. Uel dicit Ego
aūt humi. sum ni. quia ad hoc vt homo ve
re credat: oportet humiliare intellectuꝫ: iux
ta illud. 2. Cor. io. Jn captiuitatem redigē
tes omnem intellectum in obsequium. Et
sic patet quartus modus.
¶ Quintus modus erit per dona pla-
cabilia: qui notatur ibi. Et celum recessit
sicut liber inuolutus .i. disquaternatus: q2
per promissiones tēporales ⁊ dona ab an-
tichristo facta celuꝫ recedet. quia pauci cu-
rabunt de celo .i. de promissionibus celesti-
bus a christo factis. sed de promissionibus
antichristi. Dic practice: quomodo antichri
stus mittet discipulos suos per mūdū: qui
predicabunt aliquas veritates .s. ꝙ finis
mundi instat. ideo preparent se singulariter
per opera mīsericordie ⁊ pietatis. que multū
placent deo: ⁊ vt credatis nobis non soluꝫ
verbo sed etiā opere predicamus. Si inter
vos sint alique persone indigentes veniāt
ad nos ⁊ faciemus ei misericordiam ⁊ ele
mosynas. Dic pratice: quō mulieres vidue
dicent ad inuicem. Cōmater audistis vos
istos sanctos hoies? Jdeo eamus ad eos: ⁊
nō solum vidue sed etiam milites ⁊ scuti-
feri pauperes. qui omnia expendunt in va
nitatibus venient ad eos qui dabunt eis
denarios in copia: tunc dicent gentes. ⁊ isti
sunt boni predicatores qui dant nobis. ⁊
non illi qui semper petunt. Jntm̄ ꝙ tunc
gentes nolent audire sermones fratrū pre
dicatorum imo deridebunt respectu illorū.
Tunc dicet vxor viro: quare vos non va-
ditis ad istos sanctos homines: vt dent vo
bis sicut vicinus vester iuit. ⁊ habuit, tm̄
ab eis. ⁊ modo iam maritauit filiam suaꝫ.
⁊ est etiam diues cum ante fuerit pauꝑ ⁊c.
Jsto modo habebit oēs auaros. Jtem da
bit honores. prelationes. ⁊ potestates. amo-
uendo reges ⁊ principes sibi inobediētes.
⁊ alios sibi obedientes cōstituendo. Et isto
modo habebit omnes superbos. Dañ. pen̄.
Multiplicabit gloriam ⁊ dabit illis pote-
statem. Uide infra. Unde Apoc. i3. Uidi
bestiam ascendentem de terra .i. antichristū
habenteꝫ capita. vij. i. principes vniuersos.
⁊ cornua. x. i. eos qui impugnant decalo-
gum. Jtem dabit abundantiam ciborum
⁊ escarum: di. Comedatis ⁊ bibatis. Qua-
re sunt facte esce iste? Uester iesus chri-
stus pauper ⁊ mendicus prohibuit ne co-
mederetis ⁊c. quia non poterat habere
talia. De anno amouebit quadragesimaꝫ.
de mēsibus quattuor tempora. de hebdo-
mada diem veneris. de festis vigilias. ⁊ sic

habebit sub se oēs gulosos. Itē dabit de-
lectationes carnis: nam ⁊ ipse luxuriosissi-
mus erit: iuxta illud Dan̄. xi. Et erit in con
cupiscentijs feminarum: Quis dicat magister
historiarum ꝙ illud de antiocho tm̄ intelligē
dum est. Nam antixp̄s castus erit ad simi
litudinē religionis. Sed in cōpendio theo-
logie dicit ꝙ erit luxuriosus: sed ostendet
se castum exterius. Item franget oēm ma-
trimonij legem. licētiabit clericos ⁊ religio
sos vt ducant vxores. O dicent mali cleri-
ci ⁊ religiosi: iste est bon⁹ dn̄s: viuat. Heu
q̄ntum tardauit: vtinam ante venisset. Et
ipse ꝓuidebit oībus de pecunijs. ⁊ isto mo
do habebit oēs luxuriosos. Heu dolor. Et
qs remanebit cum xp̄o. De hoc hētur pro-
phetia: di. Multiplicabit gloriam ⁊ da-
bit eis potestatem in multis. terrā diuidet
gratuito. Et īfra. Dn̄abitur thesaurorum au
ri ⁊ argenti Dan̄. xi. Tandem in tantā su-
perbiam eleuabitur in malum sui ⁊ mūdi:
ꝙ faciet edificari templum in hierusalem.
⁊ ibi faciet se adorari sicut deum. Unde
Apl's. 2. Thes. 2. Reuelabitur aūt hō pec
cati filius ꝑditionis qui aduersatur ⁊ ex-
tollitur supra omne qđ dicitur deus aut co
litur: ita vt in templo dei sedeat osten-
dens se tanq̄ sit deus. Item deueniet ad
tantam dementiam ꝙ supra montem oli-
ueti ascendet: ⁊ suum tabernaculū eriget
⁊ pro deo faciet se adorari. Dan̄. xi. Ue-
niet in multitudine magna vt cōterat ⁊ in
terficiat plurimos: ⁊ figat tabernaculū suū
inter duo maria. i. inter mare mortuum ⁊
adiacentia. ⁊ super montem inclytū ⁊ san
ctum i. in montem oliueti: ⁊ veniet vsq; ad
summitatē eius. i. ad locum vnde dn̄s ascē
dit. Durabit aūt persecutio antixp̄i tribus
annis cum dimidio: iuxta illud Dan̄. 12.
Usq; quo finis ipsorum terribilium. Et in
fra. In tempus ⁊ tempora ⁊ dimidiū tem-
poris. Unde Apoc. xi. Ciuitatem sanctam
calcabunt mensibus quadraginta duob⁹.
Tandē ꝓuocabit istis ꝑuersissimis ⁊ dia-
bolicis modis contra se iram dei qui occi-
det eum: iuxta illud Apli. 2. Thes. 2. Tūc
idest in fine mundi: vel post discessionem
gentium a populo romano. reuelabitur ille
iniquus. s. antixp̄s: quem dn̄s Jesus inter-
ficiet spū oris sui ⁊ destruet illustratiōe ad
uentus sui. Sup quo textu dicit. Glo. Spū
oris sui. i. potentia visionis sue siue per se
siue per michaelem. Nam s̄m magistrum in
historijs: q̄n ipse antixp̄s super thronum ab
eo paratum. s. in monte oliueti sedebit vt
eum oēs tanq̄ verum deum adorent. au-
dietur vox in aere siue sit vox christi siue ar-
changeli michaelis: que dicet. Morere: ⁊
statim fulminabitur antichristus. ps. 9. In
sidiatur vt ra. pau. ra. pau. dum att. eum. In
la. suo humi. eu. incli. se ⁊ ca. cum dn̄a. su.
pau. ⁊c. pauperem. i. populum christianum
Ita ꝙ s̄m doctores tardum occidetur in
monte oliueti in illo loco supra quem dn̄s
ascendit ad celos: illo interfecto: nec statim
veniet christus. sed vt ex daniele itelligitur.
concedentur electis ad pn̄iam dies quadra
ginta quinq;: q̄ntum aūt post. penitus ignora
tur. Hoc Glo. De hoc aūt vide infra s̄mo-
ne primo ꝑte. i. Rogemus ergo dn̄m vt si-
mus fortes ⁊ cōstantes in fide. vt nulla ad
uersitate ab ea cadam⁹ ⁊ auellamur: ⁊ nul
lis tentationibus a dn̄o sepemur. Prestante
d. n. Je. christo. qui cum patre ⁊. s. s. vi. ⁊ re-
gnat per infi. sc. Amen. Finis.

¶ De conflagratione mundi. Ser. 25.



Ides tua te
saluū fecit. Luc. 18. ¶ Ser
mo noster erit de eo quod
erit post mortem antichri
sti. s. de ꝯflagratione mun-
di ⁊c. Pro declaratione ⁊c. Sciendum ꝙ
in sacra scriptura inueniuntur due genera-
les cōflagrationes huius mundi. Prima
que fuit per diluuium aque tempore noe: ⁊
hec iam est preterita. Scđa est ventura q̄
erit per diluuium ignis. Rōnem assignat. s.
Tho. in. 4. di. 47. q. 2. ar. i. q. 2. ad scđm
qa tempore noe tantus fuit ardor carnali
tatis ꝙ ois caro corruperat viā suam luxu
riando. in tm̄ ꝙ hoies dabant se ad peccan
dum cum mulieribus ⁊ demonibus succu-
bis in forma mulierum: ⁊ econuerso mu-
lieres cum hoibus ⁊ demonibus incubis
in forma virorum: ideo qa diluuium debe
bat mitti ad purgationem infectionis pec-
cati: congruum fuit vt contra illum ardo-
rem carnalitatis mitteretur diluuium per
aquam: qa contraria contrarijs curantur

Unde dicit scriptura Gen.6. Videns autem deus quod multa malitia hominum esset in terra. et cuncta cogitatio cordium intenta esset ad malum omni tempore, penituit eum quod hominem fecisset in terra. et precauens in futurum et tactus dolore cordis intrinsecus. delebo inquit hominem quem creaui a facie terre. ab homine usque ad animantia a reptili usque ad volucres celi. penitet.n.me fecisse eos Gen.6. Nota Usque ad animantia: quare hoc. cum illa non peccauerint: Responsio ad detestationem criminum hominum que facta fuerunt in terra. deleta sunt animalia que habitabant in terra. et volucres celi que accipiunt ibi pastum. et sic fit proditori committenti crimen lese maiestatis: quia non solum ipse proscribitur sed etiam domus sua tota destruitur. Pisces autem habitantes in aquis non sunt mortui per diluuium: quia peccata hominum non fuerunt facta in aquis: secundum Nicolaum de lyra. Nota Penitet.n.me etc. Sed contra Numeri.23. Non est deus quasi homo vt mentiatur: neque vt filius hominis vt mutetur. Responsio secundum Nicolaum de lyra ibi: penitentia et dolor et cetere passiones nullo modo sunt in deo: secundum rem sed secundum modum.i. secundum similitudinem. Et ideo dicitur penituisse quia ad modum penitentis se habuit volens dissipare quod prius fecerat. Et sic etiam dum dicitur. Tactus dolore cordis intrinsecus etc. quia ad modum dolentis se habuit delendo hominem quem fecerat ad imaginem suam secundum eum: concordat.b. Tho.in.i.par.q.19.ar.7.ad primum. Diluuium autem ignis quod expectamus.erit propter aliam causam: quia licet in fine mundi regnaturum sit vitium luxurie: tamen deus reputabit se magis offensum et magis iniuriatum quia ipse tantum dilexit nos quod amore nostri fit incarnatus et passus etc. et nos non diligimus eum. presertim in fine mundi in quo regnabit maxime vitium tepiditatis quasi mundo iam senescente. Ideo Mat.24. Quoniam superabundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum: ideo tunc conuenienter purgatio fiet per ignem. Et hoc est quod dicit Christus Mat.24. postque enim dixit. Quoniam super. ini.re. ca.mul subdit. Qui vero perseuerauerit usque in finem saluus erit. et predicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus et tunc veniet consumatio Mat.24. Sed nota: quod iste tertius multiplicem habet declarationem iuxta multiplicem generalem predicationem euangelii in vniuerso mundo. Nam primo predicatum fuit per apostolos omni creature: iuxta preceptum Christi Mat.vlti. quod preceptum tempore apostolorum fuit factum et adimpletum: vt patet Col.i. iuxta principium: vbi dicitur. Uerbum veritatis euangelium peruenit ad vos sicut et in vniuerso mundo. et fructificat et crescit. Et ibidem iuxta finem capituli. Euangelium audistis quod predicatum est in vniuersa creatura que sub celo est. Item Ro.x. In omnem terram exiuit sonus eorum. Et tunc veniet consumatio gentis iudaice et destructio Jerusalem per Titum et Uespasianum. Secundo fuit predicatum euangelium et adhuc predicatur continue per ordines sanctorum Dominici et Francisci in vniuerso mundo. Et post istam predicationem ventura est statim consumatio et destructio huius mundi per antichristum et suos.

Tertio predicabitur euangelium christi in vniuerso mundo post mortem antichristi per fideles aliquos qui in vnaquaque gente erunt mirabiliter conseruati a deo ad conuersionem aliorum: et tunc veniet vltima mundi consumatio. Et de ista consumatione et conflagratione dicit thema. Dies domini etc. Patet thema etc. Quesiui quomodo veniet iste ignis prauice: et inueni quia Dauid declarat: cui fuit reuelatum: di.ps.96. Ignis ante ipsum precedet: et in flam.in cir.ini eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vi. et commo.est ter. Montes sicut ce.flu.a fa.d.a fa.d.omnis terra. Sunt tres versus. et quilibet versus continet duas clausulas.

¶ Primo ignis cruciatio. Ignis ante ipsum precedet.

¶ Secundo hominum conflagratio. Et infla. in cir.ini.eius.

¶ Tertio fulgurum coruscatio. Illuxerunt cor.ter.

¶ Quarto terre commotio et hominum conturbatio. Commo.est.et contre.f.

¶ Quinto montium liquefactio. Montes sicut ce.flux.

¶ Sexto electorum renouatio. A facie domini mo.est terra.

¶ Prima clausula dicit. Ignis ante ipsum

precedet.s.anteq̃ veniat ad iudiciũ. Pra
tice:postq̃ dãnata mors antix̄pi.erit per
mundũ denuntiata ⁊ diuulgata: mundus
durabit quadraginta q̃nq̃ diebus : quos
x̄ps dabit in spaciũ penitentie. Tũc iudei.
aggareni. teucri.tartari. ⁊ mali christiani
decepti.⁊ oẽs infideles conuertentur ad
x̄pm dicentes. Pro certo non alius salua-
tor est ⁊c̃. Sed tot erunt diuitie ⁊ delitie p
antichristum dimisse. ꝙ pauci conuertẽtur
ad bonam vitam.lʒ conuertant̃ ad bonam
credentiam. Cogitate q̃ñ religiosus q̃ ha
bebit tres vel quattuor vxores tot filios
⁊ filias.mille vel duo millia ducatorum in
redditibus:poterit redire ad claustrum ad
comedendũ caules ⁊ similia sine oleo ⁊c̃?
Immo dicet bene stamus. Si iste dñs no-
ster fecit malum finem:etiam christus fuit
crucifixus ⁊c̃.⁊ venient christiani fideles
qui latuerunt in montibus ⁊ desertis cla-
mando ⁊ predicando. Conuertimini ⁊c̃. ⁊
deridebunt eos:di.ideo isti predicãt: vt fa
ciamus eis ꝑtem bonoꝝ nostroꝝ. Sʒ post
45.dies continget mundo sicut dñs noster
Iesus x̄ps dixit Luc̃.17. Sicut factum est
in diebus noe:ita erit in diebus filij hois.
Edebant.bibebant.vxores ducebant.⁊ da
bant̃ ad nuptias vsq̃ in diẽ qua intrauit
noe in archam: ⁊ venit diluuiũ ⁊ perdidit
oẽs. Silr̃ sicut factum est in diebus Loth.
Edebant.⁊ bibebant.emebant ⁊ vende-
bant.plantabant ⁊ edificabãt.qua die au
tem exiuit Loth a sodomis pluit ignem ⁊
sulphur de celo : ⁊ omnes perdidit. Scd̃m
hec erit:qua die filius hominis reuelabit̃.
In illa hora qui fuerit in tecto.⁊ vasa eius
in domo.nec descendat tollere illa ⁊ qui in
agro similiter non redeat retro:memores
estote vxoris Loth. Item Apl̃s.i.Thes̃.5.
De tp̄ibus autem ⁊ momentis fratres nõ
indigetis vt scribam vobis. ipsi.n. diligen-
ter scitis : quia dies dñi sicut fur in nocte
ita veniet. Cum autem dixerint pax. pax ⁊
securitas : tunc repentinus eis superueniet
interitus.sicut dolor in vtero habentis. ⁊
non effugient. Igitur post.40.dies. sed q̃n-
tum post nescitur.ignis accendetur in quat
tuor partibus mundi.s.in oriente.occiden
te.septentrione. ⁊ meridie. ⁊ curret subito
vt fluuius aque. Dicunt doctores ꝙ ille

ignis veniet ad purificandum mundũ pro-
pter iudicium futurum. Da similitudinem
de magna domo corrupta ⁊ fetida ꝑpter
habitationem bestiarum ⁊c̃. In qua conci
lium generale debet in mundo teneri. in
qua erit papa Iesus christus cum cardi-
nalibus.⁊ ep̄is.⁊ imperator idem Iesus
cum regibus ⁊ ducibus.baronibus.⁊ regĩ
na celi.erit in isto concilio ⁊c̃. Iere.23. Ec-
ce dies veniunt dicit dñs:⁊ su.dd̃ ger.iu.⁊
faciet iu.⁊ ius.in terra. Nota In terra.ideo
purificabitur per ignem ⁊c̃. Nota Suscita
bo. Nunquid dormit modo christus? Vi-
detur ꝙ sic : quia multa peccata fiunt que
non punit modo:⁊ ideo videtur dormire
sed tunc punientur:⁊ ideo dicit Suscitabo
Quare autem sit necessarium ꝙ terra puri
ficetur per igneʒ:ratio est:q̃a est immunda
q̃a in ea habitauerunt ⁊ habitant bestie.s.
porci.leones.vrsi.⁊c̃. Nam q̃ viuunt s̃m ra
tionem sunt homines:qui vero viuũt s̃m
sensualitatem sunt bestie.aliqui leones vt
superbi:aliqui vulpes vt auari:aliqui por-
ci vt luxuriosi: aliqui basilisci ⁊ vipere vt
inuidi:aliq̃ lupi vt gullosi : aliqui canes vt
iracundi:aliqui asini vt accidiosi.p̄s. Ho-
mo cum in ho.e.non intel̃.comp.est. iu.insi.
⁊ si.fac.est illis. Propter hoc ergo : q̃a do-
mus huius mundi est corrupta.immunda
⁊ fetida.necesse est ergo vt mundetur ⁊ pu-
rificet̃ per ignem. Ecce ergo quomodo ter-
ra purgabitur per ignem. De hoc prophe-
tia Malachie.3. Ecce veniet dicit dñs exer
cituum: ⁊ quis poterit cogitare diem aduen
tus eius? Et quis stabit ad videndũ eum?
Ip̃e enim quasi ignis cõflans ⁊ quasi her
ba fullonum:⁊ sedebit conflans ⁊ emun-
dans ⁊c̃. Ecce prima clausula.

¶ Secundo:conflagratio hominum ⁊c̃.
Dicunt doctores ꝙ ille ignis accendet̃ ad
quattuor partes mundi non naturaliter:
sed dei virtute : ⁊ vnietur simul ignis qui
accendetur in oriente cum igne qui accen-
detur ad meridiem ⁊c̃. ⁊ sic de alijs parti-
bus etiam inflamabit in circuitu inimicos
dei. Questio est hic : qui sunt inimici dei?
Sed cito poterimus scire viso q̃ sunt ami-
ci:quia contrariorum eadem est disciplina.
Qui autem sunt amici dei : declarat ipse
christus deꝰ ⁊ homo Io.15.di. Vos amici

mei estis si feceritis que ego precipio vobis. ergo a contrario. inimici dei sunt omnes illi qui faciunt contra diuina precepta: sicut sunt illi qui recurrunt ad diuina. Itē illi qui periurant in iudicio vel extra. Item qui non seruant festa ⁊c. Item de aliis preceptis. Luc. 19. Inimicos meos dico illos qui nolunt me regnare super se. Tales ergo inflamabuntur illo igne. Sed dices tu: nonne etiam boni ⁊ amici dei illo igne inflamabunt ⁊c.? Rn̄o: vniuersalis sententia doctorum est: q̄ tam boni q̄ mali. tam iusti q̄ peccatores. occidentur illo igne sed diuersimode: quia iusti ⁊ amici dei sine dolore morientur per ignem: sicut legitur de illis. quinquaginta rhetoribus in legenda beate Catherine: dicit tamen Petrus de palude in. 4. di. 47. ar. 3. in fine. q̄ boni nō affligentur illo igne: nisi forte q̄tū pro peccato originali. etiā mors naturalis aliquē dolorem habet sensibilem. vel si affligentur plus sicut martyres proderit eis ad premium. sm̄ eum. Sed inimici dei occidētur ab illo igne: ⁊ cum maxima pena ⁊ dolore morientur: quia iam hic incipiet eis pena damnationis eterne: iuxta illud Deut. 32. Ignis succensus est in furore meo: ⁊ ardebit vsq; ad inferni nouissima. Illi vero qui habebunt aliqua venialia vel imperfectiones. vel de mortalibus nondum in toto satisfecerunt. occidentur illo igne. ⁊ deus dabit eis tantam penam q̄tam haberent sustinere in purgatorio per centum. vel. 20. vel. 30. annos. De hoc auctoritas ⁊ prophetia Mala. vltio. Ecce dies veniet succensa quasi caminus. ⁊ erunt omnes superbi ⁊ omnes facientes impietatem stipula. ⁊ inflamabit eos dies veniens. dicit dominus exercituum: que non relinquet eis radicē ⁊ germen. ⁊ orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitie. ⁊ sanitas in pennis eius ⁊c. Nota Stipula. i. palea que quando ardet stridet: sic tunc peccatores stridebunt clamando emittentes fumum nigrū maledicendo deum patrem. ⁊ matrem ⁊c. Germina: sunt filii. filie. ⁊ amici. Radices vero bona temporalia: q̄a oīa illo igne cōburentur. Uobis aūt ti. nom me. ori. sol iustitie: quia sicut ortus solis dat consolationem: sic xp̄s in illa die consolabitur bonos ⁊ amicos suos. ¶ Tertio fulgurum coruscatio ⁊c. Quia quando ignis ille incipiet inflammari tunc fulgura exibunt ⁊ discurrent ab vno capite mundi vsq; ad aliquid occidendo omnes hoīes ⁊ destruendo ciuitates. castra. villas ⁊c. O qualis festinantia erit tunc ad emendandum vitam: sed nihil proderit quia timore seruili fiet ⁊c. Dic praticam: quomodo multi barones ⁊ alii querent inimicos suos ad faciendum pacem. Item vsurarius tot⁹ pauidus ⁊ tremēs dicet. Uidistis talem ⁊c.? Et quid vultis facere d' illo? Uolo restituere ⁊c. Et portabit bursam plenam ⁊c. Ne gra ne gratia quia tunc aurum ⁊ argentum nihil valebunt: quia omnia comburentur ⁊c. Item episcopus ⁊ clericus habentes beneficium vel prelaturam symoniace: querent illud resignare. Item mulieres tunc deponent vanitates: sed parum valebit quia timore facient ⁊c. Dic pratice: quomodo accipient forfices vt incidant caudas. Item religiosus qui non seruauit regulam ⁊c. tunc diligenter queret regulam ⁊ constitutiones vt sciat ad que obligatur ⁊c. Item sacerdos ⁊ clericus qui non dicit officium: nec habet breuiarium ⁊c. sed bene habet balistam ⁊c. querent breuiarium emere ⁊cet. Item de luxurioso vt relinquat concubinam ⁊c. Auctoritas de hoc. Pugnabit cum illo orbis terrarum: contra insensatos Ibunt directe emissiones fulgurum: ⁊ tanquā a bene curuato arcu nubium exterminabuntur ⁊c. Sap. 5. Nota Contra insensatos. i. peccatores qui non sequuntur sensum. i. intellectum et rationem. sed contra rationem viuunt sine sensu. Sapientes ergo dicent: nihil contra nos. Nota q̄ sunt multi insensati qui putant se esse sapientes ⁊c. propter hoc dicit pugnabit contra insensatos: et declarat qualis pugna erit: dum dicit. Ibunt ⁊cet.

¶ Quarto terre commotio siue hominum conturbatio ⁊ce. Et loquitur in preterito propter certitudinem prophetie. Sed quare? Ecce tunc gentes erunt in deliciis. comedendo. et bibendo. et luxuriando. dicendo. Pax pax: nunquam ita

bene fuit nobis ⁊c. ⁊ subito erũpet vnus terribilis ⁊ maxim⁹ sonitus. Ita ꝙ omnes terrebuntur sicut vna bombarda. Auctas Mat.24. Sicut aũt in diebus noe: ita erit aduentus filij hois. Sicut enim erãt in diebus ante diluuiũ comedentes ⁊ bibentes. nubentes ⁊ nuptias tradentes vsq; ad eũ diem quo intrauit in archa noe. ⁊ nõ cognouerũt donec venit diluuiũ ⁊ tulit oẽs: ita erit aduentus filij hois ⁊c. Tunc respicient ⁊ videbunt totum mundum cõburi ⁊ ardere. Ecce quõ cõmota est terra. Tunc erunt signa in sole luna ⁊ stellis Luc.21 Qꝛ sol. luna. ⁊ stelle. nõ poterunt videri ꝓpter fumum nigrũ: qꝛ si nubes hoc ĩpediunt: q̃to magis fumus nigerrimus? Tunc in terris erit p̃ssura gentium. Mare etiã ardebit bulliendo ad instar caldare bullienť. Ideo dicit Pre cõfusione maris. s. bullienť. ⁊ fluctuũ. s. vndaꝝ. Boni vero nõ timebũt timore seruili: imo gaudebunt: qꝛ timoꝛ filialis ⁊ reuerencialis ꝑmanet in seculum seculi: etiam in ãgelis. Gaudebũt ergo boni: sicut si rex vel imperatoꝛ transiret cum maximo exercitu ad aggarenos ⁊c. Aggareni multum timerent ⁊c. Sed christiani captiui gaudent qꝛ expectant liberationẽ ⁊c. Sic boni sunt quasi captiui in hoc mundo: qꝛ nõ curant de mundo ⁊c. sed mali tristabunť ⁊ timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini ⁊ vespere delectabis p̃s. 64. Nota Exit⁹ mat. ⁊ ves. del. qꝛ boni delectabuntur vt exitus matutini ⁊ vespere: qꝛ illa dies erit principiũ diei alterius mũdi: ⁊ vespere. i. finis huius mundi quia tũc finietur.

¶ Quinto montiũ liquefactio ⁊c. Sicut modica cera statim liquescit posita in magno igne: sic tunc omnes montes liquescẽt. ⁊ planabuntur. Montes a fundamentis mouebunť cum aquis. ⁊ petre sicut cera liquescent ante faciem tuã: qui aũt timẽt te magni erunt apud te ꝑ omnia. Ve gẽti insurgẽti suꝑ genus meũ Judith. vl. Quid dicent tunc hoies qui posuerũt totã spem suã in hoc mundo? Dicet tũc vnus. Heu miser: ego edificaui domum. Et alius dicet. Emi castrum ⁊ ꝓ paradiso nihil expendisti ⁊c. Dicet alius. O miser: ego tenebã tot florenos in capsa. Mulieres etiã plangentes dicent O misera: ego habebam tot tunicas ⁊c. de alijs vanitatib⁹: ⁊ modo totuz cõburiť: ita adeo ꝙ etiã aĩa ⁊ corpus cõburiť ⁊c. Et boni ecõuerso ridebũt: de duobus. Primo de impijs qui totã spem posuerunt in hoc mundo: dicẽtes illud qđ ꝓphetauit psalmista. Videbunt iusti ⁊ timebũt ⁊ suꝑ eum ri. ⁊ di. ec. hõ qui nõ po. d. adiu. su. sꝫ spe. in mul. di. su. ⁊ p̃. in vani. sua. Scđo ridebunt de seipsis gaudentes ⁊ dicentes. Dñe ego nihil perdam: qꝛ nihil habeo h̃: qꝛ totum trãsmisi in alio mundo per lr̃as cambij. i. ꝑ man⁹ pauperꝝ ⁊c. Auctas. Tunc stabunt iusti in magna ꝯstantia aduersus eos qui se angustiauerunt ⁊ q abstulerunt laboꝛes eoꝝ. Videntes turbabũtur timoꝛe hoꝛribili ⁊ mirabunť in mutatione insperate salutis: dicentes intra se: penitentiã agentes. Glo. infructuosam: ⁊ pꝛe angustia spũs gemẽtes. Hi sunt quos habuimus aliqñ in derisuz. in silem ipꝛoperij. nos insensati vitam illoꝝ estimabamus insaniã: ⁊ finẽ illoꝝ sine honoꝛe. Ecce quõ cõputati sunt inter filios dei. ⁊ iter sctõs soꝛs illoꝝ est. Ergo errauimus a via veritatis ⁊ iustitie lumen nõ luxit nobis. ⁊ sol intelligẽtie nõ est oꝛtus nobis. Lassati sum⁹ in via iniquitatis ⁊ perditionis. ⁊ ambulauimus vias difficiles: viam aũt dñi ignoꝛauimus. Quid nobis ꝓfuit superbia. aut diuitiaꝝ iactantia qd ꝯtulit nobis? Transierũt oĩa illa tanq̃ vmbꝛa: ⁊ tanq̃ nuncius pꝛecurrens. Et tanq̃ nauis que pertrãsit fluctuãtem aquã cuius quũ pꝛeterierit nõ est vestigiũ inuenire. neq; semitã carine illius in fluctibus. aut auis que transuolat in aere: cuius nullum inuenitur argumẽtum itineris illius sed tm̃ sonitus alaꝝ verberans leuẽ ventum ⁊ scindens ꝑ vim aerem cõmotis alis transuolans. ⁊ post hoc nullum signum inueniť itineris illius: aut tanq̃ sagitta emissa in locum destinatum. diuisus aer ꝯtinuus in se reclusus est. vt ignoꝛetur trãsitus illius: sic ⁊ nos nati ꝯtinuo desiuimus esse: ⁊ virtutis qdem nullum signuz valuim⁹ oñdere. in malignitate aũt nostra cõsumpti sumus Sap̃.5.

¶ Sexto electoꝝ renouatio ⁊c. Non soluz montes sed etiã tota terra mouebiť. qꝛ nihil elementatũ remanebit. 2. Pe.3. Adue-

niet dies dñi vt fur:in quo celi magno im
petu transient. elementa vero in calore sol
uentur.terra aũt ⁊ que in ipsa sunt opera
exurentur.Nõ est hic aliquoꝝ ignorantiã:
quõ est possibile ꝙ deus destruat totum
mundũ qui cum tanta sapientia ab eo cre
atus est.ps. Quam magnificata sunt ope
ra tua dñe:oĩa in sapientia fecisti.Reᵒ:pro
euidentia nota ꝙ celum ⁊ oĩa corpora ce
lestia nunq̃ destruent̃ q̃tuꝫ ad formas sub
stãtiales:lꝫ enim habuerint principiũ per
creationẽ.tñ nõ habebunt finem ⁊c̃. Vñ
Dauid loquens de celo.sole.luna. ⁊ stellis.
dicit.Statuit ea in eternum:⁊ in seculũ se
culi ⁊c̃.De terra dicit̃ Eccl's.i. Generatio
pterit ⁊ generatio aduenit:terra aũt in eter
nũ stat.Sed quãtum ad qualitates acci
dẽtales bene mutabunt̃.Unde celum nõ
mouebitur.sol vero.luna.stelle.etiã nõ mo
uebunt̃ sed septẽ planete magis lucebunt.
Jsa.30.Et erit lux lune sicut lux solis.⁊ lux
solis septẽpliciter sicut lux septem dieꝝ:in
die qua alligauerit dñs vulnus populi sui.
⁊ percussurã plage eius sanauerit. Terra
etiã ⁊ alia elementa renouabunt̃ q̃tuꝫ ad
ꝯditiones ⁊ operationes accidentales. qꝛ
terra nõ ꝓducet arbores ⁊ plantas sꝫ erit
pura ⁊ alba sicut farina.Jtẽ aqua nõ mo
uebit̃ cessante motu primi mobilis. nec ge
nerabit pisces.Jtẽ aer etiã nõ erit tempe
stuosus.nec nebulosus.nec mittet amplius
grandines.nec pluuiã.ideo dicit christus.
Celum ⁊ terra trãsibunt.s.q̃tũ ad ꝓprieta
tes accidentales Luc.21.Et sic etiã intelli
git̃ illud ps.Initio tu dñe terrã fun.⁊ ope
ra ma.tu.sunt celi:ipsi peri.tu aũt pma.⁊
o.sicut vesti.ve.⁊ sicut op.mu.e.⁊ mu.⁊c̃.
Corpora ergo celestia ⁊ elementa renoua
bunt̃.De qua renouatione dicit scriptura.
Ecce ego creo celos nouos ⁊ terrã nouam.
⁊ nõ erunt in memoria priora Jsa.65. Jtẽ
alia auctas in nouo testõ. Vidi celum no
uum ⁊ terrã nouam.Primũ.n.celum ⁊ pri
ma terra abijt:⁊ mare iaꝫ nõ est Apoc.21.
Elemẽta aũt oĩa destruent̃ etiã q̃tum ad
formas substãtiales per ignẽ ⁊c̃.vt dictuꝫ
est.Nõ ad qõnẽ.Reᵒ qñ deus faciet hoc:
Da similitudinẽ de rege qui obsidet ciuita
tem ⁊ instruit multas machinas ⁊ mures
ad capiendum illam ⁊c̃.cum magna diligẽ

tia ⁊ sapientia: ⁊ postea vero capta ciuita
te destruit machinas illas ⁊c̃. Dices tu:
quare: Reᵒ.qꝛ nõ erant ad alium finem ni
si ad capiendum ciuitatẽ ⁊c̃. ergo deficien
te cã deficit effectus ⁊c̃. Sic in proposito.
Ciuitas gloriosa quã obsidemus:est vita
eterna.ps.Gloriosa dic.sunt de te ci.dei.Et
alibi.Jerusalẽ que edificat̃ vt ciuitas ⁊c̃.
Deus aũt creauit istum mũdum tanq̃ lo
cũ obsidionis:in quo sunt machine ⁊ bõ
barde cõtritionum.sagitte orationũ ad ca
piendum ciuitatẽ illam. Mat.xi. Regnum
celoꝝ vim patit̃: ⁊ violenti rapiunt illud.
Capta ergo ciuitate.s.cõpleto numero ele
ctoꝝ qui sunt scripti in libro dei in carta
alba.dãnati vero in carta nigra.nõ erit ne
cesse esse elementa ⁊ alias qualitates acci
dentales mundi.s.generatiões ⁊ corruptio
nes ⁊c̃.vt supra.sed remanebit mũdus pu
rior.nõ ad bellandum ciuitatẽ illam: sꝫ ad
dandam letitiã beatis in operibus dei: iux
illud Jsa.65.postq̃ dixit.Ecce ego creo ce
los ⁊ terram nouam:subdit. Nõ erunt in
memoria priora ⁊ nõ ascendet super cor:
sed gaudebitis ⁊ exultabitis vsq̃ in sempi
ternũ.in his que ego creo ⁊c̃. Cõsilium er
go do vobis.si deus certissime reuelaret ti
bi ꝙ domus tua esset cito cõburenda: qd
faceres tu. Nunq̃d festinanter mutares ro
bam ⁊ alia bona in aliam domũ.Certe sic.
Jta in ꝓposito.Dẽ nobis reuelauit ꝙ do
mus huius mundi est cito cõburenda per
ignem vniuersalẽ:ideo ꝯsiliuꝫ accipe. muta
bona tua in aliã domũ.s. alterius mundi
quo cõburi nõ põt.Mutat̃ eũt per elemo
synas ⁊ cetera bona opera misericordie ⁊c̃.
Jstud ꝯsiliũ dedit xp̃s:di. Nolite thesauri
zare vobis thesauros in terra:vbi erugo ⁊
tinea dmolit̃:⁊ vbi fures effodiũt ⁊ furãt̃.
Thesaurizate vobis thesauros in celo:vbi
neq̃ erugo neq̃ tinea demolit̃:⁊ fures nõ
effodiũt nec furant̃ Mat.6.Et Luc.12. Fu
res.i.antixp̃s ⁊ sui sequaces.Erugo.i.ignis
conflagrationis. Finis.

¶De iudicio vniuersali. Sermo.26.



Fides tua te
saluum fecit.Luc.18.¶Di
cto supra de duabus tribu
lationibus seu flagellis q̃

sunt precessura iudiciū:nunc segtur videre
de ipso vniuersali iudicio. qd magnū no
bis timorem incutere dz:sicut articulus de
natiuitate magnū amorem. ⁊ articulus de
morte magnā cōpassionē. ⁊ articulus de re
surrectiōe magnā exultationē. ⁊ articulus
de ascensione magnā ꝯfidentiā ⁊ inflama
tionem:⁊ ideo articulū iudicij multum co
gitar debemus. Vñ Hierony. Siue come
dam siue bibā. siue qd aliud faciā: semꝑ vi
det meis auribus intonare vox illa terribi
lis. Surgite mortui. ⁊ venite ad iudicium.
Iudiciū enim cogitādo magnus timor ge
nerat in nobis:ꝑ quē declinamus ⁊ cōpe
scimur a malo. Itē Eccli. 7. Memorare no
uissima tua:⁊ in eternuz nō peccabis. Sa
lutet primo virgo ⁊c. Pro introductione
materie predicande est notādum:ꝙ in sa
cra theologia sit qō quis erit iudex in iudi
cio vniuersali:⁊ difficultas est ꝓpter aliqs
scripture auctes que diuersa videt innue
re. Nam quedā scripture dñt. ꝙ deus ē iu
dex:iuxta illud ps. Deus iudex ius. for. ⁊
pa. Item Deutero. 32. Si acuero vt fulgur
gladium meum:⁊ arripuerit iudicium ma
nus mea:reddam vltionē hostibus meis:⁊
his qui oderunt me retribuam. Quedam
dñt ꝙ christus:sm ꝙ hō erit iudex:iuxta il
lud Act. 10. Hic est qui ꝯstitutus est a deo
iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Quidam dñt ꝙ
iudices erunt oēs sancti:iuxta illud Sap.
3. Iudicabunt sancti nationes:⁊ dñabunt
populis. Itē. 1. Cor. 6. An nescitis qm̄ san
cti de hoc mundo iudicabunt? Pro decla
ratione ergo huius qōnis est notandū:ꝙ
potestas iudicandi siue iudicare pōt cō
petere alicui quincupliciter.

¶ Primo ꝑ modū ꝑncipalis vēdicatiōis.
¶ Scdo ꝑ modū primarie delegationis.
¶ Tertio ꝑ modum assessionis.
¶ Quarto per modum approbationis.
¶ Quinto per modum cōparationis.

¶ Primo ergo modo iudicare cōpetit so
li deo. sancte trinitati. ps. Deus iudex iu
stus:lz ꝑ quādam appropriationē iudicia
ria potestas attribuat ꝑsone filij:iuxta illd
Io. 5. Pater omne iudiciū dedit filio. Et
Act. 10. di de xpo. Hic est qui ꝯsti. ē a deo
iu. vi. ⁊ mor. Quō aūt hoc fit vide. b. Tho.
par. 3. q. 59. ar. 1. vbi assignat rōnē quare po
testas iudiciaria attribuit filio dei: qr ꝓ
prie ipsa forma ⁊ rō iudicij est lex sapiētie
vel veritatis sm quā iudicat:⁊ qr filius ē
sapiētia genita ⁊ veritas a patre procedēs
⁊ ipsum ꝑfecte representans:ideo ꝓprie iu
diciaria potestas attribuitur filio deo.

¶ Scdo modo ꝑ modum primarie dele
gatiōis:iudicare cōpetit soli xpo sm ꝙ hō:
vt expresse di Dan. 7. Aspiciebam donec
throni positi sunt ⁊ antiquus dieꝝ. i. deus
pater sedit. ꝯ. Et ecce cum nubibus celi qsi
filius hois veniebat. ⁊ vsqz ad antiquum
dieꝝ ꝑuenit. ⁊ in cōspectu eius obtulerūt
euz:⁊ dedit ei potestatē ⁊ honorē ⁊ regnū.
In quo innuit potestas iudiciaria. Item
Io. 5. Sicut. n. pr hz vitam in semetipso: sic
dedit ⁊ filio vitam hēre in semetipso. Et po
testatē dedit ei iudiciū facere: qr filius ho
minis ē. Vñ Apoc. 1. di. ꝙ ex ore eius ꝓce
dit gladius bis acutus. Gladius hꝰ:est iudi
cialis potestas xpi ad ꝯdēnandum aias ⁊
corpora reproboꝝ. Innuit igit in his ꝑdi
ctis auctībus potestas iudiciaria hoi xpo
esse delegata:q̄ lz ꝑtineat ad merū iperiuz.
qd nihil aliud est q̄z hēre gladij potestatez
ad aiaduertēdū in facinorosos hoies. ff. d
iurisditione oium iudicū. l. Imperiuz. qd de
iure ciuili delegari nō pōt:vt in. l. i. ff. de of
ficio eius cui māda. est iurisditio. Nihilomi
nus de iure diuino secus:⁊ ēt de iure canoni
co:vt in. c. In archiepatu:de raptore. Et in
c. Eps ne. cle. vel mo. lib. 6. Vñ istud pete
bat Dauid:di. Deus iudiciū tuū regi da:⁊
ius. tu. fi. regis. Et hec delegatio iustissima
rōne facta ē. Quia xps iniuste iudicatus
ē ⁊ ꝯdēnatus:iō meret iniqtū hō esse iu
dex. vt alios iuste iudicet. Et hoc probauit
Iob. d. ad xpm. Cā tua quasi ipij iudicata
ē:iō iudiciū cāmqz recipies Iob. 36. Nota
Quasi ipij iudicata est Glo. a pilato. Et pe
ius q̄z ipij:qr si latro vel homicida a curia
capit. nō aliter ꝯdēnatur nisi prius fiat ꝓ
cessus ordinarius datis terminis ⁊ dilatio
nibus ad ꝓbādum ⁊ reprobāduz: sed xps
absqz ꝓcessu ⁊ sine ꝯsilio ꝯdēnatꝰ fuit. nec
appellauit ipse. nec aliqs ꝓ eo: q̄uis de iu
re ciuili in cā capitali alius ꝓ dānato etiā
iniuste appellare pōt. ff. de appel. l. Nō tm̄.
Iō iudiciū cāmqz recipies. Glo. vt iuste iu
dices. Quienim iniuste iudicat ab aliquo

illum iudicare meret.ꝓ quo facit ꝙ de iu-
re ciuili statutum est vt qđ quisqꝫ iuris in
alium statuit.ipse eodē iure vtatur:vt pro-
batur.ff.ꝙ quis iure.In rubro ⁊ in nigro.
Cũ ergo iudex iudicat aliquãdo iniuste:
meretur ab alio iudicari. Sap.xi. Per q̄
quis peccat:per hec ⁊ torquetur. Nota exē-
plum qđ refert Grego.de Theodorico im-
peratore qui Johãnem papã ⁊ Simachũ
patricium iniuste iudicauit ⁊ occidi fecit:⁊
post mortẽ visus est a quodam heremita
in insula liparis habitante:ab eisdẽ quos
iniuste dãnauerat duci ⁊ proici in infernũ.
¶ Tertio modo iudicare cõpetit sanctis
perfectis qui fuerunt pauperes voluntarij
in statu perfectionis existentes:sicut fuerũt
apostoli ⁊ eoꝝ vitam perfecte imitantes: si
cut Dñicus.Franciscus.Benedictus. Hie
ronymus.Antonius.⁊ hmõi.Mat.19.Amẽ
dico vobis:ꝙ vos qui reliquistis omnia ⁊
secuti estis me:in regeneratione cum sede-
rit filius hois in sede maiestatis sue.sede-
bitis ⁊ vos super sedes.12.iudicantes.12.
tribus israel. Nota Reliquistis: nõ solum
exteriora sed etiam interiora.i.affectum ad
bona tẽporalia.In regeneratiõe. Nota ꝙ
duplex est regeneratio: sicut duplex est ge
neratio.s.aie ⁊ corporis. Generatio anime
est per creationẽ ad esse nature: regenera-
tio est per baptismũ ad esse gratie.Jo.3.Ni
si quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu
sancto:nõ potest intrare in regnum dei.Ge
neratio vero corporis:est in vtero matris
per ꝯceptionem:regeneratio vero corporis:
erit in fine mundi per resurrectionem. Di-
cit ergo in regeneratione.i.in resurrectione
vniuersali.Nota Judicantes nõ dicit iudi
candi.Et ideo isti tales sedebunt cum xp̄o
tanq̄ sui assessores ad iudicãdum. ⁊ idem
dicẽdum de martyribus pro christo iudi-
catis: q assedebũt christo in iudicio tanq̄
assessores:iuxta illud Apoc.3. Qui vicerit:
dabo ei sedere mecum in regno meo: sicut
⁊ ego vici ⁊ sedeo cum patre meo in regno
eius. Sed quõ omnes predicti sancti se
debunt cum xp̄o in iudicio cum tunc erũt
12.tm̄ sedes? Sed dicẽduꝫ.ꝙ hanc difficul
tatem explicat Aug⁹.20.de ci.dei.c.5.vbi
sic ait.Nec qm̄ super.12.sedes sessuros esse
ait.12.solos homines cuꝫ illo iudicatos pu-
tare debemus. Duodenario quippe numero
vniuersa quedã significata est iudicãtium
multitudo: ꝓpter duas ꝑtes nũeri septe-
narij.quo significatur pleruq̄ꝫ vniuersitas.
Que due partes.i.tria ⁊ quattuor altera
per alterã multiplicata duodecim faciunt.
Nam ⁊ quattuor ter ⁊ tria quater: duode-
cim sunt.Et si qua alia huius duodenarij
numeri que adhuc valeat ratio reperitur.
Alioquin qm̄ in locum traditoris iude apo
stolũ Mathiam legimus ordinatum. apl's
paulus q plus illis oib⁹ laborauit.vbi ad
iudicandum sedeat nõ habebit:qui profe-
cto cum alijs sanctis ad numerũ iudicum
se pertinere demonstrat cum dicit. Nescitis
q2 angelos iudicabimus? De ipsis quoqꝫ
iudicandis in hoc numero duodenario si-
milis cã est.Nõ enim q2 dictum est iudicã
tes.12.tribus israel:tribus leui que tertiade
cima est ab eis iudicanda nõ erit? Aut so-
lum illum populũ nõ etiam gentes ceteras
iudicabunt? Quod autem ait in regenera-
tione.proculdubio resurrectionem mortuo-
rũ nomine voluit regenerationis intelligi.
Sic enim caro nostra regenerabitur per in
incorruptionẽ:quẽadmodum est anima no
stra regenerata per fidem. Hec Aug⁹ vbi
supra.Et sic patet tertium.
¶ Quarto modo.s.per moduꝫ approbatio
nis iudicabunt omnes: iuxta illud Sap.3.
Judicabunt sancti nationes ⁊ dominabũ
tur populis ⁊c̄.
¶ Quinto modo per modũ cõparationis.
Judicabunt vel dicuntur iudicare.nõ so-
lum boni ⁊ sancti:sed etiã minus mali ma-
gis malos:inquãtum eoꝝ cõparatione cõ-
dẽnabiliores apparebũt. Et hoc dicit dñs
Mat.12.Uiri niniuite surgẽt in iudicio cũ
generatione hac ⁊ ꝯdẽnabunt eã q2 peni-
tẽtiam egerunt in p̄dicatione Jone: ⁊ ecce
plusq̄ Jona hic ⁊c̄.Isto modo ꝯdẽnabunt
casti oẽs luxuriosos.Itẽ qui remittit iniu-
riam:omnes vindicatiuos.Item elemosy-
narij auaros ⁊c̄.Sic si sunt in vrbe aliqui
clerici nõ concubinarij condẽnabunt alios
cõcubinarios.Nota pratice qñ aia presen-
tatur christo.⁊ interrogatur quare non ser
uauit castitatem? Rñdebit.Dñe quia eram
iuuenis ⁊c̄.Et christ⁹ dicet.Et tales nõne
fuerunt iuuenes ⁊ seruauerunt castitatẽ?

Sic de auaris. ⁊ alijs peccatoribus prout
expedit. Item quare non ieiunastis? Re-
spondebunt. Dñe qa eramus delicati. Re-
spondebit christus. Nonne talis ⁊ talis
erant delicati ⁊c. Nota exemplum de illo
monacho qui dicebat abbati ꝙ puelle ex-
citabant eum ⁊c. Sic de omni statu habe-
bit diuina prouidentia electos vt ex ipsis
condemnet alios qui eiusdem status fue-
runt: puta milites. iudices. notarios. baro-
nes. reges. imperatores. epos. papas ⁊c.
Videamus ergo modo qualiter christus
iudicabit mundum in vniuersali iudicio.
Nullus autem potuit de hoc nos melius
instruere ꝙ ipse filius dei Jesus christus:
qui omnia scit ⁊ nobis modum iudicij reue
lauit: licet christus noluerit reuelare diem.
Unde sic ait ipse Mat. 25. Quum venerit
filius hois in maiestate sua ⁊ omnes ange
li eius cum eo: tunc sedebit super sedem
maiestatis sue: ⁊ congregabuntur ante euȝ
omnes gentes. ⁊ separabit eos ab inuicem
sicut pastor segregat oues ab edis: ⁊ statuet
oues quidem a dextris suis. e los aut a si-
nistris. Tunc dicet rex his qui a dextris
eius erũt. Venite benedicti patris mei ⁊c.
vsqȝ ad Justi auteȝ in vitam eternam: vbi
ponit dñs sex clausulas. in quibus notant
sex circunstantie fm conditiones que erũt
in vniuersali iudicio.

¶ Prima est iudicantis appritio: ibi Quũ ve. fi. ho. in ma. sua.

¶ Secunda est venerabilis associatio: ibi. Et. o. angeli eius cum eo.

¶ Tertia est iudicialis sessio: ibi. Tunc se. super se. ma. sue.

¶ Quarta est iudicãdorꝝ positatio. ibi. Et congre. ante eo. o. gentes.

¶ Quinta sentẽtialis diffinitio: ibi. Tunc di. rex. his qui a dex. eius erunt.

¶ Sexta est effectual' executio: ibi. Et ibũt in sup. eternum.

¶ Prima ergo circunstantia est iudican-
tis apparitio: que notatur ibi dum dicit.
Quum venerit filius hominis. i. virginis.
Nos dicimur filij hoium. i. patris ⁊ matris
solus autem christus dicit filius hominis
quia de matre sine patre. In maiestate sua:
non dicit in humilitate. paupertate. ⁊ sim-
plicitate cũ qbus venit in primo aduentu
intantũ ꝙ Joannes baptista videns eum
dixit. Ecce agnus dei. Et iudei videntes eũ
despexerũt eũ dicentes. Nolumus hunc re
gnare sup nos Luc. 19. Jõ Isa. 53. In hu
militate: iudicium eius sublatum est. Sic
prophetauerat de eo Zacha. 9. Exulta sa-
tis filia syon: iubila filia ierusaleȝ. Ecce rex
tuus venit tibi iustus ⁊ saluator: ipse paup
⁊ ascendens super asinam ⁊ super pullum
filium asine. Sed in aduentu ad iudicium
veniet cũ tanta maiestate. ꝙ totus mũdus
timebit. Nota similitudinẽ de aniculis can
tantibus ⁊ ludentibus in arbore: sed sup-
ueniente falcone oẽs pauescunt ⁊ silẽt ⁊c.
Sic considerate ꝙ iste mundus sit quedaȝ
arbor faciens fructum dignitatis ⁊c. Dic
totum istud vt habetur in prima dñica ad
uentus sermone. 2. qui incipit Benedictus
q venit in nomine dñi. Finis.

¶ Expliciunt sermones de fide seu de. 12. articulis fidei compilati a fratre petro Jeremia de sicilia ordinis predicatorum: predicatore gloriosissimo.

¶ Impressum Brixie per Jacobum Britannicum.

172

Sermones de Penitentia per quadragesimam Venerabilis viri Fratris Petri Hieremie ordinis Predicatorum celeberrimi.

Tabula Sermonuz

de Penitentia Fratris Hieremie ordinis Predicatorũ. Qui sunt numero. 18. Quorum Primus continet.

¶ In nomine domini nostri iesu christi. Incipiunt sermones de agenda penitentia predicabiles per totaꝫ quadragesimam consumatissimi viri ⁊ doctoris egregij Fratris Petri Hieremie ordinis Almifici predicatorum. Sermo Primus.



Eniten- tiam agite: appropinquabit enim regnum celoꝝ. Mat. 4. Predicaturus cum gratia domini nostri iesu christi in hac .xl. de penitentia: congrue istud thema proposui: per quod ad penitentiam prouocamur duplici ratione. Prima ex persona precipiente. Secunda ex affectu alliciente. Ex persona quidē precipiente: q2 verba predicta sunt dñi ⁊ saluatoris iesu christi: qui in verbis predictis precipit nobis: vt agamus penitentiam. Agite qđ est verbum imperatiui modi: ⁊ consequenter ad preceptū astringit vt. j. dicetur. Et ideo tenemur penitentiam agere iuxta admonitionem virginis gloriose dicētis. Quodcūqꝫ dixerit vobis facite. Jo. 2. Ex affectu vero alliciente prouocamur: cum ait appropinquabit enim regnum celoꝝ. Ultimus nāqꝫ effectus penitentie est consecutio regni celorū. Persona ergo precipiens habet se vt causa efficiens principalis penitentie. Effectus vero vltimus habet se vt causa vltima finalis. Ut igitur dignius ⁊ fructuosius de ipsa penitentia predicemus. p̄mo curramus ad ipsam virginē gloriosam pro gratia impetranda dicentes. Aue maria. Pro complemēto huius materie .6. principalia puncta sunt videnda. s.

¶ Primo de penitentie necessitate.
¶ Secundo de penitentie qualitate.
¶ Tertio de penitentie quiditate.
¶ Quarto de penitentie causalitate.
¶ Quinto de penitentie integritate.
¶ Sexto de penitentie vtilitate.

¶ Primo ergo videamus de penitētie necessitate. Ubi notandū: ꝙ conclusio est indubitata apud omnes theologos ⁊ singulariter. S. Tho. par. iij. q. 84. ar. 5. 4. ꝯ gen. c. 71. ꝙ penitentia est necessaria ad salutem. Sed pro latiori declaratione: sciendum: ꝙ duplex est necessitas. Una dicitur absoluta. Altera dicit̄ ex suppositione absolute. Dicitur necessariū illud: sine quo res esse nō potest: sicut dicitur cibus necessarius ad humanam naturam. Sed ex suppositione dicitur necessariū illud: sine quo nō potest esse res: vel cōseruari aliquo presupposito: sicut medicina est necessaria homini ꝓsupposito morbo: vt dicit. S. Tho. iij. ꝑ. q. 84. ar. 5. Item in. 4. ꝯ gentil. c. 71. Iteꝫ in 4. sententiaꝝ di. 14. q. 2. 5. Modo ad propositū: si queritur de prima necessitate. s. absoluta: tunc penitentia nō est necessaria ad salutem: q2 si sic: nullus posset consequi salutem sine ea: ꝙ patet esse falsum: q2 pueri innocentes baptizati: ⁊ iusti homines sine penitentia saluantur. Nō ergo omnibus est penitentia necessaria. Unde. 2. Paral. vltimo dicit̄. Et tu dñe iustoꝝ non posuisti penitentiam iustis habraam ysaac ⁊ Jacob: his qui nō peccauerūt. Sed hac prima necessitate absoluta est necessaria gratia dei ad salutem hominis. Ro. 6. Gratia dei vita eterna. Et baptismus actu vel proposito. Jo. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spi. san. nō. po. int. in reg. dei. Si vero loquamur de secunda necessitate suppositionis: proculdubio penitentia est necessaria: presupposito peccato mortali. Et probatur ista conclusio quadruplici medio. s.

¶ Ratione.
¶ Similitudine.
¶ Auctoritate.
¶ Exemplo.

¶ Ratio est triplex. s. naturalis: theologalis: ⁊ legalis. ¶ Prima ratio est naturalis. Cōtraria contrarijs curantur. Peccatum aūt consistit in complacentia voluntatis: ad actum malū: ergo curatio a langore spirituali qui incurritur per ipsum actum: cōsistit in displicentia eiusdem actus. Hec autem displicentia est penitentia. Igitur ⁊c.

¶ Secunda theologalis est: q2 peccatū curari nō potest: nisi per gratiam dei. Iuxta illud. Ro. iij. Iustificati gratis per gratiaꝫ ipsius. Peccatum aūt est offensa dei. que directe opponit̄ gratie. Ex hoc enim dicit̄

aliquis alteri esse offensus:q2 repellit eũ a
gratia sua ẜm.b. Tho. par.iij.q.86.ar.ij.
Ergo per ↄtrarios motus gratia acquirit:
q̃ cõmittatur peccatũ. Sed peccatũ mor/
tale cõmittitur per appetitum ⁊ delectatio
nem circa res creatas. Ergo oꝫ ꝙ gratia
acquiratur per aliqua penalia:quibus af/
fligatur:per hoc ꝙ peccauit. Et hec pena/
lis afflictio est penitentia. Vñ dicitur peni
tentia quasi pene tentio. Vñ Apo.ij. Cor.
7. Que ẜm deum tristicia est: penitentiam
in salutem stabilẽ operatur. ¶ Tertia ra/
tio est legalis:q2 de iure ciuili ⁊ canonico
est:ꝙ ille qui offendit alium:nunq̃ ab eo
veniam cõsequi meretur:nisi ei satisfaciat
de culpa:vt in regula. Peccatũ nõ remitti
tur:nisi restituatur ablatũ. de reg.iur.lib.6.
14.q.6.c. Si res aliena.⁊.c.cum tu de vsu/
ris. Et etiam:q2 nullum malum transit im
punitũ:vt.ff.ad.l.acql.l.ita vulneratus. Et
ff.de iudicijs.l.si longius.§.i. Et.ff. de no/
xalibus.l.iiij.§.cũ dñs.⁊.C.de defen.ciui.
.l.per omnes.c.vt fame. defen.ercõ. dicit
ibi. Et publice vtilitatis interfit ne crimina
remaneãt impunita. Pꝫ ratio. Satisfacere
etiam nõ põt quis alteri offenso:donec sibi
placet offensa.multo minus põt quis satis
facere deo:donec volũtas adheret peccato.
Oportet ergo:ꝙ offensa displiceat. Et sic
idẽ qꝺ prius. Et cõfirmatur ratio ex hoc:
ꝙ ordo diuine iusticie ⁊ humane requirit:
vt peccato pena reddatur: Pꝫ ratio. He
aũt rõnes pertinent ad penitẽtiam: prout
est virtus:vel virtutis actus. Sed de ea vt
est sacramentũ dicetur. j.cum agetur de of
fensiõe. ¶ Similitudo datur a doctoribus
de naufragio:post qꝺ naufragantes nullũ
habent remediũ salutis:nisi accipere ali/
quaꝫ tabulam ⁊c̃. Sic in ꝓposito dñs ⁊ sal
uator noster iesus xp̃s tanq̃ magnus ma
gister siue carpẽtarius fecit quãdam pul/
chram nauim ad nauigandũ ad portum
superne hierusalẽ secure.s. innocentiam:⁊
quicũq̃ in ista nauigauit recte:vt virgo
gloriosa:⁊ pueri innocẽtes:vadunt ad pa/
radisuꝫ. Sap.14. Trãscũtes mare per ratẽ
liberati sunt. In hanc nauim intrauit Sal
uator noster. Mat.8. Ascendente Iesu in
nauiculã:secuti sunt eum discipuli eius.s.
christiãi nouiter baptizati. Hec nauis nau
fragium patitur:vel impulsu venti sup̲bie
⁊ vanitatis:vel fluxu luxurie ⁊ carnalita/
tis:vel ipulsu auaritie ⁊ cupiditatis:⁊ tot
i istis periculis p̲eunt:ꝙ de.c.milibus vnus
nõ transfertur cum ista naui innocentie ba
ptismalis. Ideo quilibet peccator debet re
currere ad tabulam:si vult se saluare cla/
mando ad deum:⁊ cordis cõtritione dicen
do. Cum.p̃s. Saluũ me fac deus:qm̃ intra
uerunt aque usq̃ ad animam meam ⁊c̃.
Et hec dicunt oẽs doctores:⁊ theologi:⁊
canoniste: ⁊ p̃sertim Hierony. Peniten/
tia est scꝺa tabula post naufragium. Et ẽt
magister sniaꝝ in.iiij.di.14. Ad hoc facit.
ꝺ pe.di.i.c. Multiplex.c. Scꝺa tabula.⁊.c.
Sup trib⁹. Dicit aũt scꝺa tabula respectu
p̊me:que est baptismus. Prima tñ est ante
naufragiũ peccati mortalis. Scꝺa vero est
post naufragiũ. Vel dic:ꝙ duo sunt nau/
fragia. Primũ est respectu iusticie origina
lis:que fuit p̲dita p̲ peccatum Ade. Ro.5.
Per vnum hominẽ peccatũ intrauit in mũ
dum:⁊ p̲ peccatum mors. Et ideo deus or
dinauit primam tabulam post naufragiũ:
que est innocentia baptismalis. Et istud
naufragium fuit generale. Unde Aug. In
Adam oẽs peccauerunt ⁊c̃. Scꝺm est nau
fragiũ particulare.s.peccati mortalis p̲ qꝺ
frangitur tabula.s. innocentie baptisma
lis. Et ideo diuina bonitas ordinauit peni
tẽtiaꝫ:que est scꝺa tabula post naufragiũ.
Et sic pꝫ silĩtudo. ¶ Auctoritates plurime
habẽtur. Et primo in themate. Penitẽtiaꝫ
agite:vt in ep̃la hodierna: que habetur.
Ioel.ij. Cõuertimini ad me ⁊c̃. Item ois
lex dicit:ꝙ penitere licitum est.ff.de interro
gatorijs actio l. De etate.§. Celsus.ibi. Cel
sus scribit licere rñsi penitere: si nulla ca/
ptio ex eius penitẽtia sit actoris. Nam ⁊ q
optauit acetũ pro vino:põt iterum optare
vinũ:vt.ff.ꝺ optiõe legata.l.ij.§.fi. Ibi dĩ.
Eum cui centũ amphoraꝝ vini electio da/
ta sit:acetum eligentẽ nõ consumere optio/
nem:si id acetum elegerit:qꝺ vini numero
paterfa.nõ habuit.s.si hoc ante degustatio/
nẽ acetum elegerit. Et qui iurat aliter q̃ ei
debetur: iterũ iurare debet.ff. de iureiurã.
.l.qui per salutem.ibi dĩ. Qui p̲ salutem
suam iurat:si nõ ita specialiter iusiurandũ
ei delatum est:iurasse nõ videtur. Et ideo

ex integro solẽniter iurandũ est. adde. l. si pecuniam. ibi dĩ. Si pecuniam ideo acceperis: vt Capuã eas cum p te nõ steterit: potest dici: repetitionẽ cessare. Sed cum liceat penitere ei q dedit: procul dubio repetitur: id qd datum est: nisi forte tua interfit nõ accepisse pecuniam. ff. de condictione: causa data. Et sic qui male pnunciat iterum iudicat: vt. C. de accusationibus. l. 4. ibi dĩ. Si accusationibus absentibus: ꝛ nõ p contumaciã preses prouincie nõ causa cognita sententiam dixerit causa intentati criminis apud eundẽ: vel successorem eius: more iudiciorum tractabitur. Et iste auctoritates loquũtur dulciter persuadendo: ꝛ nõ precipiẽdo. Sz alias dñs precipit penitentiam: cõminando mala plurima contra illos: qui nolunt agere penitentiã. Et h duplicĩter. Primo cõminando mala in generali. Scdo in pticulari. In generali quidem cum dicit. Luc. 13. Dico vobis q nisi penitentiam egeritis omnes simul peribitis morte. s. eterna. In particulari vero sub figura ciuitatis hierusalem cõminatur mala multa anime impenitenti: illa singulariter enumerando. Vñ dicitur Luc. 19. Videns iesus ciuitatẽ fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses ꝛ tu. Et quidẽ in hac die tua: que ad pacẽ tibi: nunc aũt abscondita sunt ab oculis tuis. Quia veniẽt dies in te: ꝛ circũdabũt te: inimici tui vallo. Et circũdabunt te: ꝛ coangustabunt te vndiq: ꝛ ad terrã prosternent te: ꝛ filios tuos qui in te sunt: ꝛ non relinquent in te lapidẽ super lapidem: eo q nõ cognoueris tempus visitationis tue. Ubi notantur septẽ mala: que cõminatur deus anime impenitenti.

¶ Primum est senectutis aggrauatio: ibi venient dies.

¶ Secundum est mortis trepidatio: ibi ꝛ circũdabunt.

¶ Tertium est demonum obsessio: ibi inimici tui.

¶ Quartum iudicij astrictio: ibi coangustabunt.

¶ Quintum infernalis detrusio: ibi ad terram prosternent.

¶ Sextũ ẽ generalis destructio: ibi ꝛ filios.

¶ Septimũ ẽ bonorum dissipatio: ibi ꝛ nõ re.

¶ Primum est senectutis aggrauatio: qñ impenitens venit ad senectutẽ: dies hore, ꝛ omnia sunt cõtra eum: quãdo erat iuuenis omnia videbantur esse pro eo: quãdo est senex omnia cõtra eum. Oculi qꝛ non vident. Aures quia nõ audiunt. Caput ꝛ brachia tremũt dolet stomachus. Dies est cõtra eum: qꝛ nõ potest laborare. Nox qꝛ nõ potest dormire: deficit memoria ꝛ intellectus: ꝛ quis illa mala sint cõmunia etiã electis: suscipiunt tñ ea in patientia ꝛ spe: qꝛ nõ curãt de vita presenti: sed de futura: ad quã tanto sunt proximiores quãto seniores. Unde Eccl'i 4. Qui custodit preceptum nõ experietur quicq mali. Ro. 8. Scimus qm diligentibus deum: omnia cooperantur in bonum. Sed impenitentes qui nõ habent spem vite future: patiuntur mala ista cum magno pondere ꝛ amaritudine. Unde dicit. Venient dies in te. i. cõtra te. Est ne aliquod remedium ad hoc? Non nisi illud qd dicit scriptura. Memẽto creatoris tui in diebus iuuentutis tue: anteq veniat tẽpus afflictionis. i. senectutis: ꝛ appropinquent anni de quibus dicas: nõ mihi placet. Eccl's. 12. Nota stulticiam illorũ qui dicũt: quando ero senex faciam penitẽtiam ꝛc. Duplex est stulticia istorum. Prima qꝛ nesciunt si venient ad senectutem. Secũda qꝛ dato q veniant ad senectutẽ: tñ nõ erit tunc locus penitentie deficientibus viribus corporis. Vñ Augu. in decret. de pe. di. 7. in principio. Si vis agere penitentiam quando iam peccare nõ potes: peccata te dimiserunt: nõ tu illa. Si labor te terret: vide mercedem. Sed dicit aliquis: iuuenis sum: faciam modo qd delectat ꝛ postea penitẽtiã agaz: Ac si diceret: Percutiaz me crudeli gladio: ꝛ postea vadam ad medicũ. Satis a fide alienus est. qui ad agendaz penitẽtiaz: tẽpus senectutis expectat. Valde enim timendũ est: ne dum vituperant veniaz: incidant in iudiciũ. Dic vt expedit.

¶ Scdm maluz mortis est trepidatio: que notatur cum dicit. Circũdabunt te inimici tui vallo. Inimici sunt timor ꝛ dolor de morte instante. ps. timor ꝛ tremor venerunt sup me. In morte nãq totus homo patit. Primo in sensibus corporis. s. visu: quia oculis egris odiosa lux: que puris est amabilis. Item videt filios vxorem ꝛ consan/

guineos flentes:quos cuꝫ magno dolore re
lingt. Itē patit̄ auditus:cum audit̄ fletus
⁊ voces plangētium. Itē odoratus ex feto
re sui corporis infirmi. Item gustus q꞉ hꝫ
palatuꝫ amaꝝ ex infectione febris. Itē ta/
ct⁹ q꞉ totuꝫ corp⁹ dolet. ⁋ Scḋo patit̄ ani/
ma. Et pͥmo intellectus q꞉ cognoscit se de
ꝓximo moritur: Memoria q꞉ recordat̄ de
mala vita ꝑterita ⁊ delectationibus: q̄ cō
uertent̄ ei in amaritudines: que nunq̄ȝ defi
cient. Volūtas dolet; valde se ꝑdere auꝝ: ⁊
argētum: possessiones: filios: ⁊ ꝯsanguineos:
⁊ corpus suuꝫ: ⁊ ꝙ est deterius animaꝫ. O
quot angustie. Ideo dicit phs: ꝙ mors est
vltimū terribiliū. Et quō anima poterit co
gitare de deo tot doloribus inuoluta atq̄ȝ
submersa? Iō Dauid: in ꝑsona morieᵭtis di
cit. Circūdederunt me dolores mortis: ⁊ pe
ricula inferni inuenerūt me. Ideo ꝯsulo vo
bis: ꝙ qn̄ sani estis disponatis de reb⁹ ve
stris: faciendo testm̄ vestrum ⁊ placando
deū. Vn̄ dicit ecclesia. Emēdemus in me/
lius que ignoranter peccauimus: ne subito
preoccupati die mortis: queramus spaciū
penitentie: ⁊ inuenire nō possimus.

⁋ Tertium malum est obsessio demonum:
dum dicit. Circūdabunt te. Nota similitudi
nē de ꝑdice abscōdita in fractura. Si in cir
cuitu essent mille canes: in aere falcones: ⁊
homines venatores eaꝫ fugantes: ⁊ expellē
tes eam baculis de fractura illa: ibi remane
re nō posset: quid misera ꝑdix faceret? Ita
est de anima hominis impenitētis: fractu
ra est corpus: canes in circuitu sunt demo
nes: q sunt in terra: falcones sunt demones
q sunt in aere vt athomi in radijs solis: ⁊
nō vident̄. ps. Inhabitabunt ⁊ abscōdēt:
ipi calcaneuꝫ meum obseruabunt. Etiam
xp̄o apparuit diabolus in dextro brachio
crucis: vt dicit Beda super Thobiā. Bctā
virgo ꝑ grām obtinuit ꝙ ei nō apparerent
demones in morte. Dolores vero corporis
vrgent vt anima exeat: nec pōt aliquo mō
ibi manere. Ecce misera anima in quali ꝑs
sura est? Libēter tunc anima vellet hic pro
lungatioēꝫ tpis ad penitendū: sed nō dat̄.
Nota exemplū de q̄dam scō pre: q videns
demōes horribilit̄ tremens clamabat indu
cias vsq̄ȝ mane. Scḋo clamans ⁊ se reuol/
uens ꝑ lectum expirauit in. 4. Dialog. Iteꝫ
dicit scriptura anime impenitenti. Infern⁹
subtus ꝯturbatus est in occursum tui: susci
tauit tibi gigantes. i. demones. Isa. xiiij.

⁋ Quartum malum est iudicij districtio: q̄
notat̄ cum ait. Et coangustabūt te vndiq̄ȝ.
Anima. n. impenitētis tūc habebit multos
aduersarios. Primo qdeꝫ demones accu/
santes. Scḋo angelos bonos ꝯfirmantes.
Tertio ꝯscientiā testificanteꝫ. Ro. 2. Testi/
moniū eis reddet ꝯscientia ipsoꝝ. Quarto
patriarchas: ꝓphas: aplos: martyres: ꝯfes
sores atq̄ȝ virgines: q oēs clamabunt. Re
pellat̄ a ꝯsortio nr̄o tanq̄ȝ indignus. Vlti
mo deum q ⁊ iudex ⁊ testis ꝯ eum erit. Ie
re. 29. Ego sum iudex ⁊ testis dicit dn̄s.
Vnde tunc dicet misera anima. Angustie
mihi sunt vndiq̄ȝ. Dan̄. xiij. c.

⁋ Quintuꝫ malū est infernalis detrusio si
ue dānatio. Cū dr̄ ad terraꝫ ꝓsternent te.
Ista est terra illa de qua dr̄ Iob. 4. Ter/
ram miserie ⁊ tenebraꝝ ⁊c̄. Data. n. senten
tia a xp̄o iudice: detrudet̄ in infernū eterna
liter puniēda. Luc̄. 16. Mortuus est diues:
⁊ sepultus est in inferno. Nota sepultus.
Notare hic potes: ꝙ tres cerimonias obser
uāt demones: qn̄ anima sepelit̄ in inferno:
q̄ obseruantur in sepultura corpoꝝ. s. de q
bus vide dn̄ica. ij. post festum trinitatis: ⁊
dn̄ica. ij. aduentus ſmone qui incipit. Qui
iudicat me dn̄s est: parte tertia.

⁋ Sextū malum est gn̄alis destructio: cuꝫ
dr̄: ⁊ filios tuos q in te sūt. s. ꝓsternēt te ad
terram. i. in infernum. Filij. n. vsurarioꝝ ⁊ si
milium dānant̄: vt plurimum: nō qdem ex
peccatis parentum: q꞉ filius non portabit
iniqtatem prīs: nec prī portabit iniqtatem fi
lij: vt dr̄ Eze. 18. Sꝫ dānant̄ ex peccatis ꝓ/
prijs: q꞉ vsuras q̄s prī exegit: nolunt restitue
re: nō solum filij sed multi alij: ꝑp hoc dam
nant̄: q꞉ sunt ꝑticipes in hoc pctō. Nota er
go ꝙ decem dr̄e ꝑsonaꝝ damnant̄. Pri/
mo nanq̄ȝ damnatur vsurarius. Scḋo filij
⁊ hēdes non restituentes vsuram scienter.
Tertio filia dotata ex pecunia vsuraria.
Quarto gener recipiens vsuras in dotem.
Quinto vxor vsurarij viuens ex bonis vsu
rarij. Sexto notarius ꝯficiens scienter in/
strumentum vsurarium. Septimo testis.
Octauo dn̄s ciuitatis ꝑmittens. Nono iu
dex iudicans vsuras debere solui. x. statu/

ra statuentis vsuras non posse reperi. De
his tribus vltimis habetur in cle.i.de vsu
ris.xi.potest addi ꝑ senecta .12. ꝑticipans
in crimine vsure.s.ꝯsulēdo:mandando ⁊c.
Qd autem dixi de filia dotata ⁊ genero ē
verū: nisi in tribus casibus. Primus est qñ
socer dotans habet alia bona: de qbus do
tat filiam. Secundus est qñ lȝ nihil aliud
habeat pater:nisi vsuras:tamen creditores
sunt incerti: qꝛ tunc cuȝ restituenda sit vsu
ra pauperibus : vt in cle.i.de vsuris: pōt
de vsura dare dotem filie non vt filie:sed
vt pauperi: sicut ⁊ alijs pauperibus: ma/
xime cum auctoritate seu ꝯsilio epi. Et qꝛ
vt paupi donat:nō ad pōpam ⁊ supfluita
tem dare debet:sed solum ad necessitateȝ
16.q.i. Si cupis:in fine. Tertius ē:qñ filia ⁊
gener recipiunt ignoranter : qꝛ tunc videt
excusari q̄ȝdiu durat ignorantia. Postq̄ȝ
vero scit:nunqd tenet? Rñdeo: de consum
ptis non videt teneri:qꝛ bone fidei posses/
sor facit fructus suos.l.fruct⁹.ff.de rei.ven.
⁊.l.certum.C.eo.ti.vbi di. Certuȝ est male
fidei possessores oēs fructus debere:cum ip
sa re ꝓstare:bona ꝓo fide extantes. Post
litis aūt ꝯtesta.vniuersos. De extantib⁹.tñ
tenet gener ad restitutiōeȝ illis qbus socer
tenebat. Item q̄ dixi de vsura vsurarij: in/
tellige cum determinatione seu limitatione
quā ponit Ray.in sūma. Et nota in sūma
pisana.restitutio 1.2.⁊.7. Pȝ.ergo ꝙ dam
nant filij ex pctō parentū a deo. Dixit dñs
Moysi. Exo.xx. Ego sum deus zelotes vi/
sitans peccata patrū in filios vsq̄ȝ in tertiā
⁊ quartā generationē eoꝝ:q oderunt me.
Isaie.9. Nō vocabit in eternum semen pes
simoꝝ. Preꝑate filios ei⁹ occasioni in iniq
tate patrū eoꝝ:nō resurgent:neq̄ȝ heredita
bunt terram:neq̄ȝ implebunt faciem orbis
ciuitatum. ¶ Septimum malum ē bonoꝝ
dissipatio ibi:⁊ nō relin.lapi.sup lapidē. At
de bonis hominū impenitentium ꝓsertim
vsurarioꝝ nihil remanet. Nam ex iusto dei
iudicio mortuo vsurario filij statim moriū
tur:⁊ relinquunt alienis diuitias suas:⁊ se
pulchra eoꝝ domus illoꝝ in eternū.ps. Iō
dicit alibi. Thesauri:at:⁊ ignorat cui ꝯgre
gabit ea. Et si filij sui diu vixerint: erunt
dissipatores bonoꝝ.vñ Eccl's.2. Detestat⁹
sum oēm industriam:qua sub sole studiosis

sime laboraui:habiturus heredem post me
quē ignoro: vtrum sapiens vel stultus sit:
Vel alio mō ex diuina ꝓuidētia dissipant
bona ipsa ⁊ pereūt. Quia notum est de bo/
nis male acqsitis nō gaudebit tertius he
res. Unde de diuitijs male acqsitis nihil
inde remanet:nisi culpa. Vñ Criso. super
Mat. Et habet in decret.88. di.c. Ejiciēs.
Quemadmodū.n.si triticum:aut aliud ta
le cernas in cribro:dum huc ⁊ illuc iactat:
omnia grana paulatim deorsum cadunt:⁊
in cribro nihil remanet: nisi stercus: sic de
substantia negociatoꝝ nouissime nihil re/
manet:nisi solum peccatum. Et ꝯfirmat au
ctoritate scripture dicentis. De mercedib⁹
meretricis ꝯgregata sunt:⁊ vsq̄ȝ ad merce/
deȝ meretricis reuertent sup h plangaȝ:⁊
vlulabo:vadam spoliatus ⁊ nudus. Mi/
chee.i. Nota de mercede meretricis.i.aua/
ricie:qꝛ sicut meretrix cōicat omnibus lay/
cis clericis ⁊ religiosis ita vsq̄ȝ ad meretri
cem:qꝛ sicut malo modo sunt diuitie acqsi
te:sic malo modo dispergent. Sup h plan
gam.s.per ꝯtritionem:vlulabo per ꝯfessio/
nem:vadam discalciatus ⁊ nudus per satis
factionem. Ista tria dant vsurario reme/
dia. Postremo subiūgit dñs rationem om
nium maloꝝ dicens. Eo ꝙ nō cognoueris
tp̄s visitatiōis tue. Visitat deus peccatorē
dupliciter. Primo interius inspirando ⁊ sua
dendo. Apoc.iij. Ego sto ad hostium: ⁊ pul
so. Scdo exterius per ꝑdicationes publi/
cas fratrum:per infirmitates. Job.x. Visi/
tatio tua custodiuit spiritum meum. Sed
homines peccatores minus intelligunt: q̄ȝ
animalia irrationabilia temporis ꝯgruita
tem. Contra quos Iere.exprobans sic ait.
Miluus in celo cognouitt tempus suum:
turtur: ⁊ irundo : ⁊ ciconia custodierunt
tempus aduentus sui:populus autem me
us nō cognouit iudicium dñi. Jer.8. Ergo
penitentiam agite:quia est necessarium.
¶ Quarto ⁊ vltimo probatur penitentiaȝ
esse necessariam: exemplo. Videmus ꝙ oē
animal cum se infirmū sentit:sollicite ꝓcu/
rat ⁊ querit sue sanationis remediuȝ. Sic
dicit Ambr.in Examerō. Ursus enim cū
se grauatū sentit: querit formicas ⁊ come/
dit:⁊ per eas purgatur tanq̄ȝ per medici/
nam. Similitudo vt refert Valerius. Cer

tius cũ vulneratum se sentit sagitta venenata currit ad herbam dictamũ comedẽdam: sitq3 cũ eá comederit ferrũ: de vulnere exilit cũ veneno: ⁊ sanatur. Sic ⁊ in mustella cum patit̃ ab aspide: cũ veneno querit cardellam: hoĩes etiá cum sunt corporaliter infirmi: querunt solicite medicos a quibus curari possunt. Cum igit̃ vulnera anime .i. vitia ⁊ peccata grauiora sint: ⁊ periculosiora q̃3 vulnera corporis: tũ q2 occultiora tum q2 ad peiorẽ pniciẽ finaliter pducunt: q2 ad mortẽ anime nõ temporalẽ sed eternã: cur miser homo nõ magis solicite querere debet remediũ penitentie: quo morbi ⁊ vulnera aĩe sanãt̃: Sed o cecitas peccatoꝝ. Nam maiorem diligẽtiam h3 peccator impenitens de iumento suo: vel de asino q̃3 de anima: q2 si asinus infirmat̃ continuo ⁊ statim mittit pro manischalcho: ⁊ pro meliore ciuitatis: s3 si peccator infirmatur in anima negligit. Item maiorem honorem facit calciamento suo q̃3 anime: q2 caligam laceratam facit cõtinuo sui. Sed anima quottidie laceratur: ⁊ nõ curat. Debet ergo qlibet peccator ⁊ maxime in hoc tempore quadragesimali fortiter clamare ad deũ cum rugitu cordis ⁊ cõtritione dicens. Peccata mea q̃si sagitta infixa sunt in me: sed anteq̃3 vulnera generent: in me sana me dñe medicamẽto penitẽtie deus. Sic Dauid clamabat dicens. Misere mei dñe: qm̃ cõturbata sunt omnia ossa mea .i. virtutes anime quibus sustentatur in gratia dei: sicut corpus ossibus sustentatur ne cadat. Et sic faciendo habebimus hic gratiam ⁊ gloriam in futuro. Amen.

¶ De inutilitate ⁊ fructuositate penitentie. Sermo secundus.



Enitentiam. Supra in sermone primo dictũ est de penitentie necessitate: modo sequit̃ de penitentie qualitate: v3 de penitentia inutili ⁊ infructuosa. In sequẽti sermone videndum est de penitẽtia vtili ⁊ fructuosa. Salutetur virgo maria ⁊c̃. Pro euidentia dicendorum: notandum ꝙ circa penitentiam agendam quinq3 differẽtibus modis se habent hoĩes. Primo qdam nec peccant: nec pñiam agunt. Isti sunt velut angeli: de qbus possumus admirari dicẽtes. Quis est hic ⁊ laudabimus eũ: Fecit enim mirabilia in vita sua. Eccl'i. xxxi. Tales sunt infantes baptizati. De adultis aũt paucissimi sunt: nec memini me legisse aliquem adultũ talem: q̃3uis multi sancti ⁊ plures ipsoꝝ statum innocẽtie ꝯseruasse legantur: tñ oẽs se in afflictione pñie macerauerũt: sicut Joánes baptista ⁊ ceteri similes: de quibus dicit scriptura. 2. Paral'. vlti. Et tu dñe iustoꝝ nõ posuisti pñiam iustis abraam ysaac ⁊ Jacob his qui tibi peccauerũt. Tales vt dixi sunt similes angelis: q nec peccant nec agunt penitẽtiam. 2. Re. 14. c. Sicut est angelus dñi sic est dñs meus rex: vt nec bñdictione nec maledictione moueat̃. Quidam ⁊ secũdo modo nõ peccant: ⁊ tñ agũt pñiam ieiunãdo: orando: vigilãdo: ⁊ corpora affligẽdo. Isti sunt viri perfecti: sicut fuit saluator: q q̃3uis peccatũ nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: sicut dr̃ Isa. 53. ⁊ i. Pe. 2. c. Tñ totam vitã suam cõpleuit vigilijs: orationibus: ⁊ ieiunijs. Vñ ieiunauit quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus nõ manducans neq3 bibens: sicut dr̃ Mat. 4. Itẽ Luc. 6. Exit in montem ⁊ erat pernoctans in oratione dei. Sic fuit gloriosa virgo maria que totam vitam suam duxit in vigilijs ⁊ orationib9. Talis etia3 fuit Job de quo dicit̃ ꝙ nõ peccauerit mortaliter: ⁊ tñ de se dicit. Ipse me reprehendo ⁊ ago penitentiam in fauilla ⁊ cinere. Job. 42. Quidam ⁊ tertio modo: modo peccant sed nolunt agere pñiam quoꝝ finis interitus. Cõtra quos loquit̃ Jere. dicẽs. Nemo qđ bonũ est loquit̃: nullus est qui agat pñiam de peccato suo dicens qd feci. Omnes cõuersi sunt ad cor suũ quasi equus in ipetu vadẽs ad p̃lium. Jere. 8. ⁊ Job. 24. ait. Dedit ei deus locũ penitẽtie ⁊ ipse abutitur eo in superbia3: qnimo totũ tẽpus vite sue expẽdit in gaudijs vanis ⁊ delectationib9 carnis dicens illud Sap. 2. Dixerũt enim impij apud semetipsos: s3 nõ recte. Exiguũ ⁊ cum tedio est tẽpus vite nostre ⁊ nõ est refrigeriũ in fine hoĩs: ⁊ nõ est q agnitus

ſit reuerſus ab inferis:qꝛ ex nihilo nati ſu‑
mus:⁊ poſt hec erimus tanq̄ſi nō fuerimꝰ
q̄m fumus afflatus eſt in naribus noſtris
⁊ ſermo ſintille ad cōmouendū coꝛ noſtrū
qꝛ extincta cinis erit coꝛpus noſtrū:⁊ ſpūs
diffundet̄ tanq̄ mollis aer:⁊ tranſiet vita
noſtra tanq̄ veſtigia nubis:⁊ ſicut nebula
diſſoluet̄:que fugata eſt a radijs ſolis ⁊ ca
loꝛe eius agrauata:⁊ nomē noſtrū obliuio‑
nē accipiet per tēpus:⁊ nemo habebit me‑
moꝛiam operū noſtroꝝ:vmbꝛe enim tranſi
tus eſt tēpus noſtrū:⁊ nō eſt reuerſio finis
noſtri q̄m ꝯſignata eſt:⁊ nemo reuertetur.
Venite ergo ⁊ fruamur bonis que ſunt:⁊
vtamur creatura tanq̄ in iuuentute celeri
ter vino p̄cioſo:⁊ vnguentis nos ipleamus
⁊ non p̄tereat nos flos turpis:coꝛonemus
nos roſis anq̄ marceſcant:nullū pratū ſit
q̄ nō pertranſeat luxuria noſtra:nemo no‑
ſtrum ſit exoꝛs luxurie noſtre. Vbiq̄ relin
quamus ſigna letitie:q̄m h̄ eſt pars noſtra
⁊ hic eſt ſoꝛs. Opp̄rimamus pauperē iuſtū
⁊ nō parcamꝰ vidue:nec veterano:nō reue
reamur canos multi tp̄is:ſit aūt foꝛtitudo
noſtra lex iniuſticie:qđ enim infirmum eſt
inutile inuenit̄. Tales ſunt multi qui nul‑
lam pniam agere volunt:quimo de pecca‑
tis cōmiſſi letantur ⁊ exultant. Iuxta illđ
Prou.2. Qui relinquunt iter rectū:⁊ am‑
bulant per vias tenebꝛoſas:qui letant̄ cū
male fecerint:⁊ exultant in rebus peſſimis.
Neceſſariū eſt vt ad eternam damnationē
p̄cipitent̄. Iuxta illđ Iob.21. Tenent tym
panū ⁊ cytharaꝫ:⁊ gaudēt ad ſonitū oꝛga‑
ni:ducunt in bonis dies ſuos:⁊ in puncto
ad inferna deſcēdunt. Iſtud nāq̄ eſt illud
peccatū:qđ nunq̄ meret̄ remiſſionē.ſ.fina‑
lis inpnia. Vn̄ ſuper illud. Amos p̄mo.
Sup tribus ſcelaribꝰ damaſci ⁊ ſup quat‑
tuoꝛ nō ꝯuertaꝫ eam:dicit Hiero.⁊ habet̄
in decret̄. de pe.di.i. Sup tribus ſcelaribꝰ:
⁊ ſuper q̄ttuoꝛ nō ꝯuertaꝫ eū. Iuxta tro‑
pologiam h̄ poſſumꝰ dicere. Primū pctm̄
eſt cogitaſſe que mala ſunt:ſm̄ cogitationi
bus acqeuiſſe peruerſis:tertium qđ mente
decreueris ope cōplere:quartū poſt pctm̄
non agere pniam:⁊ ſuo ſibi cōplacere deli
cto:h̄ ille. Iſti tales ipenitentes ſunt dete‑
rioꝛes Iuda:qui pnia ductus eſt vt dicet̄.
j.parte.ij. Et ſunt ſimiles diabolo. Et h̄ eſt
illud peccatū:ꝓ quo ꝓhibet Iohānes apo
ſtolus oꝛare dicēs. In p̄ma. Io.5. Qui ſcit
fratrē ſuum peccare peccatū nō ad moꝛtē:
petat ⁊ dabit̄ ei vita peccanti nō ad moꝛ‑
tē. Eſt pctm̄ ad moꝛtē nō pro illo dico vt
roget quis. Hoc pctm̄ ad moꝛtē eſt fina‑
lis inpnia vt declarat Augu. ⁊ habet̄. de
pe.di.i.p̄t. Et ſic pꝫ.iij.dr̄ia. Quidam pec
cant ⁊ agunt pniam infructuoſam ⁊ inuti
lem. Quidaꝫ ⁊ ergo peccant ⁊ agūt pniam
fructuoſam ⁊ vtilem:de qua dicet̄ in ſermo
ne ſequēti. In pꝛeſenti vero loquemur de
quarta dr̄ia. Pro cuius plena declaratio
ne.nota ꝙ.7.differētie perſonaꝝ q̄ agunt
penitentiam infructuoſam vꝫ.

¶ Quidam nāq̄ agunt pniam ſeram:⁊ h̄
eſt damnatoꝛum.

¶ Quidā pniaꝫ deſperataꝫ:⁊ h̄ ē ꝑditoꝝ.

¶ Quidam ſimulatam:⁊ h̄ eſt ypocritaꝝ.

¶ Quidaꝫ coactam:⁊ h̄ eſt malefactoꝛuꝫ.

¶ Quidam falſam:⁊ h̄ eſt obſtinatoꝛum.

¶ Quidā indiſcretam:⁊ h̄ eſt ſupſtitioſoꝝ.

¶ Quidaꝫ momentaneaꝫ:⁊ h̄ ē recidiuoꝝ.

¶ Prima ergo pnia ſera eſt damnatoꝛuꝫ
exiſtētium in inferno. Tales.n.agūt penitē
tiaꝫ ſed tardam:qꝛ nō in tp̄e remiſſionis.
Qđ aūt agant pniam ſeram ꝓbatur Sap̄.
5. Vbi in pſona damnatoꝝ dr̄. Tunc ſta‑
bunt iuſti in magna ꝯſtantia aduerſus eos
q ſe anguſtiauerūt:⁊ qui abſtulerunt labo‑
res illoꝝ. Vidētes turbabūtur timoꝛe hoꝛ
ribili:⁊ mutabūtur in ſubitatione inſperate
ſalutis:dicētes intra ſe pniam agētes:⁊ pꝛe
anguſtia ſpūs gemētes. Hi ſunt quos ali‑
quando habuimus in deriſum:⁊ in ſilitu‑
dinē ipꝛoperij. Nos inſenſati vitaꝫ illoꝝ ex
timabamus inſaniā:⁊ finē illoꝝ ſine hono‑
re. Ecce quō cōputati ſunt iter filios dei ⁊
inter ſcōs ſoꝛs illoꝝ eſt. Ergo errauimus a
via veritatis ⁊ iuſticie lumē nō luxit nobis
⁊ ſol intelligētie nō eſt oꝛtus nobis. Laſſati
ſumus in via iniq̄tatis ⁊ perditionis ⁊ am
bulauimꝰ vias difficiles:viaꝫ aūt dn̄i igno
rauimꝰ. Quid nobis ꝓfuit ſupbia noſtra.
aut quid diuitiaꝝ iactantia ꝯtulit nobis?
Tranſierūt oīa illa tanq̄ vmbꝛa:⁊ tanq̄
nuntius p̄currens:⁊ tanq̄ nauis q̄ tranſit
fluctuantē aquaꝫ:cuius cū p̄terierit nō eſt
veſtigiū inuenire neq̄ ſemitaꝫ carine illius
In fluctibus aut auis q̄ tranſuolat in aerē

nullū inuenit argumētū itineris illius fru
ctibus sonitus illius verberans leuē ventū
et scindens p vim itineris aerem cōmotus
alis transuolauit. Et post h̄ nullū signū in/
uenit itineris illius: aut tanq̄ sagitta emis
sa in locū destinatū: diuisus aer ptinuo i se
reclusus ē: ita vt ignoret transitus illi⁹. Sic
et nos nati ptinuo desinem⁹ esse. Et virtutis
quidem signū nullū volumus ostēdere: i ma
lignitate aūt nostra psumpti sumus. Talia
dixerūt in iferno hi: qui peccauerunt: qm̄
spes ipių quasi lanugo est: q̄ a vento tollit
et tanq̄ spuma gracilis q̄ a pcella dispergi
tur: et tanq̄ fumus q a vēto diffusus est: et
tanq̄ memoria hospitis vnius diei ptereū
tis. Sz dices. Quare ergo n̄ psequūt veniā
ex quo pniam agunt? Nō. n. videt equū si
bonā voluntatē hūt: q perpetuo puniant
maxime cū. ps. dicat. Nō quid obliuiscet
misereri deus: aut ptinebit in ira sua miſi
cordias suas? Sed rn̄deo: q nō agūt pniā
de culpa inquantū est culpa: et offensa dei:
sed de pena inq̄tū ē afflictiua ipsoꝝ. Ut
not. b. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 4. Et iō de pena
dolent potius q̄ de culpa. Nam in culpa
hūt fixā volūtatē et imobilē: Qz ergo cul
pa ē eterna: iō et pena ē eterna. ¶ Qd aūt
culpa damnatoꝝ sit eterna, pbat triplici ra
tione. Prima ē pter imobilitatē volūta/
tis: qz imobiliter manet volūtas fixa: adeo
q nō pōt mutari i bonū. Uñ nō pōt velle
bene nec opari. Qñuis. n. damnati aliqd
bonū possint velle: nunq̄ tñ illud bonū vo
lunt bn̄ sed male: qz ad malū finē oīa puer
tunt: sicut pz de diuite epulone: q petebat
lazarū mitti ad frēs suos: ne et ipsi descēde
rent in locū illū tormētoꝝ. Luc. 16. Hoc. n.
volēdo vtiq̄ bonū volebat: sed qz ad malū
finē illud volebat: ideo illud bonū male vo
lebat. Sic et demones et vere credere pñt et
dicere. Luc. 4. Exibant demonia clamātia
et dicentia: qz tu es filius dei. Itē Jaco. 2.
Demōes crēdūt et ptremiscūt. Quinimo: qc
qd demones circa hoies opant: bonū et iu
stū ē. Uñ sup illud. i. Re. 17. Spūs dñi ma
lus vexabat saul: dicit. Greg. Sciēdū q sa
thane volūtas: et si semper mala sit: nunq̄
tñ ptās iniusta. Igit dāнати in inferno: ni/
hil pñt bn̄ velle nec opari. Et h̄ not. Mat.
22. Ubi di. Ligatis manibus eius et pedi
bus mittite eū in tenebras exteriores: p
manus intelligunt opationes: qz manus
sunt organa organoꝝ: per pedes vero affe
ctiones: q̄ adeo sunt ligate: q nec pñt nec
volūt opari aliqd bonū vt dixi. Uñ dam
nati ēt pro venialibus peccatis eternaliter
puniunt. Et rō huius imobilitatis ē: qz rō
mobilitatis aie corpori mortali vnite pce/
dit ab ipso corpore: qz vnūqdq̄ recipit in
altero p modū recipiētis. Corpus ē morta
le dum ē corruptibile: iō ad sui pditionem
trahit aiam. Sap. 9. Corpus qd corrūpitur
agrauat aiam: et deprimit terrena inhabita/
tio sensum multa cogitantē. Dispositio aūt
aie mouet: p accedēs ſm aliquē motū cor
poris. Cum. n. corpus deseruiat aie ad pro
prias opationes. Ad h̄ enim corpus datū
ē: vt in ipso existēs pficiat quasi ad pfecti
onē p motū. Qñ igit erit a corpore sepa/
rata nō erit in statu vt moueat ad finē: sz
vt in fine adepto qescat: Immobilis igit et
volūtas cuiusq̄ ad desideriū vltimi finis.
Ex vltimo aūt fine depēdet voluntas bo/
na: qz qdcūq̄ aliqs vult i ordine ad bonū
finē bene vult. Male aūt qcūq̄ ad malū
finē. Nō est igit volūtas aie sepate mobi/
lis de bono in malū: vel eõ: lz sit mobilis de
vno volito in aliud: seruato tñ ordine ad
eūdē vltimū finē: nec pp h̄ tñ aie separate
sunt priuate libero arbitrio. Talis. n. mobi
litas voluntatis libero arbitrio non repu/
gnat: cuius actus ē eligere. Electio aūt est
eoꝝ q̄ sunt ad finē: nō autē vltimi finis. Si
cut igit nunc nō repugnat libero arbitrio
q imobili voluntate desideramus btitudi/
nē: et miſiā fugiamus in cōi. Ita tunc nō
erit ɔ liberū arbitriū: q voluntas imobi
liter ferat in aliqd determinatū sicut: i vlti
mū finē. Quia sicut nunc imobilit nobis
adheret natura cōis p quā btitudinē ap
petimus i cōi: ita ēt illa spūalis dispositio:
p quā hō vult: illud desiderat: vt et vltimū
finē. Nec ēt extimandū ē q aie postq̄ i/
mobiliter resumēt corpora in resurrectiōe:
imobilitatē voluntatis amittant: sz in ea
pseuerabunt: qz corpora in resurrectione di
sponēt ſm exigētiā aie: nō aūt imutabun
tur p corpa pdicta. Ut ponit. b. Tho. i. 4.
ɔ gētil. c. 95. Propterea Apl's vocat corpa
post resurrectionē spūalia. i. Cor. 15. Semi-

nat corpus aiale:resurget corpus spuale:
q totaliter subijcief aie seu spiritui:τ dispo
net fm exigētiā eius.¶ Scda rō est pp
penalitatis eternitatē. Dānati.n. merēt pe
nam eternā:q sicut offensa ē infinita pp
dignitatē eius q offendit.s.dei:q est infinite
dignitatis:sic τ pena dz eē eterna τ infinita.
Nō autē pōt esse eterna τ infinita intēsiue
qntum.s.ad acerbitatē:q sic annihilaret
aiam:q ē finite capacitatis. Oportet ergo
q sit infinita extēsiue s.qntū ad duratiōē.
Int ceteras autē penas quas dānati pa
tiunt:vna ē ipsa inordinatio voluntatis:
q inqntū hnt inordinatā voluntatē:di
splicēt eis oia:q recta sunt:τ qtr displicet
eis:q dei voluntas implet in oibus:cui pec
cando restiterunt. Igit inordinata volun
tas ab eis n tollet. Jō dr. Eccl'i.xi. Si ceci
derit lignū ad austrum:vel ad aqlonē:in
quocūq loco ceciderit: ibi erit. ¶ Tertia
rō ē pp puatōē gre τ charitatis. Nō.n.
voluntas a petō mutet in bonū:nō nisi p
grā dei qtingit: Juxta illud. Ro.9.c. Nō
ē volētis neq currētis sed miserētis dei.
Jtē.2.Cor.iij. Nō q sufficiētes simus cogi
tare aliqd a nobis quasi ex nobis:sed suffi
ciētia nostra ex deo ē. Et ex eadē grā est:q
peccata penitētibus remittant. Ro.iij. Ju
stificati gratis p grām ipsius. Sicut autē
aie bonoꝝ admittunt ad pfectā participa
tionē diuine bonitatis:ita dānatoꝝ aie a
grā totaliter excludant. Nō ergo poterunt
mutare in melius voluntatē. Ex quo pz q
opinio origenis supra falsa τ heretica:q po
suit oēs demones τ oēs hoies esse saluan
dos. Cōtra qd ē expsse auctoritas saluato
ris dicētis. Mat.25. Jte maledicti in ignē
eternū:q paratus ē diabolo τ angelis ei⁹.
Propt h igit fuit origenes tanq hereticus
ab ecclesia damnatus. Ut habet in decre.
24.q.ij.in fine. De h vide qd scripsi in fmo
nib⁹ de peccatis in genere:fmone.9.τ dñi
ca.ij post festum trinitatis: fmone q inci
pit: Jratus deus eius τc. ¶ Scda est pe
nitentia desperata τ h est pditoꝝ sicut fuit
pnia Jude traditoris:q pnia duct⁹ retulit.
triginta argenteos dicēs Peccaui tradens
sanguinem iustum. Mat.27. Sed nō pro
fuit ei:q defuit sibi forma penitentie.s.spes
venie. Unde despatus laqueo se suspendit:τ
diffusa sunt oia viscera eius. Act.i. Et h ids
q non accessit ad eos:q poterant sibi de
pnie remedio puidere τ cōsilium dare. De
bebat.n. Judas accedere ad virginem glo
riosam:vt p eo intercederet. Uel si de ea
erubescebat: debuit ire ad mariā magda
lenam τ martham:vel ad apostolos. Unde
Aug de pe.di.6.c Qui vult. Qui vult qfi
teri peccata sua sic ait. Jōq nō petat sacer
dotes p aliquā culpā ab vnitate ecclesie
diuisos. Judas.n.penitēs:iuit ad pharise
os:τ relinqnēs aplos nihil inuenit auxiliū
nisi argumētū despatiōis. Dixerūt.n. Quid
ad nos:tu videris. Si peccasti:tibi sit:nō ti
bi succurrim⁹:peccata tua nō charitatiue
suscipimus:nō cōportanda pmittimus:nec
qlit deponas onus docem⁹. Quid.n.nobis
τ misicordie:q nec opa seqmur iustitie:sed
si iuisset ad fratres:q orauerant p socru pe
tri febricitante:q cananeā ip:obā misicor
die obtulerat:interrogasset Petrū p se effun
dētē lachrymas:si fugisset Mariā τ Mar
tham:q vitam lazaro ipetrauerunt:nō tur
bam plorantē:q vnicū filiū acqsierat vi
due:iuit ad diuisos:τ diuisus perijt:h ibi:
Talis.n.fuit pnia Caym q desperans ait.
Maior est iniqtas mea: q vt veniam me
rear. Gen.4. Talis et fuit ille mercator:q
cū ad extremū venisset: rogatus fuisset a
circūstantibus vt testm̄ qderet τ qfiteret:
postq renuit:tandē illoꝝ victus instantia:
ait testm̄ meū ē hoc:q bona mea relinquo
filio meo:corpus psbitero parochiali: aiam
vero relinquo diabolo:τ defunctus ē. Sic ē
hodie de multis:q iusto dei iudicio despe
rantes potius cū Juda vadunt ad pha
riseos.s.audiunt demonum psuasiones q
scōꝝ:τ nolunt qfiteri:q diabolus cui⁹ sua
sionibus credunt:linguas ipsoꝝ pmittente
deo claudit. Et recte facit diabolus sicut
lupus qui rapit ouē:q accipit eā p guttur:
vt clamare nō possit. Unde legit q cū qdā
demoniacus ad quēdam virū factū fuis
set adductus:τ cū demonē adiurasset vt in
de recederet:τ nomen suū sibi diceret. Ille
ait. Nos sumus tres fratres:qui habemus
nra officia determinata. Ego.n.vocor clau
dēs cor. Alius claudēs os. Tertius vocat
claudēs marsupiū. Officiū.n.meum ē cor
petōris indurare:vt nō possit hēe qtritio

nē:ſed ſi forte cōterit̃ laborat frater meus
.ſ.claudens os vt confeſſionem impediat.
Et ſi forte confeſſus fuerit: laborat tertius
frater meus.ſ.claudens marſupium ne ſa/
tiſfaciat: ⁊ ne male ablata reſtituat.Et ex
hoc fit penitentia inutilis.

¶Tertia penitentia eſt ſimulata:⁊ h̓ eſt
ypocritarum cōtra illud.Cū ieiunatis no
lite fieri ſicut ypocrite triſtes.Mat.5.Ta/
lis fortaſſe fuit penitētia Eſau:de quo di/
cit Apo.Heb.12.Q̄d nō inuenit locū pe/
nitentie:q̄ꝙ̄ cum lachrymis inquiſiſſet eā.
Tales ypocrite ſunt:ſicut arbores frondo
ſe ⁊ infructuoſe:que merentur a xp̄o male/
dici:⁊ areſcere ita vt nihil aliud valeant:
niſi ad cibum ignis.Figura de h̓ habet̃ in
ficu: cui dn̄s maledixit:de qua habetur.
Mat.21.Dic hiſtoriam.Et nota.pro mate/
rie ampliori declaratione:ꝙ quattuor ſunt
ſpecies ypocriſis.Prima ē boni ſimulatio.
cum.ſ.homo ſimulat ſe bonū facere q̄d nō
facit.Tales erant illi ypocrite cōtra quos
loquit̃ dn̄s.Mat.6.c.Attēdite a falſis pro/
phetis.Et ꝯtra h̓ ſic ait Grego.Simulata
equitas ē duplex iniq̄tas:Tales ſunt ſimi
les arboribus ſodomoꝝ: de q̄bus dicit̃ in
hiſtoria ſcolaſtica ꝙ faciūt iuxta mare mor
tuum poma liuida in apparentia exteriori:
ſed cum matura credunt̃ ⁊ aperiunt̃ fa/
uillis plena inueniunt̃.Scd̓a ſpecies ē bo
ni defedatio ſeu deturpatio.Tunc aūt ho
mines bona ſua fedant:qn̄ ea que ſunt de
ſe bona ⁊ de ſuo genere mala intentione
corrūpuntur ea facientes vt hominibus
placeant:vel vt bona tēporalia ꝯſequant̃:
puta dignitates:honores:diuitias ⁊c̄.Nō
aūt vt placeant deo.Tales etiā damnant̃
ſicut falſarij monete.Nam monetā que dꝫ
eſſe aurea vel argentea:faciunt ſtagneam.
Sic opera eoꝝ que debēt eſſe aurea ꝑ cari
tatem:vel argētea per puritatē falſa ſunt:
q̄r habent ſolam ſimilitudinē boni ⁊c̄.Cō
tra quos dicit dn̄s.Mat.15.Ypocrite bn̄
prophetauit de vobis Iſaias ꝑpheta di/
cēs.Populus hic labijs me honorat: cor
autem eoꝝ longe eſt a me.Vn̄ dicit̃ ypo/
cris ab ipos q̄d ē ſub ⁊ criſis: aurū: qua/
ſi aliud habens ſub auro.i.ſit apparentia
di saluator noster habebat vnam excellen
tiam inter ceteras:ꝙ inter animam ⁊ cor
pus siue inter spiritum:⁊ carnem: ⁊ inter
rationem: ⁊ sensualitatem nullam habe
bat resistentiam:⁊ contrarietatem:sed ge
quid volebat anima:volebat ⁊ corpus:
quicquid ratio ⁊ sensualitas sine aliqua
contradictione:non sic in nobis ⁊ ceteris
hominibus. ꝙ anima vult vnum ⁊ caro
aliud:verbi gratia:anima vult ieiunare:
caro comedere:anima orare : corpus lude
re.anima vigilare corpus dormire: anima
delectare de castitate: corpus de luxuria.
Unde apostolus. Gal.5. Caro concupi
scit aduersus spiritum.Spiritus autẽ ad
uersus carnem: hec autem sibi inuicẽ ad
uersantur:vt non quecunqꝫ vultis illa fa
ciatis.Item. Ro.7. Scio enim quia non
habitat in me:hoc est in carne mea bonũ:
nam velle adiacet mihi : perficere autem
bonum non inuenio:non enim quod volo
bonum:hoc facio:sed quod nolo malum:
hoc ago.Et hoc est bellum valde durum
in quo exercentur omnes sancti viri: quia
peruersi ⁊ peccatores non sentiunt istam
contrarietatem:quia non resistunt: sed sta
tim obediunt carni:sicut equus ⁊ mulus:
quibus non est intellectus.Unde,in tantũ
preualet hoc bellum:ꝙ non potest in eo
haberi victoria:nisi per gratiam dei.Unũ
apostolus complangens humane fragili
tati ⁊ miserie sic ait . Condelector enim
legi dei ſm interiorem hominem.Uideo
autem aliam legem in membris meis: re
pugnantem legi mentis mee: ⁊ captiuan
tem me in lege peccati: que est in mem
bris meis.Infelix ego homo quis me libe
rabit de corpore mortis huius?Et respõ
dit:gratia dei per iesum christum domi
num nostrum.Ro.7.Ad istam autem gra
tiam habendam:necessaria est oratio de
uota:ideo dñs in nocte passionis aposto
los hortabatur.d. vigilate ⁊ orate:vt non
intretis in temptationem : spiritus quidem
promptus est: caro autem infirma. Mat.
26.Qd illi tres non fecerunt:quia neqꝫ vi
gilauerunt neqꝫ orauerunt.Et ideo in hoc
bello succubuerunt:quia timore mortis fu
gerunt:⁊ fidem perdiderunt:⁊ petrus ip
sum ter negauit ⁊c.Sed in saluatore no
stro non sic erat: quia semper inter ani
mam:⁊ corpus fuit cõformitas:⁊ perfecta
subiectio corporis ad animam:⁊ sensuali
tatis ad rationem:multo magis ꝙ̃ fuerat
in primis parentibus in statu innocentie.
Et pro declaratione differẽtie:nota.ratio
nem ⁊ auctoritatẽ:ratio est ista: contrarie
tas in nobis procedit ex infectione pesti
fera peccati originalis:propter quã natu
ra humana est difficilis ad bonũ: ⁊ pna
ad malum:iuxta illud.Geñ.8.Sensus enĩ
⁊ cogitatio humani cordis prona sunt ad
malum:ab adolescentia sua:propter quod
etiam Dauid complangens dicebat. Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum:⁊ in
pec.concep.me mater mea.ps.50. Constat
autem ꝙ christus non contraxit originale:
quia nõ ex virili semine:sed mistico spira
mine verbum dei factum caro fructusqꝫ
ventris floruit.Luc.1.Spiritus sanctus su
perueniet in te:⁊ vir.altis.obum. tibi ⁊c.
Item Mat.1.Qd in ea natum est de spiri
tu sancto est. Ideoqꝫ in christo non fuit
ista contrarietas:quia cessante causa ces
sat effectus.c.Cum cessante.de appellatio.
Patet ratio.Auctoritas habetur:per Da
uid.ps.83.Etenim passer inuenit sibi do
mum:⁊ turtur nidum vbi re.pu.suos.Pas
ser volans significat spiritum christi:⁊ tur
tur significat carnem christi:que fuit castis
sima signata per turturem : que est adeo
casta ꝙ mortuo masculo nulli alteri socia
tur:nec ponit se in arbore viridi: sed ari
da:nec bibit aquam claram:sed turbidaꝫ:
⁊ dat gemitum pro cantu:sic caro christi
fuit castissima:⁊ semper in paupertate do
lore:⁊ erũna temporali:⁊ planctu voluit
esse.ps. Pauper sum ego ⁊ in laboribus
a iuuentute mea. Item alibi de torrente
in via bibit.Dicit ergo passer.i.anima chri

sti inuenit sibi domum celi: ⁊ turtur.i.caro nidum.i.in celo ⁊ ibidem prius premittit: cor meum ⁊ caro mea exultauerũt in deũ viuũ. Et alibi. Sitiuit in te anima mea: q̃ multipliciter ⁊ caro mea. Pz auctoritas. Nec obstat predictis quod dicitur. Luc. 22. Factus in agonia prolixius orabat: ⁊ factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terrã. Ex quo videt̃: ꝙ inter rationem ⁊ sensualitatem fuerit contrarietas: ex qua procedebat illa agonia: quia contraria sunt ſm idem ⁊ respectu eiusdem. Ratio autem ⁊ sensualitas non erant discordantes: quia non ſm idem: sed diuersis respectibus ferebantur ad passionem. Ratio enim volebat passionem prout erat salutifera toto humano generi: non autem prout erat afflictio innocentis: quia hoc modo etiam voluntas rationis christi refugiebat passionem. Unde ibidem dicitur. Nõ mea voluntas sed tua fiat. Sensualitas autem cuius non est cõferre: sed in aliquid absolute ferri: non volebat hanc passionem: Et in hoc concordabat voluntati rationis: ⁊ voluntati diuine: quia nec ipse deus passionem christi volebat ſm se consideratam. Nec in hoc contradicebat sensualitas rationi: nec rationem retardabat voluntati rationis.

Placebat autem christo ſm voluntatem diuinam: ⁊ etiam ſm voluntatem rationis: vt voluntas naturalis in christo: ⁊ voluntas sensualitatis ſm ordinem sue nature mouerentur: vt nota Tho. par. iij. q. xviij. arti. vi. Duplici ergo ratione: sensualitas non discordabat a ratione. Prima quia ratio ⁊ sensualitas nõ circa idez sed circa diuersa ferebantur. Secundo qꝛ motus ille sensualitatis placebat rationi: ⁊ diuine voluntati. Et si dicatur. Unde ergo illa agonia procedebat? Respondeo ꝙ agonia illa non fuit in christo: quantum ad partem anime rationalem: ſm ꝙ importat concertationem voluntatum ex diuersitate rationũ procedentem: sed fuit agonia illa quantum ad partem sensitiuam ſm ꝙ importat timorez infortunij imminentis ſm Thom. q. vbi supra in responsione ad tertium articulũ. Ex predictis ergo patet: ꝙ christus nullam contradictionem habebat inter carnem ⁊ animam: ⁊ consequenter nunq̃ peccatum cõmisit: nec committere poterat. i. Petri. 2. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Et nihilominus ipse penitentiaz egit de peccatis: non quidem suis: sed nostris: que reputabat sua: propter vnionem capitis ⁊ membrorum. Et hoc patet: quantum ad omnes tres partes integrales penitentie. ¶ Primo nanq̃ habuit contritionem cordis. ps. 21. Factum est cor meũ tanq̃ cera liquescẽs in medio cordis mei. ¶ Secũdo cõfessus est peccata. Et hoc bis primo in vita. ps. Deus tu scis insipientiaz meam ⁊ delicta mea a te non sunt abscondita. Nota. delicta mea. i. populi. Scd̃o in morte. ps. 21. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorum? Nota. longe a salute mea: Nicolaus de lira sic exponit. i. corporali: quia non fuit preseruatus a morte: verba delictorum meorum: delicta populi sua dicit: tum propter membrorum ⁊ capitis affinitatem: tum quia sua fecit quodammodo sustinendo pro eis penam. Iuxta illud. ps. Que non rapui: tunc exsoluebam. Ad idem facit illud Job. vbi loquitur Job in persona christi. 6. Utinam appenderentur peccata mea: quibus iram merui: ⁊ calamitas quam patior in statera: quasi arena maris hec grauior appareret. ¶ Tertio satisfecit pro eisdem peccatis: orando: ieiunando: patiendo frigus: famem: sitim: vigilando: ita ꝙ tota sanctissima vita sua fuit semper in doloribus ⁊ penis: vt satisfaceret ꝑ peccatis nostris. que sua reputabat. ps. Pauper sum ego: ⁊ in laboribus a iuuentute mea. Exaltatus autem. i. in cruce humiliatus ⁊ cõturbatus. Fiat ergo ratio a maiori. Si saluator noster: qui non indigebat penitentia fecit penitentiam: conterendo: confitendo: ⁊ satisfaciendo: vt dictum: est ergo multo magis nos peccatores ⁊c. Nam omnis christi actio nostra est instructio: vt ait Augusti. Nota exemplum de Cesare iulio; qui nunq̃

legitur dixisse militibus extis: sed eamus ad prelium sic saluator ⁊c̃. Jo.13. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodũ ego feci vobis: ⁊ vos faciatis. ¶ Secundũ motiuum est angelorum festiuitas: angeli nanq; magnum festum faciunt de peccatore cum conuertitur ad penitẽtiam. Luc. 15. Gaudium erit angelis dei super vno peccatore penitentiam agente: potes referre parabolam: que ibi legitur: tota etiam curia celestis letatur: ⁊ excitat nos ad penitentiam. d. reuertere reuertere sunamitis ⁊c̃. Vide supra sermone proximo parte. 4. versu nec solum. Et econtra vero angeli dolent: quando peccamus intelligendo tamen de dolore exprobationis. Juxta illud. Jsa. xxxiij. Ecce videntes clamabant foris angeli. Angeli pacis amare flebunt. ¶ Tertium motiuum est gratie preciositas ⁊c̃. Quis non dolet: quando thesaurum magnum amittit? Quantũ dolet mercator: quando nauis in qua totũ thesaurum suũ habebat perditur ⁊c̃. Quanto magis ergo debet dolere peccator de amissione gratie: que est thesaurus inextimabilis: de quo Sap. 7. Preposui illã regnis ⁊ sedibus: ⁊ diuitias nihil esse dixi in comparatione illius: nec comparaui illi lapidem preciosum: quoniam omne aurum in cõ. illi. ha. est exigua: quo qui vsi fuerint participes facti sunt amicitie dei. Item si quis haberet aliquod signum a rege: per quod omnia obtineret: etiam si peteret regnum: quantũ doleret si hoc signum amitteret? Tale signum est gratia: declara ⁊c̃. Ideo quantum dolere debet peccator de gratia amissa? Jere. 7. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. ¶ Quartum motiuum est anime securitas: quam perdit homo per peccatum: vt dicetur. j. sermone 4. parte. 6. Econtra vero per penitentiam recupatur securitas anime. Unde versus: Absq; timore dei viuens homo cuncta timebit: Cuncta timent eum si timet ipse deum. Experientia hoc docet: quia is qui est in peccato: maxime timet aduersa: ⁊ specialiter mortem. Sed is qui est in gratia: aut nõ timet: aut si timet naturali quodãmodo timore: confortatur maxime a spe future vite ⁊ future glorie: quam sperat per gratiam quam habet. Ro. 5. Non solũ autem sed ⁊ gloriamur in tribulationibus. scientes q; tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem: spes autem non cõfundit: quia charitas dei diffusa ẽ in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Prouer. xv. Secura mens: quasi iuge conuiuiũ. Vide de peni. dist. 6. Qui egerit. ¶ Quintum motiuũ est glorie sublimitas quã peccator perdit per peccatũ: O quantum doleret ciuis si a ciuitate sua exul perpetuo fieret: propter delictum suum: profecto iste in continua tristicia esset: ⁊ faciem suam perpetuis: ⁊ amaris gemitibus irrigaret. Sic in proposito ⁊c̃. Item propter peccatum homo perdit deum. Deus autẽ est summum bonum. Exo. xxxiij. Ostendam tibi omne bonũ. Ergo homo perdẽdo deũ propter peccatum: perdit omne bonum. Et ideo dicitur. Jere. 2. Scito ⁊ vide: quia malum ⁊ amarum est reliquisse te dominũ deum tuum: ⁊ non esse timorem eius apud te: dicit dominus deus exercituum. ¶ Sextum motiuum est mortis dubietas. Multi enĩ sunt qui spe diu viuendi procrastinãt facere penitentiam: qui tamen morte preuenti frustrantur spe sua: quia nil certius morte: ⁊ nil incertius hora mortis. l. i ff. de cõditionibus ⁊ demonstrationibus. Quatuor sunt dubia siue incerta: vĩ tẽpus: modus: locus: ⁊ status. Primo ergo tempus vtrum. s. mors venire debeat in pueritia: vel in adolescentia: vel iuuentute: aut senectute: quia mors cum falce sua omne fenũ metit. Eccl. 9. Nescit homo finem suum. Et ideo fatuus est ille qui spe lõgioris vite negligit penitentiam facere. Fatuitas autem ista probatur ex auctoritate euangelij ⁊ exemplo. Auctoritas habetur. Luc. xij. De illo diuite qui dicebat. O anima mea habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce: comede: bibe: epulare. Dixit autem illi deus: stulte hac nocte an-

mam tuam repetent a te: que autem parasti cuius erunt? Exemplum etiaȝ probat stulticiam istius: sicut patet: in exēplo parabolico: quod legitur in barlaam de illo: qui fugiens vnicornem cecidit in quēdam puteum profundissimam ⁊c. Ex quo exemplo notatur quadruplex stulticia peccatoris nolentis agere penitentiam. Prima est: quia non timet mortem: que per vnicornem designat: inebriatus dulcedine vnius gutte mellis ⁊c. Secunda quia non timet infernum: qui per draconem denotatur. Tertia quia non attendit vite fragilitatem: que continue deficit nocte ⁊ die: qui signantur per mures duos. s. album ⁊ nigrum rodentes continue arborem: ⁊ per quattuor aspides: quattuor elementa seu quattuor humores contrarios: qui semp vite humane insidiantur. Quarta quia potest se liberare de tantis periculis ascendē do scalam: quam ille strenuus miles sibi porrigit: qui significat christum: qui miles super os putei existens sibi scalam ipsam porrigebat. Miles est christus: qui vicit vnicornem. i. mortem in cruce. Osee. 13. Ero mors tua o mors ⁊c. Scala est penitētia: que habet multos gradus. s. tres cordis contritio: oris cōfessio: ⁊ operis satisfactio. Patet ergo magna stulticia peccatoris im penitentis. Ideo ecclesia. Emendemus in melius: que ignoranter peccauimus: ne subito preoccupati die mortis queramus spacium penitentie: ⁊ inuenire non possimus. Iteȝ dominus. Mat. 24. Ideo ⁊ vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet. ¶ Secundo circa mortem est incertus modus: quia nescit homo vtrum febre: vel igne: vel aqua: vel alio modo sit moriturus: qui tamen modi sunt pene infiniti. Unde ꝓ. fereo: peste: fame: vinculis: algore: calore. Mille modis miseros mors rapit vna homines. ¶ Tertio est incertus locus. Multi namq; olim opinabantur in lectulis suis mori: qui tamen postea in mari: vel in desertis mortui sunt: ⁊ pro sepultura ventrem lupi ⁊ vrsi sortiti sunt. Seneca. Nescis homo quo loco mors te expectat: ideo tu eam omni loco expecta. Cum ergo nesciat homo quo loco debeat eam expectare. Ergo aut in omni loco debeant eam expectare: aut in nullo: ergo in omni loco expectanda est. ¶ Quarto est incertus status: quia incertus homo vtrum in statu mortalis peccati: vel in statu gratie sit decessurus. Eccls. 9. Sunt iusti atq; sapientes: ⁊ opera eorum in manu dei: ⁊ tamen nescit homo vtrum amore: an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Et hec inter alias incertitudines predicta est magis timē da: q nō multum curandum est: quo tempore vel quo modo aliquis moriatur: sed tantum in quo statu aliquis de corpore educatur. Nam si in bono statu. s. gratie quis moritur: bene moritur quandocunq; ⁊ vbicunq; moriatur. Quid enim obest homini mori in sterquilinio: si post mortē anima gloria perfruat? Sic econtrario. Quid prodest homini in proprio loco mori cum seruitoribus: medicis: ⁊ medicinis: si post mortem anima eius ad infernum detruditur? Unde Augusti. in primo. de ciuit. dei. Mala mors putanda non est: quam bona vita precesserit: neq; enim facit malaȝ mortem: nisi quod sequitur mortem: non itaq; multum timendum est eis: qui necessario morituri sunt: quid accidat vt moriantur: sed moriendo quo ire cogantur. Cum igitur christiani nouerint longe meliorem fuisse religiosi pauperis mortem inter lingentium canum linguas: q̄ impij diuitis in purpura: ⁊ bisso horrenda illa genera mortiuuȝ: quid mortuis offuerunt: qui bene vixerunt: hec ille. Deo gratias Amen.

¶ De malignitate peccati. Sermo.7.

P Enitentiam. Supra duobus proximis sermonibus dictū ē de.7. motiuis prouocātibus nos ad penitentiam modo sequitur predicare de octauo motiuo q̄ quidem est peccati malignitas. Salutet̄ virgo maria. Quāta sit peccati malignitas ꝛ quanta mala ex eo procedant: que lingua est narrare sufficiens: aut quis intellectus cogitare? profecto nullus: q2 infinitoꝝ malorum peccatum mortale est causa ꝛ origo. Ideo dī Ieremie.ij. Scito ꝛ vide q2 malum est ꝛ amarū dereliquisse te deū dñm tuum: ꝛ nō esse timorem eius apud te dicit dominus exercituum. Sed pro modo intellectus nostri possumus ꝯsiderare.xx. duo mala: que ex peccato procedunt quorū prima. Septem sunt mala generalia: que inferuntur cōtra deum ꝛ creaturas reliqua.15. sunt specialiā: que inferuntur ipsi peccatori ꝛ sunt ista vʒ.

¶ Primū est diuine maiestatis offensiuū.
¶ Scd̄m redēptoris contemptiuum.
¶ Tertiuʒ proximoꝝ viuentiū infectiuū.
¶ Quartum suffragiorum subtractiuum.
¶ Quintum damnatoꝝ perturbatiuum.
¶ Sextum beatoꝝ contristatiuum.
¶ Septimum elementoꝝ corruptiuum.
¶ Octauū diuine inimicitie causatiuum.
¶ Nonum peccatoꝝ vilificatiuum.
¶ Decimum a corpore xp̄i separatiuum.
¶ Undecimum intellectus excecatiuum.
¶ Duodecimum affectus induratiuum.
¶ Tertiumdecimum timoris incussiuum.
¶ Quartumdecimum naturaliū bonoꝝ vulneratiuum.
¶ Quintumdecimum spiritualis thesauri destructiuum.
¶ Decimumsextum in bestialem naturam transformatiuum.
¶ Decimumseptimum nocumenti marimi inductiuum.
¶ Decimumoctauū diabolice potestatis causatiuum.
¶ Decimumnonum mortis temporalis accelératiuum.
¶ XX. eterne pene obligatiuū.
¶ XXi. temporis amissiuum.
¶ XXij. quietis anime perturbatiuum.

¶ De primis septē generalibus malis erit hodie sermo noster: de reliquis.xv. dicetur infra tribus sermonibus sequētibus dño concedente. ¶ Primū ergo malū qđ ex peccato mortali procedit est: q2 infert iniuriam deo inquantū facit hominem non obedire: quinimmo rebellem esse deo: cui tñ omnes creature ad nutum obediūt. Sicut pʒ primo: in celestibus corporibus. Naʒ sol: luna: stelle: ꝛ spere: semper mouent̄ ad preceptum magni dei vsqꝫ ad diem iudicij: ꝛ tunc precipiente deo ne moueantur amplius: nō mouebuntur: q2 tunc cessabit motus celi. Sic elementa ignis: aer: aqua: terra: bestie: terre: volucres: celi: ꝛ pisces maris: ꝛ omnia ad nutum omnipotētis mouentur ꝛ parent ei. ps.148. Statuit ea in eternum: ꝛ in seculū seculi preceptū posuit: ꝛ nō preteribit. ¶ De igne: pʒ: q̄ fuerit obediens deo etiam cōtra naturam sui. Dañ. iij. Ubi loquitur q̄ ignis nō nocuit in aliquo illis tribus pueris.s. sidrach: misach: ꝛ abdenago: missis in fornacem ignis ardentis: nec solum deo: sed etiam seruis dei: fuit ꝛ est obediens ignis. Sicut pʒ: in helia. 4. Re.1. ¶ Scd̄o idem pʒ: de aere: qñ dñs imperauit ventis ꝛ mari ꝛ facta est tranquillitas magna. Mat.8. Et beato Dñico obediuit pluuia. ¶ Tertio de aqua. Nā mare prebuit se solidum sub pedibus dñi. Mat.14. ¶ Quarto de terra: qñ ad preceptum dñi mortuos resuscitabat. Sicut pʒ. Mat.9. Et Luč.7. ¶ Quinto aues. sicut pʒ.iij. Re.17. De coruis ministrantibus helie panem ꝛ carnes. Unde dī ibi: q̄ dixit deus helie: coruis p̄cepi: vt pascant te ibi. ¶ Sexto pisces: sicut pʒ Ione: ꝛ dixit dominus pisci: ꝛ euomuit ionā. Itē Luč.5. Concluserunt piscium multitudineʒ copiosam. ¶ Septimo bestie terre: sicut pʒ: qñ dñs in deserto ieiunabat: q dormiebat inter bestias ꝛč. Marci.i. Eratqꝫ cum bestijs ꝛč. Dic practice. Item paulo vipera nō nocuit. Act.28. Item in vitis patrum ascendebant sancti patres super cocodrillos: ꝛ transibāt flumina. ¶ Octauo morbi: ꝛ infirmitates: sicut lepra: febris: ꝛ h obe

diebant dño. sicut pꝫ. Mat. 8. ¶ Nono etiã demones ad sui preceptum exibant: de corporibꝰ obsessoꝝ. Mat. 8. Et Luc. 8. ¶ Decimo infernus restituebat animas in ipso detrusas ad preceptum dñi: vt animã Lazari resuscitati. Jo. xi. Et animas sanctoꝝ patrum quos limbus retinuerat. Et ideo dr̃ Hester. 13. Dñe deus omnipotens: in ditione tua cũcta sunt posita: ⁊ nõ est q̄ possit resistere voluntati tue. Tu fecisti celum ⁊ terram: ⁊ omnia que ambitu celi ꝯtinentur: dñs vniuersoꝝ tu es. Item. ps. 118 Ordinatione tua pseuerant dies: qm̃ omnia seruiunt tibi. Item eccl'ia. Cui luna sol: ⁊ omnia deseruiunt p̱ tẽpora. ¶ Origenes in omelia super euangeliũ dñice. iij. Post oct. ephie. Ascendente iesu in nauiculam. Mat. 8. Hi qui prudentie ⁊ intellectus expertes sunt: inclinantur iubẽti: q̄bus neqꝫ loquela neqꝫ sermo est obediunt: in eadeꝫ aũt substantia in qua sunt: ⁊ sua natura mouẽtur: ⁊ iussioni deseruiunt ad ꝯfussionẽ mortalium ad condẽnationem corruptibilium. Jubet mari ⁊ nõ contẽnit: dicit ventis ⁊ tẽpestatibus ⁊ compescuntur: Jubet omni creature ⁊ nõ supergreditur iussionẽ eius: ⁊ vnum hominũ genus: qđ s̄m similitudinẽ dei honorificatum est: cui verbuꝫ ⁊ prudentia data est: hi soli hoies resistunt: hi tm̃ inobedientes sunt: hi soli in iudicio damnabunt̃: ⁊ a iustitia punient̃ velut deteriores mutis animalibus vel his qui sine spũ ⁊ anima sunt in isto mũdo. Solus tu o miserrime peccator es rebellis deo: ⁊ iniuriaris ei: cogitationibus: verbis: ⁊ operibus. Et ꝑpter hoc est peior: ⁊ deterior homo peccator diabolo: ⁊ ceteris creaturis. Ideo in iudicio: oẽs creature ꝯtra peccatores insurgẽt. Sap. 5. Accipiet armaturã zelus illius: ⁊ armabit creaturam in vltionem inimicoꝝ. Itẽ Eiusdẽ. 16. Creatura. n. tibi factori deseruiens exardescet in tormẽtum aduersus iniustos. ¶ Scđo peccatũ est saluatoris contẽptiuum: q² peccator cõtẽnit ⁊ vilipendit effectum nõ solũ passionis ⁊ mortis xp̃i: sed ⁊ ꝯtẽptionis: ⁊ natiuitatis: ⁊ miraculoꝝ: ⁊ verboꝝ eius: paruipẽdit baptismũ ⁊ eterna sacramenta: paruipendit euangelicam doctrinam: ⁊ p̄dicatorũ exhortationes ⁊ cominationes ⁊ ꝓphetias ꝓphetaꝝ: ⁊ doctrinas apostoloꝝ: q² vident̃ omnia predicta peccatores pro nihilo habere. ⁊ irridere mortem xp̃i: rursuꝫ crucifigentes sibimetipsis filiuꝫ dei: sicut dicit apostolus. Heb. 6. Tales ergo peccatores sunt similes iudeis illudentibus xp̃m in die sue passionis: qui genu flectentes dicebant. Aue rex iudeoꝝ. Mat. 27. Jo. 19. Et postmodũ dabant sibi alapas ⁊ illudebant eum. ⁊ tandem eum crucifixerũt. Sic peccatores xp̃iani genu flectunt ante xp̃m: ⁊ ꝯfitent̃ eum regem deũ ⁊ hominẽ. Postmodũ vero ipsum verberãt in seruis suis ⁊ crucifigunt: q² quantum est in ipsis reiterant causam sue crucifixionis: q̃ fuit peccatũ. Et ideo merent̃ a xp̃o ꝯtemni: ⁊ cum demonibus ꝯdẽnari. Juxta illud. i. Reg. 2. Quicũqꝫ honorificauerit me honorificabo eum. Qui aũt ꝯtẽnunt me erunt ignobiles. Jõ dicit eis xp̃s. Ego honorifico patrẽ meum: ⁊ vos inhonorastis me. Jo. 8. Sed nõ effugient tales vltrices penas etiam in hac vita. ¶ Tertio peccatũ est ꝓximoꝝ viuẽtium infectiuũ. Nocet eniꝫ peccatũ ꝓximis viatoribus tripliciṫ. ¶ Primo q² acies eoꝝ ꝯtra demones minuit̃: q² quanto plures sunt boni: tanto facilius demonibus resistunt. Juxta illud. Prouer. 18. Frater qui iuuat̃ a fratre quasi ciuitas firma: facilius etiã gratias ⁊ bñficia a deo multiplicatis itercessoribus ipetrãt. ¶ Secũdo q² peccatores alios malo exẽplo corrũpunt ⁊ scandalizant. Quot. n. hoies ꝓuocantur ad vsuras faciẽdas exẽplis vsurarioꝝ: quot ad concubinas retinendas: quot ad iniurias vindicãdas: quot ad alia peccata ꝑpetranda alioꝝ exẽplis scandalizati. Juxta illud. i. Cor. 5. Modicũ fermentum totam massam corrũpit: sicut pomum infectũ cetera poma inficit: ⁊ vna infecta pecus inficit omne pecus. ¶ Tertio quia qñqꝫ ꝓpter peccata maloꝝ deus punit bonos: q̄uis in bonis illa afflictio nõ hãc rationẽ pene: sed medicine: sicut pꝫ Josue. 7. Quia Achan peccante punitus est populus. Itẽ Dauid: numerante populũ: ꝑcussus est populus peste. 2. Re. vlt. Idẽ pꝫ in diluuio ⁊ sodomitis ⁊c̃. Et qñqꝫ etiam ipsi bõi sunt ꝑticipes aliq̄lis culpe: q² nõ clamant ꝯ̃ malos: cũ tñ̃ bene clamarẽt ꝯtra

vrsum: vel lupū vel leonē: ſi ingrederēt ci/
uitatē. Ideo dr̄ Exodi. 20. Ego ſum deus
zelotes vindicans peccatū patrū in filios
vſq; ad tertiam: ⁊ quartaȝ generationem.
¶ Quarto peccatū eſt ſuffragioꝝ ſubtra
ctiuum: ex quo malo ſequit̄: q̄ peccatum
mortale nocet aīabus: que ſunt in purga/
torio: quas peccator nō pōt iuuare tam ef
ficaciter: ſicut ſi eſſet in gratia cōſtitutus:
ratio q2 nec orationes ſue: nec ieiunia: nec
aliquid opus bonū a peccatore factū dire
cte prodeſt illis eo q̄ ſic mortuū: ⁊ q2 nun
q̄ opus qđ habet efficaciam ex opere ope
rante acceptū eſt deo: niſi perſona operās
ſit accepta. Vñ Geñ. 4. Reſpexit de⁹ ad
Abel ⁊ ad munera eius. Ideo dicit Gre.
Et habet̄ in decret. 4. di. in p̄n. Cū is qui
diſplicet ad intercedendum mittitur: irati
aius ad deteriora prouocat̄. ¶ Quinto ē
damnatoꝝ ꝯturbatiuum: peccatū nanq;
mortale nocet etiam dānatis in inferno: ⁊
hoc ꝑ modū ꝯiunctionis: quāto eniȝ plu
res ſunt in inferno: tanto maior eſt ibi hor
ror ⁊ pena: ſicut ſi titioni: qui cōburit̄ ad/
dant̄ alij titiones: magis auget̄ ignis: non
enim eſt incōueniens dicere q̄ damnatis
ſemꝑ poſſit augeri pena accidētalis vſq;
ad diem iudicij: ſicut ⁊ beatis auget̄ glo/
ria accidentalis: ſicut dr̄. ꝑ. ptc. 6. Vñ Iſa.
14. Infernus ſubtus ꝯturbatus eſt in oc/
curſum aduentus tui: ſuſcitabit tibi gigan
tes. Fallit eniȝ ibi: regula: q2 ſolatiū eſt mi
ſeris ſocios habere penaꝝ. Do etiam ſimi
litudinē: ſi infirmo febricitanti adiungeret̄
alius infirmus in codē lecto adderet̄ ſibi
pena: ꝓpter hoc diues epulo petebat ab
Abraam vt mitteret Lazarū ad. 5. fratres
ſuos: ne deſcenderent in infernū. Luc. 16.
Quāuis. n. damnatis auget̄ pena: ex alio/
rū dānatoꝝ adiunctū: tñ voluntate abſo/
luta vellēt oēs hoīes dānari inuidia ſtimu
lante. Sȝ q2 ſciunt nō oēs dānandos: ſȝ ali
quos ſaluandos: malūt ſuos ꝓpinquos q̄
alios a dānatione liberari: q2 in hoc etiaȝ
inuidia torquebunt̄: ſi videant alios ſalua
ri ⁊ ſuos dānari: ⁊ ꝑ hūc modū diues dā
natus nolebat ſuoꝝ damnationē: nunqđ
ex charitate: ſed ex inuidia: ſm̄ Tho. i quo
libet. xi. ¶ Sexto pct̄m mortalis ē beatoꝝ
ꝯtriſtatiuū: ſi triſticia in eis cadere pōt: ſȝ
accipimus hic triſticiaȝ ꝓ horrore: ⁊ etiam
ꝓ nocumēto qđ beatis infert̄ ꝑ modū ſub
tractionis. Nam ex ꝯſortio ⁊ ſocietate glo
rificatoꝝ auget̄ coꝝ gaudiuȝ accidentale:
⁊ ſpūale ſi ſuo bono exēplo ducatu: vel
diſciplina alij ſaluant̄: ſicut maxime letat̄
beat⁹ Dñicus: ſi vnus frater p̄dicatoꝝ or/
dinis ſaluat̄: ſic beatus bñdictus: ſic bea/
tus franciſcus ⁊c̄. Quia gaudium accidē/
tale: ſanctoꝝ pōt augeri vſq; ad diem iudi
cij. Ergo ⁊ angeli ſancti de noſtris culpis
lugent. Iuxta illud. Iſa. xxxiij. Ecce viden
tes clamabunt foris angeli pacis amare
flebunt. ¶ Septimo peccatū eſt elemētoꝝ
corruptiuū. Nam aer: aqua: ⁊ terra: corrū
puntur ꝓpter peccatū hominum ex iuſto
dei iudicio. Unde ꝓpter peccatū Achab
regis iſrael clauſum eſt celum: ⁊ nō pluit
tribus annis: ⁊ ſex menſibus. iij. Re. 17.
Propter qđ patiunt̄: nō ſolum homines:
ſed etiam beſtie. Vñ. ps. 106. Poſuit flu/
mina in deſertū: ⁊ exitus aquaꝝ in ſitim:
terram fructiferam in ſalſugine a malicia
inhabitantiū in ea: diluuium etiam immiſit
deus in mundum propter demerita pecca
torum. Et vnde peſtilentie continue quas
patimur. Unde fames: vnde guerre: ⁊ alia
flagella nobis a deo illata: niſi propter pec
cata noſtra. Sicut enim ꝓpter rebellionē
vaſalloꝝ rex deſtruit terram coꝝ: ſic in pe/
nam rebellionis peccatoruȝ deus deſtruit
elementa: ⁊ mundū: q2 elementa ipſa ⁊ cre
ature corporales ꝓpter hominē facta ſunt:
de hoc habetur auctoritas. Leui. 26. Si
nō obedieritis mihi addam correptiones
ſeptuplum: ꝓpter peccata veſtra: ⁊ ꝯteram
ſuperbiam duricie veſtre: daboq; celū vo/
bis durum deſuper: ſicut ferrum: ⁊ terram
eneam: ꝯſumetur incaſſum labor veſter: nō
ꝓferret terra germen: nec arbores poma ꝓ
bebunt. Nota Adam qđ habuit ꝓpter pec
cata. Iam ſcitis q̄ omnia peccata mundi
reducuntur ad ſeptem capitalia: que ſunt:
ſuperbia: auaricia: luxuria: ira: gula: inui/
dia: ⁊ accidia. Et ſic omnes punitiones lȝ
multe ſunt: poſſunt reduci ad ſeptem. Pro
pterea dicit q̄ puniet ſeptupluȝ. Et ſeruat
deus regulā ſcripture que dicit. Per que
quis peccat: per hec ⁊ torquetur. Sap. xi.
Et ꝯcordat regula iuris ciuil. d. Qđ q̄ſq;

iuris in alium statuit ipse eodem iure vta/
tur.l.i.ff.qđ quisq̃ iuris ⁊.c.Cū omnes.de
constitutio.Et loquitur de penis:quas de/
us infert peccatoribus in hac vita. ¶ Pri
mum peccatū est superbia:que nihil aliđ
est:nisi ventus capitis ⁊ cordis. Vñ Jere.
loquens in ꝑsona dei ꝯtra superbos ait
sic.Ecce ego suscitabo ꝯtra Babylonē: ⁊
super habitatores eius:qui cor suum leua
uerunt cōtra me:quasi ventum pestilentē.
Jere.51. Jdeo deus punit hoc peccatum
per tēpestates:⁊ vētos ⁊ turbines: qui cō/
citant naufragia:⁊ percūt naues:eradicāt
arbores:⁊ vinearum palmites a vite preci
dunt.Osee.8.Ventum seminabunt:⁊ tur/
binem metent:sic factum est in diebus no
stris sepe.¶ Scđm peccatum est auaritia.
Jstud peccatū punit ꝑ indigentias ⁊ pau
pertates.Auari enim ꝑ furta:rapinas:vsu
ras:simonias:fraudulentias:congregāt di/
uitias:⁊ multos depauperant.Jdeo puniū
tur ꝑ paupertates ⁊ indigentias:q̄ semꝑ
viuunt miserabiliter:nec audent vti bonis
suis in vita sua:⁊ post mortem ad nihilū
deuenit eoꝝ hereditas: q̄ ꝓuerbium est:ꝙ
de malis acq̄sitis nō gaudebit teritus he/
res:imo nec primus.Vñ Jac.5.Agite nūc
diuites plorate:⁊ vlulate in miserijs ve/
stris:q̄ aduenient vobis.Diuitie vestre ꝑu/
trefacte sunt:⁊ vestimenta vestra a tineis
comesta sunt:aurum ⁊ argentum vestrum
eruginauit ⁊c̄.Michee.i.De mercedibus
meretricis ꝯgregata sunt:⁊ vsq̃ ad merce
dem meretricis ꝯuertent̄ ⁊c̄.Vide exposi
tionem huius auctoritatis.Supra ar.i.ser
mone p̄mo.ꝑte vltima.Sicut ergo auarus
alijs rapuit ꝑ auaritiam:sic ab alijs bona
sua ꝑ auaritiam rapient̄.Jsa.xxxiij.Veh
qui p̄daris:nōne ⁊ ipse predaberis.Vñ
contra auarum imp̄catur blasphemiā Da
uid.d.Mudātes transferantur filij eius:⁊
mendicent:⁊ eijciatur de habitationibus
suis.Scrutet̄ fenerator omnē substantiā
eius:⁊ diripiāt alieni labores eius ⁊c̄.Ps.
i08.Si ergo vultis esse diuites vos ⁊ ꝙ di
uitie vestre ꝯseruent̄ etiā filijs ⁊ nepotibus
vestris:faciatis sicut ille qui vult cōserua
re peccora.Respicit nāq̃ si ē aliqua ouis
infecta:⁊ eam eijcit extra ouile:sic ⁊ de po
mis.Sic respice si est aliquis florenus in/
fectus tabe auaritie:⁊ turpis lucri restitua/
te ⁊c̄.Alioquin alios corrumpit:⁊ diuitie
vestre peribunt: dic vt expedit. Exēplum
est de illo:qui vidit in capsa pecuniarum
suaꝝ diabolum sedere suꝑ pecunias suas:
ꝓpter sola duo era minuta:que erant ma
le acquisita.¶ Tertium peccatum est luxu
ria.Cōtra hoc ē punicio de diluuijs aqua
rum:que vulgo dicūtur dragonarie:q̄ lu/
xuria nō est:nisi effusio aque. Semen ergo
non debet effundi:nisi in matrimonio ad
generādū prolem ad honorē dei ⁊c̄.Sicut
tempore Noe luxuria fuit punita diluuio.
Geñ.6.Videntes filij dei filias hominū:
ꝙ essent pulchre: acceperunt vxores sibi
ex omnibus:quas elegerant ⁊c̄.Per filios
dei intelligūtur filij Seth:qui a patre suo
fuerant instructi in cultu diuino. Fideles
enim frequenter in scriptura vocantur filij
dei.Per filias hoīum:intelliguntur mulie/
res descendentes de Chaim:que erant cu
riose dissolute:⁊ lubrice:⁊ de illis preceꝑat
Seth filijs suis:de voluntate dei ꝙ nō cō
traherent matrimonia cum eis: sicut dñs
p̄ceperat filijs israel:ꝙ nō cōtraherent ma
trimonium:cum mulieribus cananeis.Sꝫ
filij seth:ꝓcedente tēpore transgressi sunt
hoc p̄ceptum.Et ideo dicit̄: acceperunt si
bi vxores ⁊c̄.Scđm Nicolaum de lira:dr̄
etiam ibi omnis quippe caro corrumperat
carnem suam.¶ Quartū peccatum est in
uidia:que valde abundat in mundo.Ec/
cl's.4.Contēplatus sum omnes labores
hominū ⁊ industrias:animaduerti patere
inuidie ꝓximi.Et q̄ cor inuidi est siccum
⁊ destitutum omni humore charitatis:cui
nihil tm̄ ꝯtrarium est sicut inuidia:iō hoc
peccatum punitur a deo per siccitates ⁊ fa
mes.¶ Quintū peccatum est gula:ꝑ quā
franguntur ieiunia eccl'e ⁊c̄.Jstud autem
punitur per infirmitates ⁊ dolores corpo/
rales:q̄ sicut gulosus delicate nutrit cor/
pus:sic in corpore flagellat̄.Nunq̃ fortas/
se in mundo fuerūt tot infirmi homines:
tot diuersis infirmitatibꝰ:sicut hodie sunt:
presertim de malo ylium ⁊ infirmitatis
yliace:sicut audiui:in quo est maximus do
lor.¶ Sextum est ira adinuicem: punicio
ē ꝓprie:guerra: regni ꝯtra regnū:nec solū
inter regnum ⁊ regnū:sed inter ciuitatē ⁊

ciuitatem. Item in eadem ciuitate sunt inimicitie inter ciues. Item in eadem domo inter fratres. Inter consanguineos &c. Itē inter virum & vxorē &c. ¶ Septimum est accidia in spūlibus. Nō curant enim homines de salute anime: sed perdunt tēpus qđ est res preciosissima rerū &c. Punitio cōtra hoc peccatū fit per epidimias: & mortalitates. Iusta est ista punitio: qꝛ tempus dedit nobis deus ad merendū: & bene operandum. Ideo deus recipit sibi tēpus locatum nobis. Da similitudinē de dño directo alicuius domus: vel possessionis locate: qui recipit sibi domum: si pensio siue census sibi per triēnium nō soluatur: vel ꝑ biēnium ab ecclesia: vt in.c. Potuit de loca. & in.l.ij. C. de iure.emphi. Ecce querit dicit addam correptiones septuplum. Sed nota: ꝙ dicit conteram superbiam duriciei vestre. Dices tu: quare solum loquit de superbia: cum peccata sint septem: vt dictuz est: Rñdeo: qꝛ radix & initium omniū aliorū peccatoꝝ est superbia: quam qui vellet euitare: peccare nō posset. Unde nāqꝫ procedit auaritia: nisi ex superbia: qꝛ deus dedit legem homini: quō debet acquirere bona iuste sine vsura: Luc.7. Mutuū date: nihil inde sperantes: & quō dꝫ vti iuste acqsitis &c. Sed auarus nō vult subijci huic legi. Ecce superbia. Sic de alijs peccatis: & sic etiam impenitēs peccator nō vult subijci precepto dei mandantis: vt penitentiaꝫ agat. Ideo de talibus dicit. Job.21. Qui dixerunt: deo recede a nobis: sciētiam viarum tuarū nolumus: quid est oīpotens vt seruiamus ei: & quid nobis prodest si adorauerimus illū: Ideo dicit. Eccli.x. Initiū omnis peccati superbia est: qui tenuerit illam adimplebit maledictione. Ex predictis infertur: ꝙ peccatū omnibus creaturis est nociuum: qꝛ ex corruptione elementoꝝ nocumentū infertur omnibus creaturis. Unū in die iudicij posset dicere sol si sciret loq: ego propter peccatum hominis claritateꝫ meā ammisi. Irrationabilia aīalia possent dicere simile si facultatē haberent. Nos ꝑpter hominē in diluuijs perijmus. Terra posset etiam dicere. Ego propter ipsum maledicta fui: & spinas & tribulos germinaui: &c. Deo gratias Amen.

¶ De quindecim malis specialibus: que peccatoribus inferuntur. Sermo.viij.



Enitentiam

agite &c. Supra sermone primo dictū est de septē malis: que ex peccato causantur in generali: modo sequitur predicare de quindecim alijs specialibus: que peccatoribus inferuntur ex demerito peccatoꝝ suoꝝ. Sed hodie de sex tm̄ predicabimus. Salutemus primo virginem &c. Mala ergo specialia: que peccator incurrit ex peccato sunt ista vꝫ.

¶ Primo peccatum est: diuine inimicitie causatiuum.
¶ Secūdo ē peccatoꝝ peccātiū vilificatiuū.
¶ Tertio est a corpore xp̄i separatiuum.
¶ Quarto est intellectus obcecatiuum.
¶ Quinto est affectus induratiuum.
¶ Sexto est timoris incussiuum.

¶ Primo igitur peccatū est: diuine inimicitie causatiuum: qꝛ ꝑpter peccatū deus est inimicus hominum peccatoꝝ: adeo ꝙ ipsos odiat: iuxta illud. Sap.14. Similiter odio sunt deo: impius & impietas eius. ps. Odisti omnes qui operant iniquitatē perdes omnes: qui loquunt mendacium. Quantū aūt habeat odio peccatū deus: potest ostēdi duplici ratione. Prima qꝛ si quis diceret: ꝙ in tm̄ odiret aliquē: ꝙ vellet eum cū ꝓprio filio vnigenito vno gladio transuerberare siue occidere: vel cum ꝓpria matre: satis videt ꝙ haberet eum odio. Sic deus pater in tm̄ odio hꝫ peccatum: ꝙ vt illud deleret: & annihilaret: ipsuꝫ cum filio suo vnigenito crucifigere voluit: iuxta illud. Isa.53. Propter scelus populi mei percussi eum. Item Ro 8. Deus filiuꝫ suum mittens in similitudinē carnis peccati: de peccato damnauit peccatū. Nota. de peccato.i. de corpore xp̄i facto hostia ꝓ peccato: sicut dicit. Osee.4. Peccata populi mei comedent: qꝛ sacerdotes hostias ꝓ peccato comedebant: dānauit.i. deleuit peccatum per suam passionē. Unde Aug. Super illud. Col.iij. vbi loquitur de cirographo ait. Innocens occidit: peccatū transfigitur. Unū siqs diceret deo patri. O dñe

deus pater: quare filiū tuū cruci tradidisti?
Respōderet ꝓpter scelus populi mei ⁊c.
Dic practice. Primo vt occideret deus su
perbiā: voluit ꝙ filius suus humiliter por
taret crucē. Scd̄o vt occideret auaritiam:
voluit vt nudus cruci affigeret. Tertio vt
occideret luxuriam: voluit vt clauis ama-
rissime corpus penetraret. Quarto vt occi
deret iram: voluit vt ꝓ crucifixoribus dep̄
caret. Quinto vt occideret gulam: voluit
vt felle ⁊ aceto potaretur. Sexto vt occide
ret inuidiam: voluit vt latus eius lancea
perforaretur. Septimo vt occideret aci-
diam: voluit vt in oratione occuparetur.
Uide de his in sermonibus de articulis fi
dei. Sermone. 18. Ideo. 1. Pe. 2. Peccata
nostra ipse pertulit in corpore suo: super li-
gnuꝫ ⁊c. Moraliter nota ⁊c. Qui sunt xp̄i
carnem suam crucifixerūt cū vitijs: ⁊ ↄcu
piscentijs. Sic. n. glorificabimur cum xp̄o:
si cum xp̄o cōpatimur. Ro. 8. Ipse sp̄ūs te
stimoniū reddit sp̄ūi nostro: ꝙ filij dei su-
mus. Si aūt filij ⁊ heredes: he. quidē dei:
cohe. aūt. xp̄i: si tñ compatimur: vt glorifice
mur. Si. n. deus voluit occidere filiū suum:
vt occideret peccatū: qḋ in eo nō erat: qd
faciet deus de te peccatore: in quo multa
peccata inueniet? Uoluit etiam aīam sue
matris cū peccato transuerberare. Unde
Luc. 2. Dixit Simeon ad beatam virginē:
⁊ tuam ipsius aīam ꝑtransibit gladius. s.
per cōpassionem. ¶ Scd̄a ratio est: ꝙ illḋ
ꝓpter qḋ deus maxime videt̄ odire diabo
lum: est peccatū. Non enim illum odit: nisi
ratione peccati: ⁊ eum amaret si peccatum
nō esset in eo: tanꝗ̄ creaturam suam: iuxta
illud. Sap. xi. Diligis oīa que sunt: ⁊ nihil
odisti eoꝝ q̄ fecisti: qḋ intelligēdū est: nisi ꝓ
pter peccatum adiunctū: qḋ ipse deus nō
fecit. Uñ cum illud ꝓpter qḋ est tale: sit
magis tale: cōstat ꝙ peccatum est magis
exosum. deo: q̄ꝫ diabolo. p̄s. Iniquos odio
habui. Ex p̄dictis ergo sequit̄: ꝙ oīs crea
tura peccatori est inimica: q2 q̄bus est ini-
micus rex: etiam vasalli sunt inimici. Uñ
oēs angeli: demones: celi: ⁊ elementa sunt
inimici peccatoribus. Sap. 16. Creatura ti-
bi factori deseruiens exardescet in tormē
tum aduersus iniustos. ¶ Scd̄o peccatū
ē peccantiū, vilificatiuū. Pro cuius intelli

gentia notandū: ꝙ si bene ↄsideramus: ni-
hil est in toto vniuerso vilius peccatore.
Manifestum est naꝗ̄: ꝙ peccator seruus ē
peccati. Io. 8. Qui facit peccatū: seruus ē
peccati. l. si. C. de sentē. passis. ibi. libidinum
oīumꝗ̄ vitiorū seruo. vbi glo. hoc no. Iteꝫ
Ro. 6. Nescitis qm̄ cui exhibetis vos ser
uos ad obediendū: serui estis eius cui obe
distis: siue peccati ad mortem: siue obedi-
tionis ad iusticiam. Seruus aūt est vilissi-
ma cōditio hoīum. Multe nanꝗ̄ sunt con-
ditiones hominuꝫ. Quidam sunt ingenui.
Quidam liberti. Quidam serui: vt insti.
de iure ꝑsonaꝝ per totū. Itē ingenuoꝝ: q̄
dam sunt nobiles: quidam illustres: q̄daꝫ
clarissimi ⁊c. Uilissima ergo ↄditionū om-
nium est seruitus. Tanto aūt vilior est ser-
uus: quanto est vilius id: cui seruit. Uilior
nanꝗ̄ est seruus iudei q̄ꝫ christiani: ⁊ ple-
bei q̄ꝫ nobilis ⁊c. Quid aūt vilius pecca-
tore: nihil p̄ter peccatoreꝫ: qḋ ꝓbatur. Nam
res tanto nobilior est: quāto deo ꝓximior:
⁊ tanto deficit a nobilitate quanto magis
a deo elōgatur: verbi gratia. Incipiamus
de anima xp̄i: que nobilissima creaturaruꝫ
est: q2 ꝓpinquissima deo. Deinde virgo glo
riosa: deinde seraphin: postmodum cheru-
bin ⁊c. Et sic gradatim descendendo vsꝗ̄
ad creaturas: que habent solum esse: sicut
terra: ⁊ lapides ⁊c. Quid auteꝫ magis di
stat a deo: q̄ꝫ illud: qḋ nihil ē. Peccatū au
tem nihil est: tum q2 est quedam priuatio
speciei: modi: ⁊ ordinis: vt ait Aug. Sicut
tenebra ⁊c. Tum q2 peccatū nō est a deo:
ergo nihil est: q2 omnia per ipsum deū fa-
cta sunt. Io. 1. Sine ipso factum est nihil.
Dicit glo. Aug. i. peccatū. Et Io. xv. Sine
me nihil potestis facere: nihil. i. peccatum.
Cum aūt peccator sit seruus peccati: ergo
est vilior ipso peccato. O q̄ꝫ magna confu-
sio peccatoris: cum sit seruus vilioris rei:
q̄ꝫ sit in rerum natura. Ideo dicit Iere.
Anime peccatrici q̄ꝫ vilis facta est nimis
iterās vias tuas. Iere. 2. ⁊ Gre. Erubesce
miser peccator: ⁊ stude diligēter: ⁊ nitere vi
ribus totis excutere a collo tuo iugum hu
ius tam vilissime seruitutis: ⁊ hoc per pe-
nitentiam obtinebis. Unde ait p̄hs. Ma-
ior sum ⁊ ad maiora natus: q̄ꝫ vt fiam mā
cipium corporis nostri. Item Sene. Si sci-

rem, deos ignosci turos: ꝛ homines ignora-
turos: tamen abhorrerem peccatum. Ideo
bene dixit Diogenes alexandro: ꝙ erat ser
uus seruoꝝ. i. ↄcupiscentiarū. Uide ꝙ scri-
psi in sermonibus super oratione dn̄ica ser
mone. 24. In Introitu. Et in sermone in
festo scti Petri ad vincula. ¶ Tertio pec-
catū est a corpore christi diuisiuū: siue sepa
ratiuū. Et ꝓbaꝛ tribus medijs. Rōne: au-
ctoritate: exēplo. Corpus christi misticum
est ecclesia: cuius caput est xp̄s. Ephe. i. Ip
sum dedit caput sup̱ omnem ecclesiā: que
ē corpus eius. Huius aūt corporis q̄libet
christianus in gratia cōstitutus est mem-
brum. Ro. 12. Sicut. n. in vno corpore mul
ta mēbra habemus: omnia autē mēbra nō
eūdem actum habēt: sic multi vnū corpus
sumus in xp̄o: singuli autē alter alterius
mēbra. Et sicut q̄dlibet mēbrū ē particeps
vite corporis: ꝛ nutrimēti: quo corpus sustē
tatur: sic quilibet fidelis in gratia existēs
est particeps omnium bonoꝝ suffragioꝝ: ꝛ
meritoꝝ: que fiunt in ecclesia. Ps̄. Parti-
ceps ego sum omni. ti. te. ꝛ custo. man. tua.
Peccatū aūt mortale separat hominē ab
ecclesia dei: inquantū priuat᷑ ipsū gratia ꝛ
charitate: que est glutinū huius vnionis.
Isa. 55. Iniquitates vestre diuiserūt inter
vos ꝛ deum vestrū. Peccatum enim mor
tale est: quasi gladius per quē mēbrum ꝑ
ciditur a corpore. Mēbrum autē diuisum
ab vnitate corporis fit putridum ꝛ corru-
ptum. Sic peccator ꝛc̄. Iuxta illud. i. Cor.
xvi. Siquis nō amat dn̄m Iesum xp̄m: sit
anathema: marnacha: Anathema. i. sepa-
tus ab ecclesia: marnacha. i. donec veniat
dominus ad ipsum illuminandum. Ex his
sequitur ꝙ peccator est expers omniū bo-
norum ꝛ meritorum ecclesie: que ex chari-
tate sortiuntur effectum. In cuius figurā
dicit᷑. Leui. 22. Homo de semine Aaron: q
fuerit leprosus: nō vesceꝛ de his: que sancti
ficata sunt mihi. donec saneꝛ. i. q̄cūq̄ chri-
stianus maculat᷒ fuerit lepra peccati mor-
talis: nō habebit partē bonoꝝ: que fiunt
in ecclesia: donec sanetur per penitentiam.
¶ Quarto peccatū est intellectus obceca-
tiuum. Sed ↄtra: q2 multi pctōres inueniū
tur: qui habent eximium intellectū ad ca
piendum: dic illud q̄d hic dicit᷑: de obsce
ratione intellectus. Intellige de obtusione
intellectus practici: s̄m ꝙ omnis malus ē
ignorans: ꝛ nō de obtusiōe intellectus spe-
culatiui. s̄m Tho. in. 4. sen. di. 18. sup̱ l̄ram.
Est ergo peccatū intellectus obcecatiuum:
Hoc p3: quadruplici medio: v3 rōe: exēplo.
experimēto: ꝛ figura. ¶ Primo q̄dē rōne:
q2 intellectus hūanus duplici lumine illu-
minaꝛ. Lumie gratie. Et lumine rōis natu
ralis. Primū aūt lumen gratie totalit᷑ tol
litur p̱ pctm̄. Scd̄3 lumen rōnis naturalis
de quo. ps̄. Signatū est sup̱ nos lumē vul
tus tui dn̄e. Et si nō totaliter subtrahaꝛ p̱
pctm̄: tn̄ valde obscuraꝛ: vt. j. patebit: q2 ↄ
hoc lumen rōnis agit hō peccādo: q2 sicut
virtus est nature ↄsentanea: vt dicit Tulli-
us: ita vitiū est nature ↄtriū. Ideo ↄ pctō-
res di. Sap̄. 2. Excecauit illos malicia illo
rū. Itē. ps̄. Nescierūt neq̄ intellexerūt. in
te. ambu. Itē Prouer. 4. Uia impioꝝ te-
nebrosa: nesciunt vbi corruant. Uide circa
h. Tho. 22. q. xv. ar. i. Ubi loquitur de ceci
tate mentis. Scd̄o p3 exēplo: in Adam: q
cum esset in statu innocentie: magnam sa-
piētiam de diuinis habebāt: ꝛ sciam de na
turalibus: adeo vt oībus aīalibus noīa im
poneret: ꝛ tn̄ post pctm̄ in tantā decidit ce
citatē: ꝙ abscondere se posse extimabat a
facie dn̄i ipsum vocantis. Gen̄. iij. Cum au
dissent vocē dn̄i dei deambulantis in pa-
radiso ad aurā post meridiem: abscōdit se
adam: ꝛ vxor eius a facie dn̄i in medio li-
gni paradisi. Sic de Salomōe legit᷑ ꝙ fuit
cecatus: propt᷑ pctm̄ luxurie: adeo ꝙ etiam
tēplū ydolis fabricaret. iij. Re. xi. Et Eccl'i.
47. Et in decretis. xxxij. q. 4. Salomon: p̱
pter hoc dicitur. Sophonie. i. Ambulabūt
vt ceci: quia domino peccauerunt. ¶ Ter-
tio idem patet experiētia. Nam proculdu-
bio cecus esset ꝛ fatuus ille: qui verbis cō
tumeliosis ꝛ factis ꝓuocaret illum ad irā:
qui haberet gladium nudum ad guttur
eius ꝛc̄. Sic in proposito omnes sumus in
manu dei. Deuteron. xxxij. Ego occidam: ꝛ
ego viuere faciam: per. et e. sa. Et nō est qui
de manu mea pos. eru. Et tamen peccator
non veretur ipsum quottidie offendere:
Unde hoc: profecto quia cecus est: cum
tamen hominem mortalem timebit offen-
dere: ꝛ offensum conatur placare.

¶ Quarto idem apparet ex figura Thobie.2. Ubi legitur q̄ oculi Thobie fuerũt cecati stercore irũdinis: dum dormiret iuxta parietẽ. Per stercus irũdinis: qđ est calidũ significatur peccatũ: qđ animã inflãmat ad ꝯcupiscẽtiam terrenorũ: ⁊ per ipsũ cecant̃ oculi intellectus hominis dormiẽtis in lecto peccati: in quo requiescit sic dormiens: sed quies illa ꝯuertetur in sempiternũ laborẽ. Dic practice: quõ quiescit supbus in honoribus ⁊ dignitatibus: auarus in diuitijs: luxuriosus in voluptatibus ⁊c. Ideo peccator cecus nõ perpẽdit: nec intelligit grauitatem peccati: sicut canis submergendus: nõ sentit lapidẽ in suo collo ligatum: donec extra nauiculam ꝓijciatur in mare ⁊c. Sic peccator nõ sentit grauitatẽ peccati: donec ꝓiectus est: extra nauiculam corporis sui: seu vite p̄sentis: ⁊ demergat̃ in ꝓfundum inferni. Gre. Oculos quos culpa clausit pena apit. Ad idẽ facit figura de Sansone cecato a filisteis. Iudi.16. ¶ Quinto peccatum est effectus induratiuũ. Nõ enĩ delectant̃ peccatores de rebus diuinis ⁊ spiritualibus: que sunt dulciores super mel ⁊ fauum sed de rebus temporalibus: de iocis: de cantibus vanis: de lectione librorũ vanorũ, ⁊ inutilium: sicut sunt libri dicti vulgo centũ nouelle: philostratu: delectant̃ de nouis ⁊ vanitatibus mundi: similes filijs israel: qui cõcupierunt concupiscentias, in deserto: qui iam fastidiebãt mãna: ⁊ desiderabant porros alia: ⁊ pepones egypti: dicentes. In mentẽ nobis veniunt cucumeres porriq; ⁊ cepe: ⁊ alia. anima nostra arida est: nihil enim respiciunt oculi nostri: nisi mare ⁊c. Num.xi. Et vnde h̄: nisi qr habent palatũ infectũ febre ꝯcupiscẽtie: ⁊ iniquitatis: Aug. Oculis egris odiosa est lux: que puris est amabilis. Et palato nõ sano pena est panis: q sano est sanis. Nota exemplum: de hieronymo rapto in spũ ⁊c. Ideo de peccatore indurato põt intelligi illud: qđ dicit̃ Job. 41. Cor eius indurabit̃: quasi lapis ⁊ stringet̃: quasi malleatoris incus. Nõne durus esset valde lapis: si nec igne posset liquefieri: nec malleo posset ꝯteri: Sic est cor ĩpenitentis: qđ nõ frangit̃ malleo verbi dei: nec liquefit igne p̄dicationis. Jer.23. Nũquid nõ verba mea sunt: quasi ignis ardens: dicit dñs: ⁊ quasi malleus ꝯterens petram. Ideo cor peccatoris est: quasi incus malleatoris: que quãto plus verberat̃: tãto magis calcatur: ⁊ induratur. ¶ Sexto peccatum est timoris incussiuũ. Gen.iij. Vocem tuã dñe audiui ⁊ timui: eo q̄ nudus essẽ: Et tñ illa vox erat vox clemẽtie. Peccator nãq; timet omnia aduersa: siue sit pestis: siue guerra: siue ĩfirmitas: siue alia quecũq;. O q̄ magna seruitus est ista: ⁊ q̄ magna miseria. Unde ꝓsus. Absq; timore dei viuens homo cũcta timebit: cũcta timent: ⁊ eum si timet ipse deum. Uñ ad ꝓpositum dicam vobis historiam: quã refert Boetius in.iij. de ꝯsolatiõe. Et Tulius i tusculanis vlt. q. de quodã magno dñio sicilie. s. Dionysio qđ cum q̄dam amicus suus laudaret eum: ⁊ felicem diceret ipse volens ostendere: q̄ nullus homo in hoc mundo: p̄sertim peccator h̄s beat veram felicitatẽ: inuitauit ipsum ad prandiũ: siue cenam: ⁊ parauit sibi omne genus deliciarũ: ⁊ introductus in quandã cameram pollitissimã: ⁊ ornatam ponit̃ in mensa dñi: sedens cum eo: ⁊ corã eo fuit apportatũ omne genus deliciarũ: cibi: vina: iuuenes: ⁊ iuuencule: cantatrices: ⁊ sonus suauissimus. E cõtra dñs mandauerat poni vnum ensem nudũ: ⁊ acutũ super caput dicti amici discũbentis: pendẽtem perpẽdiculariter super verticem ipsius cum vno filo equino. Amicus vero ille perpendens grauitatẽ ensis: ⁊ eius acuitatẽ ⁊ tenuitatẽ fili ipsum tenentis: ita pauefactus est: q̄ omnes delicie, ille videbant̃ sibi tormenta: nec volebat comedere: nec bibere: nec tantam speciositatẽ iuuenũ videre: nec cantus: ⁊ musicas audire. Cũq; dñs interrogasset eum: quare inter tot delicias nõ comederet: dixit. Utinã essẽ i mea domũcula: nam acumen huius ensis omnes delicias istas mihi in tormenta ꝯuertit. At dominus ait. Amice ꝯsidera ergo: sic me esse inter istas delicias: tñ ꝯsidero tremendũ iudicium dei graue esse super me: ergo nõ me iudices felicem in p̄senti vita volubili: q̄uis sim in magno dñio ⁊ honore. Ideo dicit Greg. In moralibus lib.32.c.19. Et in decretis.xiij.di. Nerui. Omne q̄ hic eminet: plus meroribus afficitur: q̄ honori-

bus gaudet: ⁊ duz cor tribulationibus pmitur ad memoriam culpa reuocatur. Ex dictis iam pz quantū timorez peccator incurritur ex peccato. E cōtra dicit̄. Prou. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium.

¶ De nouem malis: que ex mortali peccato procedunt. Sermo.9.



Enitentiam agite ⁊c̄. Sequitur p̄dicare de nouem alijs malis: que ex mortali peccato pcedunt. De quo⁊ sex hodie predicabimus. Salutetur virgo Maria ⁊c̄. Ultra supradicta sunt alia sex: que sunt ista vz: peccatum nanqꝫ.

¶ Primo est naturalium bonorum vulneratiuum.

¶ Secundo est spiritualis thesauri priuatiuum.

¶ Tertio est in bestialem naturam transformatiuum.

¶ Quarto est nocumenti maximi inductiuum.

¶ Quinto est subiectionis diabolice causatiuum.

¶ Sexto est mortis tp̄alis acceleratiuuz.

¶ Primo ergo peccatū est naturaliū bono⁊ vulneratiuum. Ubi notandū: pro declaratione: q̄ sm̄ doctrinam beati Tho.1.2.q.85. arti.1. Bona nature psit tripliciter dici. Primo qdem ipsa principia nature.s. ex quibus ipsa natura cōstituitur ⁊ proprietates ex his causate: sicut potētie anime: ⁊ alia huiusmodi. Scd̄o q: homo hz a natura inclinationem ad virtutem: qd̄ est quoddam bonū nature. Tertio modo pōt dici bonū nature donum originalis iusticie: qd̄ fuit in primo homine collatuz toti humane nature: que inclinatio ꝯsistebat in rectitudine quadaz per quā homo erat subiectus deo: ⁊ sensualitas rōni: de qua rectitudine anime ⁊ corporis. Dicit Ouidius in primo methamor. Pronaqꝫ cū spectent animalia cetera terram os homini sublime dedit. Celumqꝫ videre iussit ⁊ erectos ad sidera tollere vultus. ¶ Primum ergo bonū nature: neqꝫ tollitur: neqꝫ diminuitur per peccatū. Ratio est: q: etiam in demonibus bona naturalia manent integra: post peccatuz: vt dicit Dionysius.4.c. De diuinis nominibus. Tertio vero bonū nature totaliter est ablatum per peccatuz primi parentis. Sed mediū bonum nature.s. ipsa naturalis inclinatio ad virtutem ex parte.s. anime: nam ex parte corporis dicit̄. Gen̄.8. Sensus ⁊ cogitatio humani cordis prona sunt ad malū ab adolescentia sua: diminuitur per peccatū: per actus enim humanos fit quedam inclinatio ad similes actus: oz aūt ex hoc q̄ aliquid inclinatur ad vnū ꝯtrario⁊ diminuatur inclinatio eius ad aliud. Unde cum peccatum sit ꝯtrariuz virtuti: ex hoc ipso q̄ hō peccat diminuit bonū nature: qd̄ est inclinatio ad virtutē. Unde Luc̄.10. Dicit̄ q̄ homo descēdens ab hierusalē in iericho.i. in defectum peccati expoliatur in gratuitis ⁊ vulneratur in naturalibus: vt Beda exponit. Predicta aūt diminutio nō fit p modum subtractionis. Alioquin posset huius inclinatio ad virtutē totaliter tolli per multiplicationē peccato⁊: cuz sit finita: qd̄ nō est verum: cum etiam in damnatis huiusmodi inclinatio maneat: aliogn nō esset i eis remorsus ꝯscientie: diminuit̄ ergo huiusmodi inclinatio p modū additionis ipedimenti: qd̄ neqꝫ tollit: neqꝫ diminuit radicem inclinationis: sicut pz in diaphano corpore: qd̄ qdem habet inclinationem ad susceptionez lucis ex hoc ipso q̄ est diaphanum. Diminuitur aūt inclinatio vel habilitas ex parte nebula⁊ superuenientium: cum tñ semper maneat in radice nature: sm̄ Tho.q.vbi.s̄.ar.ij. ¶ Scd̄o ē spiritualis thesauri priuatiuū. Thesaurus aūt spiritualis cōsistit in quattuor: vz. Primo in gratia dei. Scd̄o in virtutibus. Tertio in donis. Quarto in meritis: hec omnia destruit ⁊ perimit peccatum. ¶ Primo enim destruit gratiam: que per peccatū mortale amittitur. Et ratio: q: peccatum est offensa dei. Offensa aūt ⁊ gratia opponuntur. Ex hoc enim dicit̄ aliquis alteri esse offensus: q: repellit eum a gratia sua: vt no.s̄. arti.i. sermone.1. parte.1. In scd̄a ratione. Igitur gratia ⁊ peccatū mortale simpl esse nō possunt in eodē subiecto. Gratia aūt est

thesaurus infinitus: iuxta illud. Sap. 7. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo q vsi sunt: pticipes facti sunt amicitie dei. ¶ Secūdo destruxit vtutes. s. theologicas: τ morales infusas. Nam fides per mortale peccatū occiditur: quia vt dicit Jacobi. 2. Fides sine operibus mortua est. Item Spes que habetur a peccatore: dicit psumptio: τ non spes vera. Spes enim vera habetur ab illis tm̄: qui sunt boni. ps. Spera in dn̄o: τ fac bonitatem. Itē charitas que cum peccato mortali non potest esse simul in eodem subiecto. 2. Cor. 6. Que enim participatio iustitie cum iniquitate: aut que societas luci ad tenebras? τc. Peccator. n. magis diligit creaturam q̄ deum: qr fruit creatura: vt dicit Aug. in primo de doctrina christiana. ¶ Item prudentia nō est in peccatore. Que enim prudentia est in eo: q preponit creaturam creatori? Et tandē peccator perdet vtrūq. s. creatorem quem habere hic noluit: creaturam vero qr illam habere nō potuit. Et sic facit peccator cōtra regulam prudentie. Quicqd agis: prudenter agas: τ respice finē. Et ideo in scriptura sacra peccatores dr̄ stulti. Eccl's. 1. Stultoꝝ infinitus est numerus. Item iusticia nō est in peccatore: quia nō reddit deo quod suum est. s. obedientiam τ honorem. Mal'. 1. Filius honorat patrem: τ seruus dn̄m suum. Si ergo pater ego sum: vbi est honor meus? Et si dn̄s ego suz: vbi ē timor meus: dicit dn̄s exercituum? Item fortitudo nō est in peccatore: qr quidem a peccato se superari permittit. Isa. 1. Erit fortitudo vestra: vt fauilla stuppe: τ opus vestrū quasi sintilla. Item temperantia deficit in peccatore: qn̄ quidem non refrenat motus luxurie: gulle: τ aliaꝝ passionum subijciēs eas rationi: sed viuit: sicut equus τ mulus: quibus non est intellectus. ¶ Tertio destruit dona spūs sancti: que sunt septē: de quibus Isa. xi. s. Sapientia: intellectus: cōsilium: fortitudo: scientia pietas: τ timor dn̄i. ¶ Quarto destruit omnia merita: que olim homo in gratia constitutus acquisierat. Ezechi. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua: τ fecerit iniquitatē fm omnes abominationes suas: quas operari solet impius: nūquid viuet? omnes iusticie eius quas fecerat: nō recordabuntur. Unde de peccato mortali. Job dicit. 31. Ignis ē vsq ad cōsumptionem deuorās: τ omnia eradicans genimina. i. merita. Ad quid aūt valeant bona facta in mortali peccato: vide in sermonibus de peccatis in genere. ar. iij. sermone. 4. Et de hoc fiat alius sermo. Destruit etiam siue impedit merita acquirenda: qr de his bonis: que hō in peccato mortali cōstitutus operatur: nihil merer: hoc pbatur auctoritate: rōne: τ similitudine. Auctoritas habetur. 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: τ si tra. cor. me. ita vt ar. charitatem aūt nō habuero: nihil mihi prodest. Ratio est: qr deus nō acceptat opera: nisi acceptet operantem τc. Dic vt in sermone de peccatis in genere arti. iij. sermone. 4. Similitudo ē de ramo preciso ab arbore τc. Ut in dicto sermone. Est τ alia ratio: dic illud qd nota. glo. in. c. 1. de colus. quā scripsi. vbi. s. Hec aūt cōclusio vera est: nisi duobus casibus. Primo in operibus: que valent ex opere operato: τ pferentibus caracterem: sicut baptismus pfirmatio: τ ordo. Scdo in operibus bonis: que fiunt a peccatore: sicut a nudo ministro: dic vt ibidem. Est autem notandū: q sex vtilitates habent huiusmodi opera: dic vt ibidē. Ecce ergo quātum thesaurū perdit peccator ex vnico peccato mortali. Jō dicit dn̄s. Mat. 16. Quid enim proficit homini si vniuersum mundū lucretur: aie vero sue detrimētum patiat? Aut quaz dabit homo cōmutationem pro anima sua? Ideo debes o peccator maxime flere de ammissione tam inextimabilis τ incōparabilis thesauri magis: q̄ mercator: qui vno naufragio perdit totaz substātiam suam: quā cum multis laboribus per multa tēpora lucratus est. ¶ Tertio est in bestialem naturam transformatiuū. Hoc pbatur ratiōe: τ auctoritate. Ratio est: qr homo peccator postposita ratione viuit fm motum sensualitatis: τ psequēter cessat in eo ratio naturalis. ptra quam peccando operat. Inter hoiem aūt τ bestiam nō est differētia: nisi per rationē: que est differētia specifica inter ipsuz τ bestiaz. Ergo cessan-

te rōne cessat differētia ipsa formalis: ⁊ cō sequēter efficitur bestia. Unñ superbus potest dici leo: auarus vulpes: luxuriosus porcus: iracundus canis rabiosus: gulosus lupus: inuidus basiliscus: acidiosus asinus. Et ꝯfirmatur ratio ista: ex eo q̄ pōt dici: ꝙ peccatū transformauit angelos in bestias: q̄ demones bestie dr̄ in scriptura. Unñ diabolus dicit̄ draco. Apoc. 12. Ad idez facit exēplum qđ refert. Greg. in. iiij. dialog. De datio mediolanensi ep̄o: q̄ñ transiens per Corinthū hospitatus est in domo: quā demones inhabitabant ⁊c̄. Hoc scripsi in sermonibus de articulis fidei: sermone. 17. pte. iij. Auctoritas habet̄. Eccl'e. iij. Dixi in corde meo: de filijs hominū: vt ꝓbaret eos deus: ⁊ ostenderet similes esse bestijs. Item hō cum in honore esset: nō intel. ꝯ. est. iu. in si. ⁊ si. fac. est illis. Itē Sene. Quid interest in belluam transformari: aut sub hominis figura animū hoīs nō gerere: Ad idē Boetius in. iiij. ꝓsa. 4. libri de ꝯsolatione. Uersi inquit in maliciam: humanam quoq̄ amisisse naturam. Et subdit. Euenit igitur: vt quē transformatum vitijs videas: hominē estimare nō possis sed belluam. Et subdit in fine. d. Ita fit: vt qui probitate deserta homo esse desierit: cum in diuinam conditionem transire non poterit: vertatur in belluinam. Hoc etiam senserunt antiq pagani: in fabula: quā scribunt de dea Circe. Uide qđ scripsi in dn̄ica. 23. post festuz trinitatis: sermone qui incipit. Cuius est imago hec: in introitu. Quinimo veraciter dicere possumus: ꝙ deterior est peccator q̄ bestia. Qđ probatur tripliciter. Primo rōe culpe: q̄ imputatur sibi ad culpam: si sine ratione viuit: qđ nō est in bestia: q̄ viuere sine ratione: bestijs est ex natura: sed homini ꝓcedit ex culpa. Secundo ratione nocumenti: q̄ homo peccator magis nocet ꝓximis q̄ bestia: q̄ in homine est dolus: qui nō est in bestijs. Tertio ratione pene: quia bestie post mortem nō sunt obnoxie alicui pene: q̄ anima cum corpore morit̄: sed peccator est obnoxius pene eterne post mortē: vt. j. patebit in. 7. effectu. Et ideo minus malum esset tibi o infelix peccator: bestiaz esse q̄ peccatorem: si penitentiam nō agis.

¶ Quarto ē nocumēti maximi inductiuū: nam sine peccato nihil potest homini nocere. Nā nec diabolus: nec homo malus: nec infirmitas: nec mors: nec alia aduersitas poterit ei nocere: si a peccato hō abstineat. Unde ecclesia in prima feria. 6. quadragesime: in oratione: que dicit̄ in vesperis: vbi sic dicitur. Tuere domine populum tuum: ⁊ ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dominetur iniquitas. Item Eccl'e. viij. Qui custodit preceptum: non experietur quicq̄ mali. Item Isa. iij. Dicite iusto: q̄ñ bene quoniam fructum adinuentionū suarum comedet: ⁊ veh impio in malum ⁊c̄. Item. 1. Petri. iij. Et quis est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis: Quinimmo sine peccato omnia aduersa conuertuntur in bonum homini. Ro. 8. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Et plus non potest diabolus vel persecutor nocere iusto: nisi quia fabricat ei coronam eternam. Ber. Mirandum dei iudicium: ꝙ ille superbus malleator nesciens eis coronas fabricat perpetuas omnes impugnando: ⁊ omnibus succūbendo. Et Dauid in. ps̄. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: fabricauerunt inquam coronam perpetuam. Exēplum de Agatha: Lucia: Catharina: Laurentio: ⁊ ceteris martyribus: qui non essent corona martyrij laureati: nisi diabolus eis illas medijs tyrannis persecutoribus fabricasset. Et nihilominus predicta sunt maxime nociua homini per peccatuz. Sūma ergo diligentia est fugiendum peccatum: ⁊ per penitentiaz delendum. Si eniz vniuersi demones: ⁊ mali homines: ⁊ bestie: ⁊ omnes alie creature: que homini possunt nocere: essent ꝯgregati ex vna parte magis timendum esset vnum mortale peccatum q̄ omnia illa. Unde dicit Augu. i. de ciui. dei. Et habetur in decretis. xxxij. q. v. Ita ne: ꝙ homo debet potius oīa mala pati: q̄ peccato consentire. Item Seneca. Cum hominibus inquit pacem habe: cum vitijs bellum. Et iterū. Uitia sine modo: ⁊ ordine persequenda sunt: quia modum ⁊ ordinem non habent: ⁊ concor-

dat scriptura. d. quasi a facie colubri fuge peccatum. Eccl'i. 21. ¶ Quinto est subiectionis diabolice causatiuum: quia per peccatum efficitur homo seruus diaboli: iuxta illd. Petri apostoli. 2. Petri. 2. A quo eniꝫ quis superatus est: huius ⁊ seruus est. Nam ⁊ de iure ciuili victus: siue captus in bello punico efficit̃ seruus capientis: vt ff. de captiuis. ibi. Ab hostib⁹ captus: puta a germanis seu partis: seruus ẽ hostiũ: ⁊ in. l. Et seruoꝝ. ff. de sta. ho. ibi. Iure gẽtiũ serui nostri sunt: q ab hostibus capiunt̃. Item Ro. 6. Nescitis qm̃ cui exhibuistis vos seruos ad obediendũ: serui estis eius cui obedistis. Ecce qꝫ malum dñm habent peccatores. Iere. 16. Seruietis dijs alienis die ac nocte: qui nõ dabunt vobis requiẽ. Nota. dijs in plurali numero: nam tot demonum peccator est seruus quot peccatoꝝ est reus. Supbus nãqꝫ ẽ seruus leuiathan: ipse est rex super oẽs filios superbie. Auarus mamone ⁊c̃. Nota. ad hoc parabolam illius filij adolescentis: qui dispersit oia bona sua: qui postea adhesit vni ciuiuꝫ illius regionis. Luc. 15. i. Diabolo qui est ciuis ⁊ princeps regionis peccatoꝝ. Jo 12. Nunc princeps mundi huius eijciet̃ foras. Ideo precipit apl's peccatoribus. d. resipiscant a diaboli laqueis a quo captiui tenent̃ ad ipsius voluntatẽ. 2. Thi. 2. ¶ Sexto ẽ mortis tẽporalis acceleratiuũ: q2 ppter demeritum peccati diminuitur vita peccatori. ps. Viri sanguinum ⁊ dolosi nõ dimidiabunt dies suos. Vñ ⁊ de iure cano. Propter peccatũ homo citius mori p̃sumit̃. xi. q. iij. Epi si sacerdotali. Et no. i. c. qua frõte de appella. Et in hoc diuina bonitas: ⁊ iuste: ⁊ misericorditer: cuꝫ peccatoribus agit. Iuste qdem: q2 meretur peccator vitam pdere: qua male vtitur: iuxta illud. Sap. xi. Per que quis peccat per hec ⁊ torquet̃. Vñ ⁊ ppter demeritum peccati primi parentis mors hũano generi indicta ẽ. Gen. 2. Quacũqꝫ die comederis: morte morieris. Item Ro. 5. Per vnuꝫ hoiem peccatũ intrauit in mundũ. Et per peccatuꝫ mors. Et ꝯcordat etiã simile de iure ciuili quo disponit̃: ꝙ si ꝯductor domus ea male vtat̃ ꝙ potest ei ea auferri a dño ⁊ pbatur in. l. edẽ. C. loca. Sic deus locat nobis vitam temporalem vt ei reddamus mercedẽ bonorum operum. Si igitur male vtatur homo ipsa vita: dignus est vt ipsa priuetur. Ideo etiam deus ppter peccata hominuꝫ imisit diluuium: ⁊ vitam humanam diminuit: deus propter maliciam hominũ. Gen. 6. Nõ permanebit spiritus meus in homine in eternum: q2 caro est: eruntqꝫ dies eius centum viginti annoꝝ. Misericorditer etiã deus cum peccatoribus agit diminuendo eis vitam: quia tollit deus malos de medio ne peccatum coꝝ augeant: vt dicit August. Et in decretis. 23. q. 4. ca vindicta. Et alibi dicit idem Aug. Cui licentia iniquitatis eripitur: vtilius vincitur: qm̃ nihil est infelicius felicitate peccantium: qua penalis nutritur ĩpuritas: ⁊ mala voluntas velut hostis interior roboratur. 23. q. i. paratus in fi. Ad idem facit. 45. di. ⁊ qui emendat. ergo penitentiam agite ⁊c̃.

¶ De tribus vltimis malis: que causantur ex peccato. Sermo. 10.



Penitentiam agite ⁊c̃. In precedẽtibus dictum est de differẽtie ⁊ nouem malis: que sequuntur ex peccato: nunc vero dicendum est de tribus vltimis malis pro complemento huius articuli. Salutetur virgo Maria ⁊c̃.

¶ Primum est temporis amissiuum.

¶ Scdm est quietis perturbatiuum.

¶ Tertium est pene eterne obligatiuum.

¶ Primo est temporis amissiuuꝫ: per peccatum enim homo amittit tempus: quod est preciosissima rerum: nam si anima damnata posset recuperare in hac vita spaciũ medie hore: caripenderet magis ⁊ pretiosiorem illam reputaret: qꝫ totum mũdi thesaurum. Unde Ber. Nihil pretiosius tempore: heu nihil hodie vilius reputatur. Nota. exẽplũ crisauri: de quo in. 4. dialogoꝝ. ⁊ ĩomel'. 12. Qui ĩextremo vite tẽp⁹ modicũ postulabat. d. Inducias vsqꝫ mane ⁊c̃. Sic ille dominus Nicolaus de sicilia. qui cum esset peste percussus videns se morti propinquum misit pro quodam venerabi-

li religioso: qui cum venisset ad eum querenti quid postularet. Dixit: rogo te pater vt petas a domino inducias mihi decem dierum infra quos valeam disponere animam ⁊ bona mea ⁊c. At ille dixit ⁊ quot annos in hac vita peregistis? Respon. sexaginta. At ille ⁊ quare in tot annis neglexistis disponere vitam vestram? Modo autem petitis decem dies tandem ille ante terminum illum petitum expirauit: cuz vitam suam valde seculariter peregisset. Ideo Eccli. 14. Fili conserua tempus: ⁊ declina a malo. Nota conserua tēpus ⁊c. Ratio est: quia sic transit quod est irrecuperabile: omnia alia bona temporalia si amittantur recuperari possunt: solum tempus irrecuperabile est. Virgilius in. 10. eneidos. Stat sua cuiq; dies breue ⁊ irreparabile tempus omnibus est vite: hoc ergo tempus maxime perdit peccatum: non solum perdit: sed contra semetipsum: ⁊ contra largitorem temporis: qui est deus expendit in vanitatibus ⁊ peccatis. ps. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Ideo faciamus consilium Salomonis dicentis: quid necesse est homini maiora se querere: cum ignoret quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis sue: ⁊ tempore quod velut vmbra preterijt Eccles. 7.

¶ Secūdo est quietis anime pturbatiuū. Nunq; enim misera anima quiescit in peccato mortali. Cuz enim quies sit terminus motus. Anima autem peccatoris sit semp in ptinuo motu cum voluntate peccandi: seqtur q̄ misera illa anima nō possit quiescere Alia causa cū deus habeat animam quietare inquantū habet rōnez boni: obiectum aūt voluntatis ⁊ finis anime sit ipse deus. Aug. in lib. pfessionū. In principio fecisti nos dñe: ad te: ⁊ inquietum est cor nostrum: donec requiescat in te: sequit̄ q̄ nunq̄ anima quietatur: donec sit cum deo: seu tendat ad deum. Sed aīa peccatoris est p deuz: ⁊ recedit a deo p peccatū: qđ ē auersio a bono incōmutabili ⁊ puersio ad bonum cōmutabile: sm Aug. sequit̄ q̄ nunq̄ talis anima habebit quietē? Hoc ē qđ dicit Aug. in lib. pfessionuz. Iussisti dñe ⁊c. Et sic est vt pena sit sibi oīs inordinatus amor quē habent peccatores: circa ea que mouent eos ad peccandū: qui amor est eis pena. Si volumus ista videre clarius discurramus p singula peccata mortalia: ⁊ videbimus penas ⁊ amaritudines: que ex ipsis oriunt̄. E cōtra autē dulcedines ⁊ cōsolationes ⁊ quietes: que ex virtutibus oppositis causant̄. Primo superbus habens inordinatum amorē ⁊ cupiditatē honoris inquietus est: q: sibi videtur q̄ oēs despiciāt eū: primo vxor: scđo filij: ⁊ alij: q: videt se ab eis: nō tm̄ reuereri quātū deberet. Ecce dolor ⁊ quietis pturbatio. Itē quando intrat plateam vel qn̄ transit: si oēs nō surgunt: videt̄ ab eis despici. Itez dicit superbus. Talis fuit capitaneus vel Vicerius: ego nō. Ecce dolor. Vn̄ Isidorus lib. ethi. Superbus inquit dictus est: q: vult super videri q̄z est. Qui enim vult supergredi is superbus est. Sicut dicit Augu. lib. 14. de ciui. dei. Nā superbia est celsitudinis appetitus. Hic aūt appetitus nunq̄ poterit satiari vel quietari. Et ideo hoc ptm̄ est genetis anime perturbatiuum. Hoc etiam dicit Aug. 14. de ciui. dei. Superbia pverse imitatur deum: odit nāq; psocijs equalitatē: sub illo: sed iponere vult socijs dñationem suam: pro illo. Ecce dolor ⁊ iordinatus animus: ⁊ iquietudo anime. ptra: humiles qn̄ fiunt sibi magni honores dīt. Nō nobis dñe: nō nobis: sed nomini tuo ⁊c. Ecce qes mentis ⁊ anime. Scđo auarus de oībus habet dolorē: qn̄ enim videt in mensa vxorem: filios ⁊ famulos bene cōmedentes dolet. O miser destructus sum. Et tantū dolet q̄ nō sentit delectationem cibi vel potus. Si videt farinā iminutam. d. O miser perditus sum. Ideo Eccles. Cūcti dies erūnis ⁊ doloribus pleni sunt. Ideo Sene. in tragedijs. Auaro quid mala optas: nisi quot viuat. Si filius currit dicit. O miser: quot sotulares frangit. Si dormit somniat latrōes: si sentit mures credit fures. Ecce inquietas anime: hoc est qđ dicit Salomon. Eccles. 5. Auarus nō iplebitur pecunia. Et qui amat diuitias non capiet ex eis fructum: q: vt dicit. Hiero. Auaro tam deest qđ habet: q̄z qđ nō hȝ: bene etiam nō iplebitur pecunijs: q: assimilat̄ inferno per augmentum dicēs. Auarus est

inferno similis: q quantoscu͂q̄ deuorauerit:
nunq̄ dicit sufficit: sic nec auarus poterit
saciari. Ideo Eccl'i. xi. Auaro nihil scelesti-
us: ⁊ postea subdit. Nihil iniquius: q̄ ama-
re pecuniā. Ecce iordinatus amor. Et sub
dit. Hic enim ⁊ animam suam venalē hȝ.
Tulius de officijs lib. p̄mo. Nihil est tam
exigui animi ⁊c̄. Habet ergo aiam inquie-
tam. Et hoc est ꝑprie ꝑprium auaro. Ergo
auaricia est quietis anime perturbatio. E
contra: persona liberalis letatur: q̄n videt
vxorē: ⁊ familiam comedentes: ⁊ dicit. Co-
medamus: ⁊ dn̄s prouidebit nobis: si serua
bimus eius precepta. Ideo. ps. Justi. i. libe
rales exultēt incōspectu dei: ⁊ delectētur
in leticia. Itē luxuriosus quantam penam
habet: q̄n est philocaptus de aliqua don-
zella: vel vidua? ⁊c̄. Uadit die noctuq̄ cuȝ
armis ⁊ magnis ꝑiculis. Nō pōt comedere
nec dormire: sed vadit sicut stultus. Unde
ꝑsius. Nescio qd sit amor: nec amoris sen-
tio nodū. Sed scio siqs amat: nescit habe
re modū. Et sic in rei veritate. Un̄ Augu.
O amatores mundi nō est requies vbi q̄-
ritis: eam vitam beatam queritis in regio-
ne mortis. Et si ꝯsequitur intentū suum: sta
tim dicit. Nō: sed cum alia haberem maio
rem delectationē: vel seruabo aliuȝ modū:
vt magis delecter. Quare dicit. Phs: ꝙ cō
cupiscentia carnalis est infinita: ⁊ nō ha-
bet terminuȝ. Ideo Boetius. Quid de vo
luptatibus corporum loquar: quarū appe-
tentia quidem plena anxietatis: sacietas
penitentie? Nec est mirū de nostris iuue-
nibus fatuis: cum Salomon tam sapiens
per luxuriam fuerit deuictus. Et Dauid tā
sanctus. Un̄ Aug. p̄mo. soliloquiorum. Nihil
esse censeo: ꝙ magis ex arte deijciat ani-
mum virilem: q̄ blandimenta femine: cor-
porcusq̄ ille cōtatus. Item Tullius de se-
nectute. Cum natura siue deus: nihil homi
ni: mēte ꝓstabilius dedisset: scias huic diui
no muneri: nihil eē magis ꝯriū q̄ volupta
tem. Sed que differētia est inter iuuenē lu
xuriosuȝ: ⁊ senem? Audi Sene. dicētē Ado
lescēs luxuriosus peccat: senex insanit: sed
peius est de persona nobili ⁊ graduata di
gnitate. Nam dicit Fulgētius lib. 2. mitelo
giarum. Quāuis in oibus amor libidinis sit:
nunq̄ tn̄ deterior: cum se honorato misceue
rit. Libido enim honestatis dum quid ex-
pediat nescit: semper est maiestatis ꝯtra-
ria. Item Tulius ad parmenidē. An mihi
liber videt̄: cui mulier imperat? cui leges
imponit. Uocat: veniēdū est. Eijcit abeun
dū est. Minatur: extimescēdū est. An ergo
mirum? Sed nequissimuȝ seruū etiam si in
amplissima familia natus sit: appellan-
dū puto. Persona aūt casta si sit: de matri
monio ꝯtentat̄. de sua societate. siue sit iu
uenis: siue antiqua: alba vel nigra. Dicit
vir. Sufficit mihi: ꝙ vxor mea est. Alij aūt
q nō sunt de matrimonio nō curant nec lo
quunt̄ de illa materia: ⁊ viuūt leti: ⁊ quie-
ti. Ideo. ps. Renuit cōsolari anima mea. s.
in bonis carnalibus. Ergo in quibus? Rn̄.
Memor fui dei: ⁊ delectatus sum. Itē in-
uidus nunq̄ quiescit: sed semper in tristi-
cia manet: q̄r inuidia nihil aliud est: q̄ do
lor de bono alterius. Unde Greg. 6. mor.
Inuidere nō possumus: nisi eis: quos in
aliquo cernimus meliores: q̄r dicit Phs
in. ij. ethico. Inuidebūt tales: qbus sunt ali
qui siles: aut s̄m genus: aut s̄m cognitio-
nem: vel s̄m staturam: habitum: aut s̄m
opinionem: q̄r dicit Damascenus. Inuidia
est tristitia in alienis bonis. Et Phus. ij.
Ethi. Quid dolet inuidus? De eo d quo ē
gaudēdū dolet. Qn̄ videt inuidus: ꝙ alius
plus honoratur vel ditatur: vel est in offi-
cio: vel in amore principis: tristat̄ inuidus:
⁊ frangitur corde. Unde est quidā versus:
Inuidus inuidia cōburitur intus ⁊ extra.
Unde sic diffinit̄ ab Aug. in sermone. In-
uidia est dolor felicitatis alterius. Itē Da
mascenus in sermone. Inuidia est ignis in
extinguibilis. Etenim sicut tinea comedit
vestimenta: sic inuidia eum qui zelatur cō-
sumit ⁊ rodit. Propterea Aug. de ciui. dei.
Inuidia primum sui mordax est. Et Job.
5. Paruulum occidit inuidia. Persona
aūt charitatiua nō tristatur de bono alte-
rius: sed letatur ⁊ dicit. Dn̄e conserua hec
sibi: sed recordare de me: quia sum creatu
ra tua: sicut iste. Ex charitate aūt dominus
illi prouidet abundanter. Ideo apl's ad
Gal. 5. Fructus aūt spiritus est charitas:
gaudium: pax ⁊c̄. Gula etiam secum trahit
dolorem ⁊ inquietudinem: q̄r gulosi sunt
cōmuniter potatiores: habētq̄ oculos scar

latinos:⁊ tremunt: q2 vinum ferit neruos.
Peccatur aūt quattuor modis in gula.
Primo modo cum in cibo hora ordinati
tēporis preuenitur. Secūdo cum cibus ni-
mis splendidus preparatur. Tertio cū sibi
plurimum:⁊ vltra debitam:⁊ nature cōfor
mem quantitatē accipitur. Quarto cū ni-
mis ardenti auiditate recipit. Et quōcūq3
capiatur gula:vnoquoq3 istorum modorum:
semper est inquietudo anime. Nam primo
anime requies impeditur:qū corpus ante
debitam horam impletur. Unde scribitur.
Ueh tibi terra:cuius rex puer est:⁊ princi
pes mane comedunt. Secūdo peccatur cū
cibus splendidus preparatur. Nam ex
splēditate cibi causatur repletio. Et vidē
tur tales:totam curam habere de corpore:
cōtra quos dicitur. Quorum deus venter ē.
Unde Sene. Palatum tuum fames exci
tet:nō sapores. Tertio peccatur in quanti
tate excessiua. Naz fiunt inordinate morta
les diuersarum specierū carnes:⁊ fercula: sub
variis condimentis:⁊ alie multiformes ci-
borum manerics:vina grandia:⁊ diuersa:
ex appetitu illo tracti quorum potentiaz:⁊ di
uersitatem huius humane nature fragili
tas digerere:ac sustinere non potest. Et sic
ex corrupta digestione in humores corru
ptos cibaria in corporibus humanis tran
seunt: ex quibus dolores:febres: podagre:
alieq3 infirmitates:tandem ad destructio-
nem vite deuenitur. Propter qđ dicit Boe
tius de ꝯsola. Paucis enim minimisq3 na
tura contenta est: cuius facietatem si sup-
fluis agere velis:aut iniocūdum:qđ infun
dis fiet aut noxiuz. Eccl'i.17. Propter cra
pulam multi perierunt. Et in multis escis
erit ifirmitas. Quarto peccat:qū nimis ar
dēti auiditate recipit:ꝯ qđ. Eccl'i.37. Noli
esse auidus in oi epulatione:nec te effun-
das super oēm escam. Exemplū de Esau.
Qui ꝓpter scutellā lenticularum: primogeni-
turam vēdidit. Jō hoc peccatū oino abij-
ciendū est. Itē iracūdus etiam trahit secū
penam:quādo tristatur de aliqua iniuria:
⁊ est cū desiderio vindicte:⁊ semper cū do-
lore:⁊ inquietudine cogitationis circa vin-
dictam:dicendo. Tu facis sic ⁊ sic ⁊c. Qui
scripsit hunc librum:legit in quodam ser-
mone aliqua scripta manu propria: bone
memorie patris nostri:fratris Petri:de hie
remia:qui dixit ꝙ viderat quēdam homi-
nem: qui dixit eidem fratri Petro:ꝙ non
poterat comedere:nec bibere:nec dormire:ni
si sumeret vindictam de inimico. Et tandez
interfecit eum cum suo maximo periculo.
Ecce dolor:⁊ inquietudo. Et postq3 iracū-
dus cepit vindictam:timet amicos ⁊ con-
sanguineos illius. Si capitur suspēdit. Si
fugit bannitur:⁊ perdit sua bona. Ideo
Seneca. Ira in temeritate prona est:⁊ dū
periculum vult inferre:non cauet. Contra:
homo pacificus dicit. Uos iniuriam mihi
fecistis. Et ego recipere possem vindictam.
Ideo p̄co vobis:vt deus mihi parcat. Jō
Luc.21. In paciētia vestra possidebitis ⁊c.
Accidiosus etiam trahit secum penam: ⁊
a diabolo tribulatur:⁊ tētatur. Ideo Hie-
rony. Semper aliquid boni facito:vt dia-
bolus inueniat te occupatum. Cōtra: Mu-
lieres que nolunt laborare in domo:sed di
cunt:vir meus habet ancillas. Et sic stant
ociose:⁊ per consequens tentate:⁊ deuicte.
Homo ad laborem nascitur: ⁊ auis ad
volandum. Job.5. Contra: dicitur homini
laborioso. Quod potest manus tua:instan
ter operare. Eccl'. vltimo.c. Ecce quomodo
peccator conturbatur a peccatis:⁊ inquie-
tatur. Ideo Isa.57. Cor impij sicut mare
feruens:quod quiescere non potest ⁊c.

¶ Tertio peccatum est pene eterne obliga
tiuum. Ro.6. Stipendia peccati mors.s.tē
poralis ⁊ eternalis. Apoc.21. Timidis:⁊ in
credulis:execratis:⁊ homicidis: ⁊ fornica-
toribus:⁊ veneficis: ⁊ ydolatris:⁊ omni-
bus mendacibus:pars illorum erit in sta-
gno ardenti igne ⁊ sulphure:quod ē mors:
secūda. Nota.octo genera peccatorum: que
maxime hodie regnant in mundo.

¶ Primum cum dicitur timidis. Timidi
sunt:qui timore iniusto non audent bonaz
vitam incipere: vel inceptam continua-
re:ducti timore: aut detractionis: aut quia
timent non posse sustinere penitentiaz. Sic
est qui timore non displicendi alicui:aliqd
iniuste facit. Sicut sunt iudices in senten-
tia proferenda. Medici qui nō dicunt in-
firmis:vt confiteantur timentes:ne displi-

ceant infirmis: cōtra. c. Cum infirmitas: de peni. ⁊ remis. Notarij dictantes contractus vsurarios: artifices in diebus festiuis laborantes ne displiceant alijs. Sicut sunt barbitonsores qui radunt barbas in dominicis ⁊ festiuitatibus: ⁊ similiter in alijs contra quos. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Ps. 13.

¶ Secundum est incredulis: sicut sunt Iudei: saraceni: theucri: tartari: ⁊ etiam heretici: ⁊ falsi christiani: qui dubitant de aliquo fidei articulo: quia dubius in fide infidelis est: vt dicit tex. in. c. i. de hereticis.

¶ Tertiū ⁊ execratis. i. abhominabilibus facientibus peccata contra naturam: vt est omnis modus luxurie: per quem non potest sequi generatio: sicut sunt mollicies: sodomia: presertim cum vxore: ꝙ est grauius alijs sodomijs: ⁊ etiam bestialitas. Talia enim peccata sunt illa propter que venit ira dei in filios diffidentie. de vita ⁊ honesta. clerico. Et de excessibus prela. clerici. ⁊ in autenti. vt non luxu. contra naturam. coll. 6. Tales etiam de iure ciuili vltimo supplicio. i. morte puniri debent: vt dicitur in dicto autentico. ⁊. C. de adulte. l. Cum vir nubit in feminam.

¶ Quartum ⁊ homicidis: non intelligitur de iudicibus condemnantibus malefactores ad mortem: quia tales non peccant: sed merentur: nec proprie dicūtur homicide: sed de illis qui occidunt ex vindicta: siue iniuste. Sub hoc crimine continentur etiā qui detrahunt alijs. Item qui odiunt proximos. Hoc enim triplici modo dicit homicidium. Unde dicit Clemens ⁊ habetur in decretis: de peni. di. i. Homicidiorum tria genera dicebat esse beatus Petrus: ⁊ penam eorum pariter fore dicebat. Sicut enim homicidas iterfectores fratrū: ita detractores eorum: eosq; odientes: homicidas esse manifestabat: quia ⁊ qui occidit: ⁊ qui odit fratrem suum: ⁊ qui detrahit ei pariter homicida esse demonstrat. Item. i. Io. Qui odit fratrem suum homicida est.

¶ Quintum ⁊ fornicatoribus. Nota hic contra illos qui dicunt ꝙ inter solutum ⁊ solutam: non sit peccatum: quem errorē reprobat iste tex. quia nomine fornicationis intelligitur actus luxurie inter solutum ⁊ solutam. Et si dicatur cui fit iniuria si consentiunt ad inuicem? Respon. dicēdo: sicut fit iniuria regi siquis fornicetur cum filia eius licet volente. Nec obstat ꝙ in decalogo sola mechia. i. adulterium prohiberi videtur: quia sub nomine mechie intelligit omnis illicitus concubitus: vt dicit Aug. ⁊ Isidorus. Et tota ecclesia hoc vult: vt probatur. 32. q. 4. Meretrices. ⁊. q. v. Non mechaberis.

¶ Sextum veneficis. i. venenum facientibus aut dantibus: sicut sunt mulieres: que recipiunt venenū vt faciant aborsum. Itē qui dant. Nota de illa muliere: que comperiens filiam suam: que erat monialis fore grauidam petenti filie ꝙ daret sibi potationem: vt abortiretur: mater dedit ei potationem qua occideretur: ⁊ sic mortua est: hoc matre serio faciente: ⁊ hoc retulit mihi ipsa mater.

¶ Septimum ydolatris: ydolatre sunt diuini ⁊ sortilegi: qui confidunt in demonibus: ⁊ eos magis q̄ deum venerantur ⁊ adorant: potest etiā dici ꝙ ydolatre sunt omnes auari: vsurarij: fures: raptores: symoniaci: quorum deus est mundus. Propterea apostolus vocat auariciam seruitutē ydolorum. Eph. 5. Hoc scitote intelligētes ꝙ omnis fornicator: aut immundus: aut auarus: ꝙ est ydolorum seruitus non habet hereditatem in regno christi ⁊ dei.

¶ Octauo ⁊ omnibus mendacibus: non loquitur de mendacio officioso vel iocoso: q2 talia mēdacia nō sunt mortalia: nisi addatur iuramentum: quia tunc esset periurium: ⁊ consequenter mortale etiam si pro salute alterius fiat: quia vt dicit Aug. Nemo ad salutē adducendus est opitulante mendatio pernitioso: vel quocūq; periurio: talium ergo omnium predictorum pars est in stagno argēti signe: ⁊ sulphure: quod est mors scda respectu prime: que est mors corporalis: vel respectu prime: que est mors spiritualis: que est priuatio gratie gratum facientis: ergo penitentiam agite ⁊c.

¶ De acerbitate pene: vbi agitur de pe
nis debitis peccato. Sermo.xi.

Penitentiam

Penitentiam
agite ⁊c̄. Supra quattuor
primis sermonibus di/
ctū est de octauo motiuo
vos ad penitentiā prouo
cante: vꝫ de peccati malignitate. Modo se
quit̄ predicare de nouo motiuo: qđ est pe
ne acerbitas. Ubi agitur de penis pecca/
to debitis: post hanc vitaꝫ: ⁊ loquor de pec
catore impenitente cui debetur infernus.
Salutetur virgo ⁊c̄. ¶ Pro declaratione
materie ꝑdicande. Notandū ꝙ cōis snia
theologoꝝ per fidem catholicam approba
ta ē: ꝙ anime peccatoris in inferno duas
penas patitur in generali. ¶ Prima est
pena damni: que cōsistit in priuatione di/
uine visionis. ¶ Scđa est pena sensus: que
ꝯsistit in experientia alicuius nociui. Et de
vtraqꝫ pena ꝓbatur ista ꝯclusio triplici me
dio vꝫ. Ratione. Auctoritate: ⁊ Exemplo.
¶ Prima rō sumit̄ a culpe ⁊ pene cōme
suratione. Scđo sumit̄ a premij ⁊ pene eq
paratione seu ꝓportione. Tertio a timoris
incussione. Quarto a creature inordinata
fruitione. ¶ Prima ergo ratio sumit̄ a cul
pe ⁊ pene cōmensuratione: q̄r oꝫ ꝙ pena
cōmensuretur culpe. Isa.27. In mensura
ꝯtra mēsuram: cum abiecta fuerit: iudica/
bo eam. Nota. in mēsura. s. pene ꝯtra mēsu
ram. s. culpe cū abiecta fuerit. s. anima a cor
pore: qñ aūt nō est iudicium in hac vita:
q̄r nec mali ꝯdigne puniuntur: nec boni ꝑ/
miantur: quoadusqꝫ iustitia ꝯuertat̄ in iu
dicium. Hebr.9. Statutū est oib⁹ hoibus
semel mori: ⁊ post hoc iudiciū. Constat aūt
ꝙ peccator duo incōueniētia facit peccan
do mortaliter. Primo quidē: q̄r auertit
se ab vltimo fine: qui est deus. Scđo quia
ꝯuertit se inordinate ad creaturā: q̄r fruit̄
ea: cum tñ vti deberet ea: vt dicit Aug. in
lib. de doctrina xpiana. Uñ alibi dicit Au
gu. ꝙ peccatū mortale est spreto incōmu/
tabili bono: bonis cōmutabilibus adhere/
re: vt no. s̄. arti. ij. sermone. ij. parte. ij. Cōue
niens est igit̄ ꝙ anima dupliciter puniat̄.
Primo in ꝑuatione vltimi finis. s. dei. Se
cūdo ꝑ realem passionem a creaturis: iux/
ta illud. Sap.xi. Per que qs peccat: per
hec ⁊ torquet̄. Prima pena dicitur damni.
Scđa vero sensus. Simile dī de eo: q of/
fendit regem: qui nō solum meret̄ pati ꝑse
cutionē ab eo: ⁊ eius gratia priuari: sed ēt
a vasallis eius. Propterea dī. Sap.16.
Creatura enim tibi factori deseruiens exar
descit in tormentū aduersus iniustos. Itē
eiusdem.5. Pugnabit cū illo orbis terraꝝ
ꝯtra insensatos. Uñ dicit Ugo de. s. Vi/
ctore. Iustū est ꝯsonūqꝫ rationi ⁊ iusticie:
vt anime que se sponte vilioribus rebus
subiecit in culpa: deo iudicāte eisdē subij
ciatur in pena. ¶ Scđa ratio sumit̄ a si/
militudine: seu cōparatione pene ad ꝑmiū:
⁊ est talis. Sicut enim recte agētibus de/
bet̄ gloria: sic ꝑuerse agētibus debet̄ pena.
Sed recte agentes gloriabnt̄ ⁊ gaudebūt
nō solum de vltimo fine. i. de deo: sed etiā
de his: que sunt ad finē. i. de. creaturis. ps.
Delectasti me dñe in factura tua: ⁊ in ope/
rib⁹ manuū tuaꝝ exultabo. Ergo ⁊ ꝑuerse
agentes nō solum punient̄ per priuationeꝫ
vltimi finis: sed etiā per sensibilem dolorē
eis a creaturis illatum: ⁊ sic idem ꝙ prius.
¶ Tertia ratio sumitur a timoris incus/
sione: que est: q̄r pene inferunt̄ pro culpis:
vt. s. timore penaꝝ hoies a peccatis retra/
hant̄. Uñ dicit Isodorus libro ethimolo/
giaꝝ. Et in decretꝭ. 4. di. Facte sunt aūt le
ges vt eaꝝ metu humana coherceat̄ auda
cia: tutaqꝫ sit inter iprobos innocētia: ⁊ in
ipsis iprobis formidato supplicio refrenet̄
audacia: ⁊ nocēdi facultas: hec ille. l. i. §. i.
ff. de insti. ⁊ iure. ibi dī. Bonos nō solū me
tu penaꝝ: verꝫ primiorū quoqꝫ exhortatio
ne efficere cupientes. Et Oratius in eplis.
Oderunt peccare mali formidine pene.
Nullus aūt timet amittere id: qđ nō desi/
derat adipisci. Qui aūt habēt voluntatē
auersam ab vltimo fine: non timent exclu/
di ab illo: q̄r magis timent perdere nūmū
q̄ꝫ deū. Nō ergo pro exclusione ab vltimo
fine: a peccando reuocarent̄. Ergo oꝫ pec/
cantibus aliam penaꝫ adhiberi q̄ꝫ peccan
tes timeant: ⁊ hoc est experientia alicuius
nociui: que dicit̄ pena sensus: ⁊ sic idem.
¶ Quarta ratio sumitur a creature inordi
nata fruitione: q̄r siquis eo ꝙ est ad finem

inordinate vtitur:non solum priuatur fine:
sed etiam aliud nocumentum incurrit: vt
patet in cibo inordinate sumpto:quia nō
solum firmitatem non confert : sed etiam
egritudinem inducit. Qui autem in rebus
finem constituit:eis nō vtitur ſm ꝙ debet:
referendo.s.ad vltimum finem. Nō ergo so-
lum debet puniri per hec: ꝙ beatitudine
careat:sed etiam per hoc:ꝙ aliquod nocu-
mentum ab ipsis experiatur:has duas vl-
timas rationes ponit. Tho.in.iij. cōtra gē
entiles.c.142. Et sic patet primum reme-
dium. Auctoritates plurime habentur.
Prima in veteri testamento. ps. Pluet
super peccatores laqueos ignis: sulphur:
ꝛ spiritus procellarum: pars calicis eoꝝ.
Item in nouo. Mat.25. Discedite a me
maledicti in ignem eternum ꝛc̄. Multe ēt
auctoritates patebunt infra in pcessu ser-
monis. Vñ super illud verbum.ps. Vas
dñi interdicētis flāmas ignis:dicit Basili-
us:ꝙ in fine ignis ꝛ alia elemēta diuidē-
tur. Et qcqd est in eis pulchꝛū:ꝛ clarum:re
manebit superius ad gloriaȝ electoꝝ:qcqd
aūt est in eis fetulētum ꝛ penosum:descen-
det in infernum ad penam damnatoꝝ. Et
ita feces oīum creaturaꝝ in infernum colli
gētur:ex quibus intollerabilis fetoꝛ emana
bit in penam damnatoꝝ. Et sic pȝ ſm me-
dium. ¶ Exēpla habemus in diuite epulo-
ne:qui dicit se cruciari in flāma. Luc.xvi.
Pater Abraam mitte Lazarum:vt intin
gat extremum digiti sui in aqua:vt re.lin.
qꝛ cru.in ha.flamma. Itē in vitis patrū le
gitur:ꝙ abbas Macharius ambulans ꝑ
heremū inuenit caput hoīs sine caluitium:
qđ cum tangeret cū virga:ꝛ ingreret quis
nam fuisset:rñdit ꝙ fuerat sacerdos genti-
lium: ꝛ quantū distabat celum a terra tm̄
habebat de igne suꝑ caput suum: ꝛ sub
pedibus eius. Et tñ sub eo erant mali chri
stiani: q dei mandata ꝯtēpserant: ꝛ eius
beneficia vilipenderant. Et sic pȝ ergo tri-
bus medijs approbata cōis sentētia theo
logoꝝ in pncipio posita. His ergo supposi-
tis omittendo hodie pdicare de pena dam
ni:videamus solummodo de pena sensus:
que peccatoribus ipenitentibus debetur.
Quānis ergo multiplex pena sensus in sa-
cra scriptura legatur:possumus tñ illas ad
octo reducere: que infrascriptis versibus
ꝯtinentur. Sicut legitur in legenda beati
Johānis euangeliste. Vermes :ꝛ tenebꝛe:
flagellū:frigus:ꝛ ignis:demonis aspectus:
scelerum confusio:luctus.

¶ Primo ergo pena sensus damnatoꝝ est
vermis corrosio. De hac pena dicit scriptu
ra. Isa.vltimo. Vermis eoꝝ nō morieť. In
inferno nanqȝ vermes imortales credendi
sunt:qui carnes impioꝝ sine fine corrodēt.
Unde Judith.16. Dabit ignem ꝛ vermes
in carnes eoꝝ. Itē Eccli.7. Vindicta car-
nis impij ignis ꝛ vermis. An aūt iste ver-
mis intelligāť spirituales: vel corporales.
Vide Tho.in.4.ꝯtra gēti.c.19. in fine. Et
in.4.sniaꝝ di.50.ar.ij.q.iij. Et scripsi dñica
vicesima post festū trinitatis sermone: qui
incipit ligatis manibꝰ ꝛ pedibus ꝛc̄. Pro
uer.1. Et si spūaliter intelligamus vermem:
nihil est aliud vermis:qȝ ꝯscientie morsus:
qui dī vermis inquantū oritur ex putre-
dine peccati:ꝛ aīam affligit pungendo:ſm
Tho.in.4.sniaꝝ.di.vbi.s̄. Si aūt intelliga
mus corporaliter:ꝙ in inferno sit vermis:
hoc erit ex diuina potentia in vltionem in
stam damnatoꝝ:vt sicut in hac vita de ver
mibus delectati sunt.i. de rebus corruptio
ni subiectis: qđ maxime verificatur in lu-
xuriosis:qui delectātur de carne:que in ver
mem ꝯuertitur: ꝓpter qđ dicitur. Job.24.
Dulcedo illius vermis. Sic ꝛ vermes pa-
tiunť in penam:iuxta illud. Isa.14. Subter
te sternetur tinea :ꝛ operimētum tuū erūt
vermes. Nota hic exēplum de illo schola-
re bononie studenti:qui erat valde delica
tus:cui cum suppꝛioꝛ ꝯuentus nostri dice-
ret:ꝙ damnati in inferno haberent cubi-
le de tinea:ꝛ vermibus allegans scripture
auctoritatem. Isa. Illeqȝ plurimos dies co
gitans duriciam illius lecti: nunqȝ potuit
auferre a mente sua cogitationem istam:
adeo ꝙ tandeȝ timoꝛe isto victus reliquit
mundum:ꝛ effectus est frater ordinis no-
stri. Attēdant igiť ad hec illi:qui sunt ita
delicati:ꝙ nō possunt pati pulicē in lecto.
Et ꝓpter hoc timēt ieiunare ꝛ alia penitē
tialia opera facere. Quō ergo poterūt ver
mes infernales ceterasqȝ sensibiles penas

pati eternaliter⁊c.

¶ Secunda pena est tenebrarum ꝯfusio: dum
dicit ⁊ tenebre. Sunt enim in inferno ⁊ te-
nebre dēsissime: ⁊ obscuritas mirabilis: lon
ge maior ꝙ̄ fuerūt tenebre: quas imisit do
minus in egypto in flagellum pharaonis
ꝑ manū moysi: de qͥbus legitur. Exodi.x.
Facte sunt tenebre horribiles in vniuersa
terra egypti tribus diebus: nemo vidit fra
trem suū: nec mouit se de loco in quo erat.
Quanto ergo maiores erunt tenebre date
a deo in flagellū damnatorum in iferno⁊c. Rn̄.
aūt harum tenebrarum est duplex: vna ē phi-
sica ⁊ naturalis: altera est theologica ⁊ spi
ritualis. ¶ Prima ratio naturalis est: qꝛ
infernus est in centro terre: vt dicunt do-
ctores in.4.sniarum.di.43. Et Greg.in.4.di-
alogorum. Et ideo locus ille est maxime re-
motus a luce solis: ⁊ lune: ⁊ stellarum: ⁊ etiam
lux occupabitur a mole terre: que est corpus
grossum ⁊ opacum. ¶ Scd̄a ratio theolo-
gica. Reprobi enim in hac vita ꝓposita si-
bi luce gratie⁊elegerūt magis tenebras ꝙ̄
lucem: sibi gratia. Preposuit tibi deus lucē
humilitatis: ⁊ tn̄ eligis magis tenebras su
perbie ⁊ vanitatis: querendo honores di-
gnitates ⁊ officia ⁊c. Itē ꝓposuit tibi lucē
castitatis: ⁊ tn̄ eligis tenebras luxurie ⁊
carnalitatis. Itē ꝓposuit tibi lucē misͣcor
die ⁊ liberalitatis: ⁊ tn̄ eligis magis obscu-
ritatem auaricie ⁊ cupiditatem: ⁊ sic de sin-
gulis peccatis. ps. Nescierunt: neqꝫ intelle-
xerunt: in tenebris ambulant. Ideo dignū
iustum ⁊ rationi cōsonum est: vt priuentur
ex necessitate luce in penam: quā contem-
pserūt ex voluntate in culpam. Et ideo te-
nebrarum caligine eternaliter puniuntur. Ideo
dicit dominus. Mat. xxij. Ligatis mani-
bus ⁊ pedibus mittite eum in tenebras ex
teriores. Nota ꝙ tenebre infernales dicū
tur exteriores multiplici ratione. Prima vt
notetur differentia culpe ⁊ pene. Culpa
nāqꝫ est tenebra interior: sicut de reprobo
legitur. Job.20. Omnes tenebre abscon-
dite sunt in oculis eius. Sed pena inferna
lis dicitur tenebra exterior exterius vide-
licet superueniens.

¶ Secundo dicuntur tenebre exteriores:
quasi extra naturam mentis: ⁊ extra limi-
tes rationis existentes: dum propriam lu-
cem rationis naturalis peccatores relin-
quūt. Boetius de ꝯso. Heu ꝙ̄ ꝑcipiti mer-
sa profundo mens habet ⁊ propria luce re
licta: tendit in externas ire tenebras⁊c.

¶ Tertio dicuntur exteriores: quasi extra
terminum ⁊ finem: quia perpetue sunt: iux-
ta illud. ps. Introibit vsqꝫ in progenies pa
trum suorum: ⁊ vsqꝫ in eternum non vide-
bit lumen: supple peccator impenitens. Nō
patrum suorum.i.demonum qui sunt pa-
tres reproborum: iuxta illud. Jo.8. Uos
ex patre diabolo estis.

¶ Quarto dicūtur exteriores: quasi extra
experientiam hominum. Nullus enim ho-
minum in hac vita presenti expertus est
similes tenebras. Nam ⁊ tenebre egypti
modice fuerunt respectu istarum: vt supra
dictum est.

¶ Quinto dicuntur exteriores: quasi extra
misericordiam dei. Nam extra ambitū diu i
ne misericordie esse videntur. Quia enim
impenitentes quando potuerunt misericor
diam dei consequi noluerunt: iustum est
vt nunc quando illam volunt: non conse
quantur. Prouer.xi. Mortuo homine im-
pio nulla erit vltra spes. ps. Dilexit male-
dictionem ⁊ ve.ei. ⁊ no. benedictionem ⁊
elon.ab eo: ⁊ induit maledictionem ⁊c.

¶ Sexto dicuntur exteriores.i.extreme.i.
maxime: extra omnem lucem existentes.
Nox enim apud nos non est exterior tene
bra: neqꝫ enim est extra omnem lucem quā
illustrant sidera: ⁊ cui succedit lux diei.
Illas vero tenebras infernales nulla lux
illuminat. Unde dicitur terra tenebrosa.i.
tenebris plena: ⁊ operta mortis caligine.
Job.10. Unde Uirgilius libro.vi. Ibant
obscuri sola sub nocte per vmbras.

¶ Tertia pena est flagellum: quo cōtinue
flagellabuntur ⁊ flagellantur a demoni-
bus: ita ꝙ nunꝙ̄ habebūt requiem vnius
momenti in spatio mille millium annorum.
Jere.16. Seruietis dijs alienis: qui nō da-
bunt requiem die ac nocte: sed post resurre
ctionem corporum flagellabuntur vidēdo de
mones ⁊c. Hec reserua ad dicendū. J.pte.

vi. Sicut pꝫ. Isa. 65. Ubi cōminans deus
peccatoribus per os Isa. ꝓphe: sic ait. Pro
eo ꝙ vocaui ⁊ non rn̄disistis: locutus sum
⁊ nō audistis: ⁊ faciebatis malū in oculis
meis: que nolui elegistis. Propꝫ hoc dicit
dn̄s deus: ecce serui mei comedent ⁊ vos
esurietis. Ecce serui mei bibēt: ⁊ vos sitie-
tis ⁊c̄. Quanta aūt sit ibi sitis ⁊ quanta
refrigerij penuria: pꝫ in diuite epulone: qui
tot annoꝝ curriculis petijt guttam aque:
⁊ semper petet vsqꝫ ad diem iudicij: ⁊ nun
qꝫ habuit: nec habere poterit. Luc. 16. Itē
ꝯtinue flagellabunꝫ metu: estate: pauperie:
infirmitatibus: senectute: ⁊ omni miseria
postqꝫ corpora resumenꝫ: ita tn̄ ꝙ nō defi-
cient: sed erit mors sine morte: ⁊ defectus
sine defectu: ⁊ finis sine fine: vt dicit Greg.
in. 4. dialog. Et in. 9. lib. moraliū. Nō tn̄ in
telligas ꝙ corpora damnatoꝝ resurgant
in etate senili: q2 oēs electi ⁊ reprobi resur-
gent in etate iuuenili: iuxta illud. Eph. 4.
Donec occurramus oēs in virū perfectum
in mensurā etatis plenitudinis xp̄i. Et no
ta. Tho. in. 4. sniaꝝ. Et di. 44. q. i. arti. iij.
Qd̄ ergo hic dr̄: ꝙ flagellanꝫ senectute: in
tellige nō quantū ad etatem: sed quantuꝫ
ad labores ⁊ passionesq: uas infert sene-
ctus hūano corpori. ¶ Quarta pena ē fri
gus. Et hec tangitur: cum dr̄. Mat. 22. Ibi
erit fletus ⁊ stridor dentiuꝫ. Stridor enim
dentiū causatur a frigore infernali. Unde
ꝫm seruiū infernus dicitꝫ tartarus a tremo
re frigoris: qd̄ est apud inferos. Un̄ dicitꝫ
Job. 24. Ad nimium calorem transibunt
ab aqs niuiū. Causabitur etiā ille stridor
dentium a nimia indignatione ⁊ furia mē-
tis ꝯtra deum: ⁊ ꝯtra seipsos: ⁊ ꝯtra illata
tormēta. Propꝫ hoc semꝑ erūt in dolore
⁊ tremore. Isa. 65. Ecce serui mei letabun-
tur: ⁊ vos ꝯfundemini. Ecce serui mei lau-
dabunt p̄ exultatione cordis: ⁊ vos clama
bitis p̄ dolore cordis: ⁊ pre ꝯtritione sp̄us
vlulabitis. Un̄ ꝓpter hoc semper blasphe
mant damnati deum ⁊ scōs eius. Apoc.
xvi. Cōmanducauerūt linguas suas p̄ do
lore: ⁊ blasphemauerūt deum celi p̄ dolori
bus ⁊ vulneribus suis. ¶ Quinta pena ē
ignis. Luc. 16. Crucior in hac flāma. Mat.
25. Ite maledicti in ignem eternū: qui pa-
ratus est diabolo: ⁊ angelis suis. Quō aūt
ille ignis agat in animas separatas: ⁊ quō
in corpus damnatoꝝ post resurrectionem.
Uide in sermonibus de peccato in gene-
re. ar. iij. sermone. 8. In introitu. Et in ser-
monib⁹ de receptaculis animaꝝ sermone.
xiij. Sed hic est dubitatio: cum in inferno:
sit ignis vt dictū est: flāma aūt ignis illu-
minat: quare ergo dictum est supra: ꝙ sunt
in inferno tenebre? Rn̄. ꝙ ꝫm sniam Greg.
9. lib. moraliū: illa vltrix flāma vitioꝝ con-
cremationē habet: sed lumen nō hꝫ: dicētis
p̄s. Supercecidit ignis ⁊ nō viderunt so-
lem: q2 illos quos gehēne flāma deuorat
a visione veri luminis cecat: dicit tamē ibi
Greg. Qd̄ ille ignis qui damnatis ad cō-
solationem nō lucet: vt magis torqueanꝫ:
ad illud lucet quatenus ex visione mutua
amplius crucienꝫ. Un̄ dicit Tho. in. 4. sen
tētiaꝝ di. Qd̄ in inferno: hec modo dꝫ eē
locus dispositus ad videndū: ꝫm lucem ⁊
tenebras: ꝙ nihil ibi ꝓspicue videaꝫ: sed so
lūmodo sub quadam vmbrositate videan
tur illa: que afflictionem cordi ingerere pos
sunt. Un̄ simpliciter loquēdo: locus est te-
nebrosus: sed tn̄ ex diuina dispositione est
ibi aliqd luminis quantū sufficit ad vidē
dum illa: que animā torquere possunt. Ad
hoc satisfacit naturalis situs loci: q2 in ter
re medio vbi infernus ponitꝫ: nō pōt esse
ignis: nisi fetulentus ⁊ turbidus: ⁊ quasi fu
riosus Tho. Ad idem facit ꝙ dicit Isido
rus. i. i. lib. de sūmo bono: vbi sic ait. Ignis
gehēne lucebit miseris ad augmentum pe
ne: vt videant vnde doleant: ⁊ nō lucebit
ad ꝯsolationem: ne videant: vn̄ gaudeant.
¶ Sexta pena est demonis aspectus. Si-
cut aūt ex visione dei sequitꝫ maxima ⁊ in
effabilis delectatio in anima beata: ⁊ ex
eadeꝫ visione cōsequitur anima esse bonū:
iuxta illud. Exodi. xxxiij. Ostēdam tibi oē
bonum: sic ex visione diaboli cōsequitꝫ ma
xim⁹ horror ⁊ mirabilis pena. Un̄ legitꝫ:
ꝙ fuit quidam sanctus monachus: qui in
ecclesia quēdam demoniacum inueniens
coram omnibus demonem adiurauit: vt
coram astantibus oibus diceret de eterne
pene magnitudine quid sentiret. Cui de-
mon coactus ait. Et quis hoc qd̄ queris
verbis exprimere posset? Nam vt de in-
numeris penis taceam: quas miseri pecca-

tores passuri sunt: tanta solum est pena in visione luciferi: quod si possibile esset in corpus habere: ac in oriente consisterem: totusque mundus arderet: et flámis excurentibus plenus esset: potius ab oriente usque ad solis occasum per medium flámme vorantis eligerem pertransire: ut solam luciferi faciem declinarem. Ideo dicitur. Job.20. Uadent et venient super eum horribiles.i.demones. Et nota. quod i oibus sensibus dánati punient.
¶ Primo in visu: per demonú aspectú: ut dictum est supra. ¶ Scdo in auditu: per lamenta et fletus damnatorum. ¶ Tertio in odoratu: per fectorez etc. Uide sup:a: in introitu: in auctre basilij. ¶ Quarto in gustu: tum propter siccitatem causatam ab igne: propter quod dives epulo petebat refrigerari in lingua: per guttaz aque. Luc.16. Tum etiá propter immundissimum liquorem: quo ora damnatorum replebunt. Tum etiaz propter famem et sitim: ut dicitur supra parte.iij. In tactu propter ignem. ¶ Septima pena est: scelerum cófusio: in inferno aút quantuis sit ordo in penis ex parte divine iustitie inferentes: que omnia cóstituit in pondere: numero: et mensura: tamen ex parte ipsorum damnatorum nullus ordo est: sed ois confusio. Job.x. Ubi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Et pro intellectu huius nota. quod quadruplex ordo est datus a deo hoibus. Est enim primus ordo legis divinalis. Secúdus é ordo rationis naturalis. Tertius é ordo legis humanalis. Quartus é ordo gratie spúalis. Et quilibet istorum ordinú est perversus in inferno damnatis.
¶ Primus ergo ordo legis divinalis pervertitur in eis: quia nec diligunt deuz: nec honorant: quinimo semper ipsum blasphemant. Apoc.16. Cómanducaverút linguas suas: et blasphemaverunt nomé dei. Tamé ex hac blasphemia nó demerétur: quia nó sunt in statu merendi: nec demerendi: sed potius pertinet ad penam ipsorum ut nota. Tho.22.q.13.ar.4.ad 3m. Et vide quod scripsi in sermonibus: de quattuor receptaculis animaruz. Sermone.xi. Ubi agitur de penis inferni in speciali parte.4.
¶ Secúdus ordo rationis naturalis etiá pervertitur in damnatis. quia pater nó amat filium: nec ecóverso. Quinimo in maximo odio se habét. Et hoc est regulare: quod quanto fuit intensior amor in hac vita: tanto ibi est intésius odium. Sicut patet in exéplo usurarij cuiusdam de: quo scripsi in predicto sermone: parte.4.
¶ Tertius ordo legis humane etiam pervertitur in damnatis cuius: precepta sunt: tria.s. honeste vivere: alium nó ledere: ius suú unicuique tribuere. Insti.de iusti. et iure. In prin. et l. iustitia. §. litis. ff. eo. ti. et in prohemio decretaliú. Ibi enim nulla honestas est: imo omnis inhonestas: et perversitas. Ité ibi ledunt se invicem inquantú possunt: et consequenter nó reddunt debitum amoré sibi ipsis: qué quilibet tenetur reddere proximo suo. Ro.13. Reddite oibus debita. Et infra. Nemini quicquam debeatis: nisi ut invicé diligatis. Semper etiam peccare desiderant: et nihil boni meritorij possunt velle: vel operari. quod not. Mat.22. Ligatis ma. et pe. mittite eum in te. ex. Per pedes notatur volútas: per manus vero operatio. Utrúque istorum ligatur triplici vinculo. Primo ligatur vinculo culpe preterite. Unde Uirgilius lib.6. Quin et supremo cum lumine vita reliquit. Nó tamen omne maluz miseris: nec funditus omnes. Corporee excedunt pestes. Ergo exercétur penis: veterúque malorum. Supplicia expendunt Secúdo ligatur vinculo obstinati propositi. Ideo di. Eccles.9. Quodcúque pót facere manus tua: instanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec sapiétia: nec scia erunt apud inferos: quo tu properas. Tertio vinculo pene: quaz semper cupiunt fugere nec possunt. Unde legitur in lib. de consci. In eternum nó obtinebút: nunquam ipsam gratiam habebút: sicut nec in hac vita habere curaverunt. Eccl's.xi. Si ceciderit lignuz ad austrum: vel ad aquiloné in quocúque loco ceciderit: ibi erit. Item Greg. in dia. Et in decretis.25. di. Qualis hic quisque egreditur: talis in iudicio presentatur.
¶ Octava pena est luctus. Mat.22. Ibi erit fletus: et stridor dentiú. Tho. in.4. di. 50.q.2.ar.iij.q.iij. In fletu corporali duo inveniuntur: quorum unum est lachrymaruz resolutio. Et quantú ad hoc: fletus corporalis in damnatis esse nó potest: quia post diem iudicij quiescente motu primi mobilis: non erit aliqua generatio: et corruptio vel cor-

poralis alteratio. In lachrymaꝝ resolutiõe
oz esse illius humoris generationez: q per
lachrymas distillatur. Unde quantuz ad
hoc corporalis fletus in dãnatis esse nõ po
terit post resurrectionem. Corpora eniz dã
natoꝝ nõ solũ ab exteriori affligunt: sed ẽt
ab interiori: ſm ꝙ corpus imutatur ad pas
sionem anime in bonum: vel malũ: ⁊ ꝙtũ
ad hoc fletus carnis resurrectionem indi
cat. Et rñdet delectationi culpe: que fuit in
anima ⁊ in corpore. Tho. nota exẽplũ: qḋ
legitur in horologio sapiẽtie de luctu ⁊ la
mentatione: quaz faciunt dãnati ⁊c̃. Ideo
ꝓ euitandis tot ⁊ tantis penis dãnatorũ:
oremus humiliter dñm: dicẽtes illud Job
.x. Dimitte ergo me: vt plangam paululuz
dolorem meum. s. per penitẽtiaz anteꝗ̃ va
dam: ⁊ nõ reuertar ad terram tenebrosam:
⁊ opertam mortis caligine: terrã miserie: ⁊
tenebraꝝ: vbi vmbra mortis: ⁊ null⁹ ordo:
sed sempiternus horror inhabitat. Qḋ no
bis ꝯcedere dignet̃ iudex noster: in vniuer
sali iudicio futurus xp̃s Jesus. Amen.

¶ De iudicantibus. Sermo. xij.


Enitẽntiam
agite ⁊c̃. Supra sermone
ꝓximo dictum est de deci
mo motiuo: modo sequit̃
p̃dicare de vndecimo mo
tiuo: ad penitentiam peragẽdam: qḋ ẽ iu
dicij rigorositas. Et ꝯsideratiõe nanꝗ ipsi
us diuini iudicij: qḋ valde rigorosa ẽ: con
tra damnatos: iuxta illud. horribile incide
re in manus dei viuentis: insurget in no
bis timor: ex quo oritur in nobis penitẽtia
salutaris: iuxta illud. Isa. 26. secũdũ aliam
litteram. A timore tuo dñe concepimus: ⁊
quasi parturiuimus: ⁊ peperimus spiritum
salutis. Et Prouer. 16. In timore dñi decli
natur a malo. Ideo de vniuersali iudicio
erit sermo: q꞉ de particulari iudicio erit ser
mo: ꝙ fit in morte cuiuslibet. Omitto nũc.
Et si vis de isto p̃dicare: vide quod scripsi
Dñica. iij. aduẽtus. Sermone: qui incipit.
Qui iudicat me dñs ẽ. De vniuersali ergo
iudicio erit dupl'ex consideratio. Prima
erit de iudicantibus. Scḋa de iudicandis
⁊ de modo iudicij. De prima erit ſmo iste.
De scḋa dicet̃ infra sermone sequẽti. Sa
lutet̃ virgo ⁊c̃. Pro introductione sermo
nis est notandũ: ꝙ in sacra theologia fit
questio. Quis erit iudex in iudicio vniuer
sali. Et difficultas ẽ ꝓpter aliquas scriptu
re auctoritates: que videtur diuersa innue
re. Nam quedam scripture videtur dicere:
ꝙ de⁹ pater. Unde Daniel. 7. Et antiquus
dieꝝ sedit. Et postea subdit iudiciũ. Sedit
⁊ libri aperti sunt. Per antiquũ aũt die
rum intelligit̃ de⁹ pater ſm doctores. Que
dam videntur dicere: ꝙ iudicare pertineat
ꝑ modum attributionis ad spũm sanctuz:
iuxta illud. Jo. 15. Cuum venerit ille. s. san
ctus spũs arguet mũdum de peccato: ⁊ de
iudicio: ⁊ de iusticia. Quedam vero vidẽ
tur dicere: ꝙ iudicialis potestas ꝑtinet ad
filium dei: iuxta illud. Jo. 5. Pater nõ iu
dicat queꝗ̃. Sed omne iudiciũ dedit filio.
Quedam vero vident̃ innuere: ꝙ ad trini
tatem vnũ deum pertineat potestas iudi
ciaria. p̃s. Deus iudex iustus: fortis: ⁊ pa
tiẽs ⁊c̃. Itez Deut. 32. Si acuero vt fulgur
gladium meũ: ⁊ arripuerit iudiciũ manus
mea: reddam vltionẽ hostibus meis: ⁊ de
his qui oderunt me retribuam. Quedam
vero scripture vident̃ innuere: ꝙ iudicia
ria potestas ꝑtineat ad xp̃m ſm ꝙ homo:
iuxta illud. Jo. 5. Sicut pater habet vitam
in semetipso: sic dedit ⁊ filio: vitam habere
in semetipso: ⁊ potestatẽ iudiciũ facere ⁊c̃.
Quedam vero videtur innuere: ꝙ oẽs san
cti erunt iudices: iuxta illud. Sap. iij. Judi
cabunt sancti nationes: ⁊ dominabunt̃ po
pulis. Itez. i. ad Cor. 6. An nescitis: qm̃ san
cti de hoc mundo iudicabunt? Pro decla
ratione huius questionis est notandũ: ꝙ
potestas iudicandi: seu iudicare potest cõ
petere alicui quincupliciter: seu quinꝗ mo
dis potest intelligi ⁊c̃.

¶ Primo per modum principalis iurisdi
ctionis.

¶ Secundo per modum primarie delega
tionis.

¶ Tertio ꝑ modũ assessorie cõmissionis.

¶ Quarto per modum probationis.

¶ Quinto per modum cõparationis.

¶ Primo ergo modo iudiciaria potestas
cõpetit soli deo. Sancte Trinitati s. patri
⁊ filio: ⁊ spũi sancto. Sed ꝓ quadã appro

priatione potestas ista attribuit̃ ꝑsone fi/
lij. Ratio est:qꝛ propria forma iudicij:⁊ ra
tio ꝑ quam iuste iudicat̃:est lex sapientie
⁊ veritatis:que est in mente iudicantis:qꝛ
sine ea nulli iudicare rectum est. Unde di
cit̃. Sap.i. Diligite iusticiam:qui iudicatis
terram. Et qꝛ filius ē sapiētia genita:⁊ ve/
ritas a patre procedens:⁊ ipsum perfecte
repñtans:ideo ꝓprie iudiciaria potestas
attribuitur filio dei. Propterea legit̃. Jo.
5. Pater omne iudicium dedit filio per
modum primarie potestatis.

¶ Scdo modo põt ꝑtinere iudiciaria po/
testas ꝑ modum delegationis:sicut si prin/
ceps faceret aliquē iudicē delegatū:ime/
diate ꝑ se. Et hoc modo hec potestas com
petit xp̃o:ſm ꝙ homo. Unde Danielis.7.
Aspiciebam:donec troni positi sunt:⁊ anti
quus dieꝝ.i.deus pater sedit. Et infra. Et
ecce in nubibus celi quasi filius hominis
veniebat. Et vsq; ad antiquū dieꝝ perue/
nit̃:⁊ in cõspectu eius obtulerunt eum:⁊
dedit ei potestatē:⁊ honorem:⁊ regnū. Et
nota potestatem.s.iudiciariam.ps. Deus
iudicium tuū regi da:⁊c̃.honorem.s.ponti
ficalē.ps. Tu es sacerdos.⁊c̃. Apocal.19.
Habebat in vestimento suo:⁊ in femore
scriptum Rex regum:⁊c̃. In quo innuitur:
ꝙ potestas iudiciaria fuit homini xp̃o de/
legata:dum dicit̃. Dedit ei potestatem ⁊c̃.
Que quidē potestas licet pertineat ad me/
rum iperium:quod nihil aliud est. ꝙ; habe
re gladij potestatē ad animaduertentum
in facinorosos hoies:vt dixit textus in.l.
Imperium.ff.de iur.om.iud. Merum aūt
iperium de iure ciuili:delegari nõ possit:
vt in.l.i.ff.de officio eius cui man.est iu.
nihilominus de iure diuino secus est:vt in
.c. Eps ne cle.vel mo.lib.6. Et hec qdē de/
legatio iudiciarie potestatis facta ē adeo
conueniens ipsi christo:qncuplici ratione.
Prima ꝓpter dignitatem capitis. Chri/
stus enim ſm naturam humanam ē caput
totius ecclesie:iuxta illud ad Ephe.i. Ipm
dedit caput sup oēm ecclesiam:que ē cor/
pus eius. Unñ ⁊ deus oia subiecit sub pe/
dibus eius.ps. Omnia subiecisti sub pedi
bus eius ⁊c̃. Et ideo digne ꝑfectus ē xp̃s
iudex a deo:qꝛ ad iudicem ꝑtinet habere
potestatē:subditos coercendi. Unñ Eccli.7.

Noli querere fieri iudex:nisi valeas virtu/
te irrūpere iniqtates ⁊c̃. Unñ Jo.v. Sicut
enim pater habet ⁊c̃.⁊ potestatē dedit. Su
per quo textu dicit. Aug. exponendo pote
statē:dedit enim non qdem ꝓpter ꝯditio/
nē nature:qꝛ sic oēs hoies huius potesta/
tē habent:sed nec ꝑtinet ad gratiam capi/
tis:quā xp̃s in humana natura accepit.
Scda ratio:ꝯuenientie fuit ꝓpter ꝯuenien
tie affinitatē ipsius ad hoies. Sicut.n. di/
cit Dionysius. Deus ꝑ causas medias tan
ꝙ; propinquiores effectibus operat̃:⁊ ita iu
dicat hoies ꝑ xp̃m hoiem:vt sit suauius
iudicium hoibus. Unñ dicit apls. Heb.4.
Nõ habemus põtificē:q nõ possit cõpati
infirmitatibus nostris:tentatū ꝑ oia ꝓ si/
militudine.absq; pctõ. Adeamus ergo cū
fiducia ad tronū gratie eius:sicut ⁊ dñs ꝑ
misit ter Petrū negare xp̃m:quē tñ ꝑfice/
re disposuerat ouibus suis:vt ex fragilita/
te sua:quā ipse in ipso fuit expertus:me/
lius sciret cõpati infirmitatibus subditoꝝ:
vt ait Greg. Et in decretis.50.di. Confide
randū. Tertia ratio:qꝛ in finali iudicio:vt
Aug.dicit sup Jo. Uderit resurrectio cor/
poꝝ mortuoꝝ:q suscitat de⁹:ꝑ filiū hois:si
cut ꝑ eūdē xp̃m suscitat aias:ingꝫtū ē fili⁹
dei. Quarta rõ ē:qꝛ sicut Aug.dicit i lib.de
vbis dñi:Rectū erat:vt iudicandi viderēt
iudicē. Judicandi.n.erāt boni ⁊ mali resta
bat:vt in iudicio forma dei bonis solis ſm
hoiem:⁊ malis ostēderet̃:forma dei bonis
solis reseruaret̃. Quinta rõ ē:ꝑꝑ meritum
ipsius xp̃i. Quia enim ꝓ dei iustitia pugna
uit ⁊ vicit:⁊ iniuste iudicatus ē:⁊ ꝯdēnat⁹:
ideo meruit inquātū hõ:esse iudex:vt alios
iuste iudicet. Unñ ipse dicit Apoc.iij. Ego
vici:⁊ sedi in trono pr̃is mei. In trono aūt
itelligit̃ iudiciaria potestas ſm illud.ps.
Sedisti sup tronū:q iudicas iusticiam. Et
hec ꝓphetauit. Job.d.ad xp̃m. Causa tua:
quasi ipij iudicata ē:iudiciū causamq; reci
piens. Job.36. Nota iudicata ē:glo.a pila
to quasi ipij:⁊ peius ꝙ; ipij. Quia si latro:
vel homicida:acriter capitur nõ aliter con
demnatur:nisi prius fiat processus ordi/
narius:datis terminis:⁊ dilationibus ad
probandum:⁊ reprobandū. Sed christus
absq; processu in ordine iudiciario con/
demnatus non defendit se:nõ appellauit:

sed tanq̃ agnus coram tondente se obmu
tuit: ⁊ sicut ouis ad occisionem ductus est:
⁊ nõ aperuit os suũ: sicut predixerat. Isa.
pph. 53. ⁊ p̃ma Petri. 2. Qui quũ maledi
ceretur: nõ maledicebat: quũ pateret̃: non
cõminabatur. Nec alius appellauit p̃ eo:
q̃uis in iure ciuili in causa capitali alius
pro condẽnato possit etiam inuito appella
re. ff. de appel. l. nõ tm̃. Nota quũ dicit iu
dicium causamq̃ recipiẽs. Glo. vt iuste iu
dices. Iustũ est. n. vt qui iuste iudicat̃ ab
aliquo illum iudicet. Nota exemplum: qđ
refert. Greg. in. 4. dialog. De Theodorico
imperatore: qui Ioannem papã: ⁊ simacũ
patricium iniuste iudicauit: ⁊ occidi fecit: ⁊
post mortẽ visus est a quodam sancto he
remita in insula liparis habitantem: ab eis
dem quos condẽnauerat: duci: ⁊ proijci in
infernum. Pro quo facit qđ dicit lex ciui
lis: vз vt qđ quisq̃ iuris i aliũ statuit: ipse
eodem iure vtatur. ff. q̃ quisq̃ iuris in ru
bro' ⁊ nigro. Vñ prouerbiũ est. Patere le
gem: quam tu ipse tuleris. Tertio modo
iudicare competit sanctis perfectis: q̃ fue
runt pauperes voluntarij: ⁊ in statu perfe
ctionis existentes: sicut fuerunt apostoli: ce
teriq̃ sancti. apostoloꝝ vitam perfecte imi
tantes: sicut Dñicus: Frãciscus: Hierony.
Augu. Greg. Martinus: Antonius: Bene
dictus: ceteriq̃ sancti. Unde dñs. Mat. 19.
Amen dico vobis: q̃ vos q̃ reliquistis oia:
⁊ secuti estis me: in regeneratione quũ se
derit filius hominis in se. m. s. s. ⁊ vos sup̃
sedes duodecim: iudicantes. xij. trib⁹ israel.
Nota reliquistis omnia: nõ solum exterio
ra: sed etiam interiora. i. affectum ad bona
tẽporalia: in regeneratiõe. Nota q̃ duplex
est generatio: ⁊ duplex regeneratio. s. aie ⁊
corporis. Generatio: ẽ p̃ creationẽ ad esse.
Pro declaratione notandũ: q̃ principa
lis causa: quare deus creauit mundũ: fuit
ppter ostensionem excellentie sue: ⁊ ppter
gloriam suam: creaturis ostendẽdam: iuxta
illud. Prouer. 16. Uniuersa ppter semetip
sum operatus est dñs. Hoc p̃suppoſito no
tandũ: q̃ deus voluit ostẽdere potẽtiam ⁊
imutabilitatem suam: q̃ deus est solus in
uertibilis: ⁊ immutabilis. Malach. iij. Ego
dñs ⁊ nõ mutor: ⁊ in hoc bene dicit maxi
ma potentia dei: q̃ ipse solus est imutabi
lis: tam omniũ mutationũ q̃ remotionum
in vniuerso: iuxta illud Boetij. Stabilisq̃
manens: das cũcta moueri. Creature ergo
oẽs ex natura sunt mutabiles: quũ sint
pure spũales: sicut sunt ãgeli: q̃ ex nihilo
creati sunt: ita naturaliter ad nihilũ redi
gentur. Unde ⁊ peccabiles ⁊c. Ipsi creati
sunt: ⁊ multi ex eis peccauerunt. Nam ⁊
in angelis suis reperit prauitatẽ. Iob. Ui
de de hoc qđ scripsi dñica. ij. aduentus
sermone: qui incipit. Scitote q̃m prope est
regnum dei: p̃te p̃ma. Sicut ⁊c. Creature
imixte ex spiritu ⁊ corpore: sicut homines.
Ro. 8. Uanitati. n. idest mutabilitati crea
tura. s. humana subiecta est. Sol ⁊ astra: q̃
q̃uis sint incorruptibilia naturaliter: quã
tum ad substantiam: tñ sunt mutabilia:
quantũ ad locũ: ⁊ quantũ ad qualitates
accidentales: sicut ⁊ elementa: iuxta illud.
ps. 102. Initio tu dñe ⁊c. Ipsi peribunt ⁊c.
Scđa ratio est ppter diuine sapientie ostẽ
sionẽ: que ex malo scit eligere bonũ. Et in
hoc ⁊c. ostñditur diuina bonitas: q̃ vt ait.
Augu. in Enchiridion. Deus ẽ ita bonus:
q̃ nullũ malum fineret fieri: nisi ex eo elice
ret aliquod bonũ. Maius aũt bonum fuit
secutum ex hoc: q̃ homo fuit factus pecca
bilis. Nam ppter peccatũ primi hominis
incarnatus fuit filius dei: ⁊ sic de⁹ factus
est homo: ⁊ excellẽtissime magnificata est
natura humana: ⁊ supra naturã exaltata.
Heb. 2. Nusq̃ enim angelos apprehẽdit:
sed semen Abrae apprehendit. Ideo can
tat ecclesia in cerei benedictione: O felix
culpa: que talem ac tantũ meruit habere
redẽptorem. O certe necessarium Ade pec
catũ: qđ christi morte deletum ẽ. Et hoc
quantũ ad vtrũq̃ sexũ: sicut pз in christo:
⁊ virgine matre eius: que exaltata est sup̃
choros ãgeloꝝ ad celestia regna: qđ ẽ ma
ximum bonũ. Non aũt hoc fuisset: nisi ho
mo fuisset peccabilis. Unde super illud
verbum. i. Thi. i. Christus venit in hunc
mundũ: vt peccatores saluos faceret. Dicit
glo. Nulla causa veniendi fuit christo do
mino: nisi peccatores saluos facere. De hoc
vide Tho. parte. iij. q. i. ar. iij. Tertia causa
est ppter diuine clementie declarationẽ:
que tanta fuit: vt filium suum vellet mori
ppter peccatoꝝ dimissionem. Uñ ecclesia.

O inextimabilis dilectio charitatis: vt ser
uum redimeres filium tradidisti. Itē Ro.
.5. Cōmendat aūt deus charitatem suam
in nobis: qm̄ cum inimici essemus reconci
liati sumus deo: ꝓpter mortē filij eius. Ostē
ditur etiam scđo in hoc clemētia dei: ⁊ pa
tientia in supportando tot peccata: que co
tidie in iniuria diuine maiestatis in vniuer
so orbe committuntur. Ro.2. An diuitis
bonitatis eius: an patientie ⁊ longanimi
tate contētus ⁊c̄. Tertio ostenditur diui
na clementia in ꝯuertendo peccatores ad
penitētiam: ⁊ eoꝝ peccata misericorditer
remittendo: ꝙ est maximū opus dei. Unñ
super Jo.14. Maiora hoꝝ faciet. Dicit Au
gu. ꝙ maius est opus dei: ex impio facere
iustum: ꝙ̄ creare celū ⁊ terram. Et ecclesia
dicit in collecta. Deus qui omnipotētiam
tuā: parcēdo maxime: ⁊ miserando mani
festas. Quarto ondītur diuina clementia
in hoc: ꝙ maiorem vtilitatē gratia christi
humane nature ꝯtulit: ꝙ̄ fuit damnuꝫ qđ
intulit eidē peccatuꝫ Ade: sicut ꝓbat Apo
stolus. Ro.5. quia ex peccato Ade infecta
est natura humana quantū ad peccatum
originale dūtaxat qđ ex natura ꝯtrahit̄.
Peccata aūt actualia nō ab ipso ꝯtrahi
mus. sed ex nostra voluntate cōmittuntur.
Sed gratia xp̄i liberauit naturam huma
nam ab omni peccato originali ⁊ actuali.
Itē peccatum Ade fuit causa: per quam
humana natura peccatū ꝯtrahit: sꝫ gratia
est causa nō solum remissionis peccatorū:
sed collationis virtutū ⁊ donoꝝ. Itē Pec
catū Ade fuit tēporale vsqꝫ ad mortē chri
sti: quo mortuo liberant̄ omnes q baptizā
tur: sed gratia xp̄i est eterna. Itē In plu
res gratia xp̄i est nata descendere: ꝙ̄ cul
pa Ade: qꝛ si aliquis fieret nō per viam se
minalem: sed alio modo virtute diuina: si
cut xp̄s: vel de manu vel de pede vel coxa
alicuius hoīs: sicut Eua: nō ꝯtraheret ori
ginalem: ⁊ sic culpa Ade ad istam nō ex
tenderetur: sed bene extenderetur ad istaꝫ
gratia dei: ⁊ necessarium esset istam bapti
zari: tum ꝓpter caracterem baptismalē re
cipiendum: tum ꝓpter p̄ceptum saluatoris
adimplendum. De quo Jo.iij. Nisi quis
renatus fuerit ex aqua ⁊c̄. Ideo dicit apo
stolus. Ro.v. Nō sicut delictuꝫ ita ⁊ donū.
Si enim vnius delicto multi mortui sunt:
multo magis gratia dei: ⁊ donum in gra
tia vnius hominis iesu xp̄i in plures abū
dauit. Patet ergo quomō declarata est
⁊ magnificata maxima clementia dei pro
pter peccatū hoīs: qđ nō ꝯtigisset si homo
peccabilis nō fuisset. Quarta ratio ē pro
pter diuine iusticie cōmēdationē. Justitia
nanqꝫ diuina ꝯsistit in hoc: vt premiet bo
nos: ⁊ puniat malos. Nullus aūt hō fuis
set malus: si peccabilis nō fuisset: imo neqꝫ
bonus: vt. j. patebit in ꝓrima rōne. Et iđ
ad hoc vt diuina iustitia ondēretur in red
ditione premioꝝ: que debentur bonis: ⁊ in
redditione suppliciorꝝ: que debent̄ malis
fuit expediens vt homo peccare posset. Et
hanc rationem tangit Apl's ad Ro.9. De
us volens ostendere iram. i. iustitiam suaꝫ:
⁊ notam facere potētiam suam: sustinuit in
multa patientia vasa ire in interitum: vt
ostenderet diuitias glorie sue: in vasa mi
sericordie: que p̄parauit in gloria. Quinta
ratio est ꝓpter humane virtutis laudatio
nem: siue exaltationē. Que eniꝫ virtus aut
que laus esset hoīs non peccando: si pecca
re nō posset: profecto nulla. Sicut nec laus
animalium brutoꝝ: aut auium: aut pisciū:
qꝛ non peccant: qꝛ carent libertatis arbi
trio ⁊c̄. Consequenter nō esset dignus ho
mo corona glorie: qꝛ vt ait Apl's. 2. Thi.
2. Nō coronabitur: nisi qui legitime certa
uerit. Laus ergo est ⁊ virtus quādo habet
⁊ libertatem ⁊ oportunitatem peccandi: ⁊
amore virtutis abstinet se a peccato. Un
de dicit̄ Eccl'i.31. Beatus vir qui inuentus
est sine macula: ⁊. j. Qui potuit trāsgredi:
⁊ nō est transgressus mala facere: ⁊ non fe
cit. Et per hoc patet responsio ad primam
rationē supra in ꝯtrariū allegatam ꝑ quā
arguitur: ꝙ competentius finis beatitudi
nis acquireretur ab homine: si factus fuis
set impeccabilis: qꝛ hec ratio presupponit
falsum: qꝛ imo competentius finis beatitu
dinis acquiritur a creatura rationali vel
intellectuali: cuꝫ potestate peccandi: ꝙ̄ sine
tali potestate: ꝑ rationē iam dictam. Etiaꝫ
aliter responderi potest: sicut patebit. j. ra
tione. vij. Sexta ratio est ꝓpter bonoꝝ ex
ercitationem. s. vt boni exerciteant̄: nō solū
per pronitatem ad peccandū: ⁊ fomitem:

qui in hoīe ē: sed etiā ꝑ alios malos hoīes: ⁊ demones: ⁊ ꝯsequenter bonoꝝ merita ex patiētia: ⁊ victoria augerēt. Si.n.nō eēnt mali hoīes: multa merita ⁊ ꝟtutes deessent bonis: q₂ vt ait Sene. Marcet sine aduersario ꝟtus. Si nō fuissent tyrāni: defuissent nobis martyres: quoꝝ exēplis ad magnaꝫ ꝯstantiā ꝓuocamur. Et si nō fuissent Herodes Pilatus Cayphas Iudas: ⁊ ceteri emuli xp̄i: nō fuisset clarificatus filiꝰ hoīs ꝑ mortē: nec hoīuꝫ genꝰ redēptū. Et sic ꝺ aliꝭs martyribus: vt dictū ē. Fuit ergo ꝯueniēs: vt hō peccabilis fieret: vt possent eē in mūdo homiēs peccatores: quoꝝ persecutione bonoꝝ merita augerentur. Vn̄ Saluator Mat.xv. Beati estis: cū vos maledixerint hoīes ⁊c̄. Gaudete iterū merces vestra ⁊c̄. Hanc rōnē firmat Aug. loquēs de casu primi hoīs.14. de ciui.d. in fine.c.27. Cuꝫ igit̄ īngt huius futuri casus humani deus nō esset ignarus: cur eū nō sineret inuidi āgeli malignitate tentari: nullo modo qdem qꝺ vinceret̄ incertus: sed nihilominus p̄scius: ꝙ ab eius semine adiuto sua gloria: idem ipse diabolus fuerat sanctoꝝ gloria maiore vincendus. Septima rō est ꝓpt̄ totius vniuersi decorē. Pro cuius declaratiōe notandū: ꝙ disparitas partiū cui ꝑtinet ad decorē vniuersi: exēplū patet in multis: exemplū in corpore humano. Quāuis.n. oculus sit nobilius mēbrum pede: ⁊ sic vnum mēbrum altero nobilius: aut vilius: tn̄ oportunū fuit pedē in corpore facere: q₂ si oīa mēbra eēnt oculi: nō posset eē corpus hūanū: nec sic decoraret̄: ⁊ eēt ornatū: sic ager pulchrior appet in vere ꝓpt̄ diuersitatē florū: colorū: odorū: ⁊ figuraꝝ. Vn̄ dicit Aug.19. de ci. dei. lib.19.c.13. Qꝺ odor ē pariū dispariumq₃ rerū sua cuiq₃ loca tribuens dispositio: q₂ vt dicit Apl's.2. Thi.2. In magna domo nō soluꝫ sunt vasa aurea ⁊ argētea: sed etiam lignea: ⁊ fictilia: ⁊ quedam quidem in honorem: quedam in contumeliaꝫ: sic vestis colorum varietate sit pulchrior. ps. Astitit regina ⁊c̄. Modo ad propositū. Si homo esset impeccabilis tolleret̄ decor: ⁊ perfectio vniuersi: ad cuius vniuersi perfectionem: fuit necessariū esse quadruplicē differentiam naturarū habentiū intellectum. Quedam enim natura: que ꝭm se: ⁊ de sui natura peccare non potest: sicut est deus solus. Quedā vero est: que de sui natura: peccare quidem potest: sed per gratiaꝫ non: sicut sunt angeli beati: ⁊ anime beate. Quedā vero ⁊ tertio est: que peccare pōt: sed potest resurgere a peccato: sicut homo viator. Quedā que peccare potest: sed nō potest resurgere: sicut demones: ⁊ anime dānate. De qbus dicit̄ Mat.22. Ligatis manibus ⁊ pedibus ⁊c̄. Si igit̄ homo peccare nō posset: deficeret iste decor: ⁊ perfectio vniuersi: ergo debuit homo apparere peccabilis: ⁊ sic idem ꝙ prius. Et per hoc pꝫ alia responsio. Ad primam rn̄sionem est in ꝯtrarium allegatū: q₂ sapiens artifex nō tm̄ cōsiderat quod cōpetat parti edificij ꝭm se accipere: sed etiam ꝭm proportioneꝫ ad totum edificium. Et ideo vna pars aliā meliorem facit. Ita etiam deus vnūquodq₃ facit in illa proportione ad finem: ꝭm ꝙ cōpetit nature sue in ordine ad totuꝫ vniuersum: ⁊ sic respondet. Tho. in.2. sen. di.13.q.i. ar.ij. in responsione ad primū articulū ⁊c̄. Octaua ratio est: propter creaturarum cōditionem. Deus enim sic creaturas administrat: vt ipsas agere ꝓprijs motibus sinat. Cū ergo naturale homini sit ex libertate arbitrij agere: debuit hominem arbitrio ꝓprio relinquere: propter quod dicit scriptura. Eccl'i.15. Deus ab initio constituit hominem: ⁊ reliquit eum in manu consilij sui .i. in libertate arbitrij. Unde dicit Tho. in .ij. sen. di.23.q.i.ar.i. In corpore questionis ꝙ nulli creature cōicatum est: nec cōicabile fuit: ꝙ peccare non possit pro cōditione nature sue. Hoc cōtingit ex imperfectione diuine potentie: ⁊ imperfectione creature: que hoc recipere non potest. Et etiam ex hoc ꝙ quedam impossibilitas contingeret ex implicatione: contradictorum: ꝭm Tho. Ex predictis rationibus his patet respōsio: ad secūdam rationem supra formatam in contrariū: vbi arguit ꝙ deus videtur esse causa peccati: cum possit illud prohibere: ⁊ nō prohibeat: quia deus non potest esse causa peccati: neq₃ directe: neq₃ indirecte: sicut declarat. Tho.i.2.q.79.ar.i. in corpore questionis. Cōtingit tamen ꝙ deus aliquibus non prebet auxilium ad vitandum peccatum: qꝺ si preberet non peccarent. Sꝫ hoc

totum facit fm ordinem sue sapientie: et iustitie: cum ipse sit sapientia et iustitia. Unde non imputetur ei: q alius peccat: sicut causa peccati. Sic gubernator non dicitur causa submersionis navis ex hoc: q nō gubernat navem: sicut non subtrahit gubernationem potens et debens gubernare. Deus autem non debuit facere hominem impeccabilem: nec prohibere homines a peccato per rationes superius annotatas. Ex quibus patet: q conveniens immo necessarium ex contradictione anime hominem facere peccabilem. Amen.

¶ De modo iudicij. Sermo.xiij.

PEnitentiam agite etc. Supra sermone proximo dictum est de iudicantibus seu de iudicibus: qui erunt in iudicio universali: modo sequitur predicare de iudicandis: et de modo iudicij. Salutet prius virgo Maria etc. Pro introductione sermonis. Nota q firma conclusio est in sacra theologia: per fidem catholicam approbata: q duplex est iudicium: particulare: et hoc est occultum. Secundum vero universale: et hoc erit manifestum. Primū est in morte cuiuslibet: quia tunc deus reddet unicuiqz iuxta opa sua. De quo iudicio loquitur apostolus. Hebr. 9. Statutum est oib⁹ hoibus semel mori: et post hoc iudiciū. Nota post hoc: qz post mortem redditur equivalens retributio bonis et malis hominibus. Naz in hac vita: nec redditur talis: quare quidē sicut dicit. Eccl's. 9. Universa eque veniunt iusto et impio: bono et malo: mūdo et imūdo: imolanti victimas: et sacrificia cōtemnenti. Nec etiam reddi potest in hac vita talis equivalens retributio cuz et iustis debeatur merces infinita: et reprobis eterna pena. Unde si daretur iusto pro premio totus mundus nō esset ꝯdigna retributio. Et ecōtrario si ois pena corporalis infligeret iniustis. nō esset ꝯdigna pena. Jō post mortē datur retributio ꝯdigna. Jō dicit apl's: vbi. s. post hoc iudicium. De hoc etiam iudicio particulari habet. Eccl'i. iij. Memor esto iudicij mei. Sic eniz erit et tuū Mihi heri: et tibi hodie. Scd'z est iudicium universale. Et hoc erit manifestū i fine mūdi. De quo in hoc sermone deo dante dicemus. Et ꝯvenieter fuit hoc iudiciū a divina ꝓvidentia ordinatum duplici ratione. Primo qz quilibet hō est singularis quedam ꝑsona: et est pars totius humani generis. Unū et duplex ei iudiciū debet. Unū singulariter: qd de eo fiet post mortē: qñ recipiet iuxta ea: q in corpore gessit. Aliud iudiciū dz esse de eo: fm q est ps totius hūani generis: sicut aliqd iudicari di fm divinam iustitiā: et qñ iudiciū datur de cōitate: cuius ipse ē pars: vñ et tunc fiet iudicium universale totius humani generis ꝑ universalē separationē bonoꝝ a malis: et sic quilibet ꝑ ꝯñs iudicabit. Scd'a rō ꝯveniētie est vt retributio fiat ꝑfecte tam bonis q̄ malis. Nunc enim solis aiabus datur retributio taz bonoꝝ q̄ maloꝝ. Sed tūc animab⁹ et corporibus: qz dignū est: vt sicut utrūqz operatū est bona vel mala: vtrūqz retributionē accipiat. Jo. 5. Venit hora: i qua oēs q in monumētis sunt: audient vocē filij dei et ꝓcedent q bona fecerunt in resurrectionē vite: q vero mala egerūt: in resurrectionē iudicij. Nec obstat qd di. Naū. i. Non iudicabit deus bis id ipsum: qz deus non duas penas: quaꝝ quelibet sit sufficiēs ꝓ uno peccato infert: sed pena q ante iudiciū cōplete inflicta non fuerat: in vltimo iudicio cōplebit: post qd ipij cruciabūt: quo ad corpus et aiam. Silr vt no. Tho. in. 4. di. 47. q. i. ar. i. q. i. ad ꝑmū. His igit ꝑsuppositis notādū: q loquendo de vltimo iudicio universali sex circūstantie interveniūt: que in omni humano iudicio requiruntur.

¶ Primum est temporis intimatio.
¶ Secundum est loci preparatio.
¶ Tertium est partium citatio.
¶ Quartum est personalis comparitio.
¶ Quintum est iudicialis diffinitio.
¶ Sextum est effectualis executio.

¶ Primū ergo est tpis intimatio. In iudicio nāqz hūano iudex assignat tēpus partib⁹ dicēs. Tali die iudex tenebit iudiciū: et ꝓferet sniam etc. Sic xps faciet nobis: nō qdē qd dicat nobis diez determinatū etc. quia hoc reservatur inter archana dei. Vñ xps nec apl'is voluit revelare. Act. i.

Nō est vestrum nosce tempora vel momen
ta: que pater posuit in sua potestate ⁊c̄.
Et dictum est supra sermone. viij. Sed de
dit nobis dominus quedam signa: quibus
cognoscere valeamus tempus proximum
iudicij. Et ponit dominus sex signa. Luc.
21. Erunt signa in sole: ⁊ luna: ⁊ stellis: ⁊ in
terris pressura gentium pre confussione so
nitus maris: ⁊ fluctuum: arescentibus pre
timore ⁊ expectatione: que superuenient
vniuerso orbi. ¶ Primum signum igitur
est: q₂ sol obscurabit̄ quantum ad sui lumi
nis priuationem: vt paterfamilias homis
moriente: quasi longum videat̄: vnde fiet
sol niger tanꝙ saccus cilicinus: sicut dicit
Jo. Apoc̄. ij. ⁊ Mat. ij. sol obscurabitur.
¶ Scd̄m signum erit in luna: q₂ vt dicitur
Mat. 24. Luna nō dabit lumen suum. Et
Joel. 2. Sol ꝯuertetur in tenebras: ⁊ luna
in sanguinem anteꝗ̄ veniat dies dn̄i ma
gnus ⁊ horribilis. Itē Apoc̄. 2. Luna fa
cta est: sicut sanguis. Habebit ergo luna
colorem sanguineū in signum vltionis diui
ne: ꝯtra sanguinez peccatoꝝ: q₂ sanguis in
scriptura dicit̄ peccatū. ps. Libera me de
sanguinibus ⁊c̄. ¶ Tertiū signum ē in stel
lis. Nam stelle cadent de celo: vt dī Mat.
24. ⁊ Apoc̄. 2. appebūt cadere. Celū dicit̄
hic aereū: ⁊ stelle vocant̄ estus: que habēt
similitudinē stellaꝝ: ⁊ dicuntur stelle cade
re de celo: ſm vulgi opinionem: qm̄ subito
descendūt. Vn̄ scriptura ꝯformat se cōmu
ni modo loquendi. Sic ⁊ ſm ius ciuile ver
ba sunt intelligenda ſm cōmunem vsum
loquēdi. ff. de fundo instruc. l. cuz delanio
nis. §. asinam. Tunc aūt fiet maxime talis
impressio: q₂ ignea qualitas abūdabit. Et
hoc faciet dn̄s ad terrorem peccatorum.
¶ Quartū signum ē: cum dī: ⁊ in terris ꝑs
sura gentium. Nam vt dī. Mat. 24. Erit
tunc tribulatio talis: qualis nunꝗ̄ fuit ab
initio mundi: neqꝫ fiet ⁊c̄. Et h̄ tribulatio
cōtinget ex ꝑsecutione maledicti antichri
sti: qualis ante confusio. ¶ Quintū signuz
erit ꝯfusio maris dum dī pre confusione: ⁊
fluc. erit dicet̄. j. ¶ Sextum signum erit: q₂
arescent hoīes pre timore ⁊ expectatione:
que superuenient vniuerso orbi. Quid au
tem sit ille timor: ⁊ expectatio ꝓpter quod
arescent hoīes declarat Hieronymus: qui
refert se inuenisse in annalibus hebreorū
quindecim signa ꝓcedētia iudicij: que fiēt
in quindecim diebus: sed nō expressit vtrū
continētia futura sint an interpollatim.
¶ Prima die ergo eriget se mare quadra
ginta cubitis supra altitudinem: montiuz
stans in loco suo: quasi murus. ¶ Secūda
die tantum descendet: vt vix possit videri.
¶ Tertia marine belue apparentes super
mare dabunt rugitus vsqꝫ ad celū: ⁊ earū
mugitus solus deus intelliget. ¶ Quarta
ardebit mare ⁊ aqua. ¶ Quinta arbores:
⁊ herbe dabunt rorē sanguineum. In hac
etiam qnta die dicunt: vt alij asserunt: ꝙ
omnia volatilia celi congregabunt̄ in celis
vnūquodqꝫ genus in ordine suo: non gu
stantia: nec bibentia: sed vicinum aduen
tum formidantia. ¶ Sexta die ruent edi
ficia: in hac etiam sexta die vt dicitur: flu
mina ignea surgient ab occasu solis con
tra faciem firmamenti: vsqꝫ ad ortum con
currentia. ¶ Septima die petre ad inuicē
collidentur: ⁊ in quattuor partes scinden
tur: ⁊ vna queqꝫ pars: vt dī collidet aliaz:
⁊ nō sciet homo sonuz illum: sed tm̄ deus.
¶ Octaua die fiet generalis motus. ps.
Terra tremuit: ⁊ quieuit cum exurgeret in
iudicio de⁹. Qui terremotus adeo erit ma
gnus vt dī: ꝙ nullus homo nullumqꝫ ani
mal stare poterit: sed ad sonum oīa ꝓster
nentur. ¶ Nona die equaliter terra: ⁊ om
nes montes in puluerem redigentur. ps.
Montes sicut cera fluxerunt a facie do
mini a facie dn̄i omnis terra. ¶ Decima
surgent ossa mortuorū: ⁊ stabunt super se
pulchra: ⁊ sepulchra ab ortu solis vsqꝫ ad
occasum aperient̄: vt inde mortui exire va
leant. ¶ Undecima cadent stelle. Omnia
enim sidera errantia: ⁊ stationaria spergēt
ex se comas igneas: ⁊ interim noue genera
buntur a dn̄o. ¶ Duodecima die dicit̄: ꝙ
omnia animalia venient ad campos mu
gientia: nō gustanria neqꝫ bibētia. ¶ Ter
tiadecima morientur viuentes: vt cū mor
tuis resurgant. ¶ Quartadecima ardebit
celum ⁊ terra. ¶ Quintadecima fiet celuz
nouum: ⁊ terra noua: iuxta illud. Isa. 65.
Ecce ego creo celos nouos: ⁊ terram no

uam. Primum enim celum.i. ipsa terra abijt: ⁊ mare iam non est. Item Apoc.21. Vidi celum nouum ⁊ terram nouam Primum enim celum ipsa terra abijt: ⁊ mare ⁊ iam non est: ⁊ resurgent omnes. Predicta signa ponuntur in legenda aduentus dñi. Hoc vltimũ signum quomodo intelligatur: vide quod scripsi dñica scđa aduẽtus dñi: sermone: qui incipit. Celum ⁊ terra transibunt. ¶ Secũdum est loci preparatio. Circa quã preparationem duo sunt attendenda. Primum est qđ locus sit cõmunis. Scđm ꝙ sit mundus. ¶ Quantũ ad primum: q2 debet esse locus cõis.i. conueniẽs iudicandis: ideo locus iudicij erit in terra: q2 celum ⁊ infernus nõ sunt loca cõia: q2 celum non conuenit damnatis: nec infernus beatis: ideo fiet in terra: que est locus cõmunis. Auctoritas. Isa.23. Ecce dies veniũt dicit dominus: ⁊ suscitabo Dauid germen iustum: ⁊ regnabit rex ⁊ sa.c. fa.iudi. ⁊ iustitiam in terra. Nõ suscitabo: q2 nunc videt̃ xp̃s dormire: q2 non punit peccata. Sed tũc euigilabit. ps. Excitatus est tanq̃ dormiens dñs: tanq̃ potens crapulatus a vino: vbi dicit Glo. Resurgens dñs a mortuis tanq̃ vino passionis crapulatus percussit inimicos in posteriora cum ab ipso in iudicio punientur extremo. Si autem queratur in qua parte terre fiet iudicium: dic ꝙ in valle Iosaphat: iuxta illđ Iohellis.iij. In diebus illis: ⁊ in tempore illo cum cõuertero captiuitatem Iuda: ⁊ hierusalem: cõgregabo omnes gentes: ⁊ deducam eos in valle Iosaphat: ⁊ disceptabo ibi cum eis. Si aũt querit̃ quõ tot milia hoim̃ poterunt stare in illa valle tam parua. Rñ. ẜm Pe. de palu.i.4.di.48.q.i. Qđ dñs descẽdet super vallem iosaphat: nõ quidem super terram: sed vt prope terram: sed vsq̃ ad locum vbi amiserunt apostoli aspectum eius: qñ ascendit in celum: ⁊ nubes suscepit eũ: ab oculis eoꝝ. Act.i. Boni aũt ⁊ electi non erunt intra illum locum vallis iosaphat: sed rapient̃ obuiam christo in aera iuxta illud Apl'i.i. Thesa.4. Mortui q in christo sunt resurgent primi: deinde nos: qui viuimus: qui relinquimur: qui residui sumus simul rapiemur: cum illis in nubibus obuiam xp̃o in aera. Et sic semper cum dño erimus. Nota magnum honorem. Si aliquis electus esset in terra: cui christus diceret ascendas huc ⁊c̃. Mali vero ⁊ reprobi in terra scribentur: ⁊ manebunt circa loca illa in regione circũquaq̃: vbi xp̃m: ⁊ electos videre poterunt. Tum ratione altitudinis: tum ratiõe claritatis: iuxta illud Zacharie. Viderunt in quem transfixerunt: vel per hoc: q2 cõpressi stabunt in eodez loco simul: vel per hoc: q2 ad quãcũq̃ distantiã virtute diuina ad singulorum oculos spẽs corporis xp̃i deferẽtur: siue supra mare stent deo sustentante: siue compressi vt dictum est. ¶ Scđo attendendum est: ꝙ locus iudicij sit mundus: q2 alias rex: vel iudex non dignaretur illuc venire. Da similitudinem de loco: in quo habitassent bestie: sicut est stabulum: si in illo debet fieri iudicium: vel deberet fieri in eo concilium generale: deberet prius mundari ⁊c̃. Sic in proposito mundus iste est plenus imundicijs: ⁊ fetore: eo quod habitant in eo iumenta: ⁊ bestie i. peccatores: qui bestie possunt dici: ⁊ deteriores bestijs: vt dictũ est supra eodez arti. sermo.5. parte.iij. Propter hoc ergo locus huiusmodi est corruptus ⁊ fetidus. Ioel.i. Computruerunt iumenta in stercore suo. Si dicatur ab aliquo nõ sentio istũ fetorem: sed nec regatius sentit fetorem stabuli: nec porcus luti: q2 ibi cõtinue morantur: sic ⁊ nos. Nota exẽplum in vitis patrum de angelo: ⁊ heremita simul ambulãtibus ⁊c̃. Ideo necesse est: vt priusq̃ iudicium teneat̃: mundus iste purificet̃: ⁊ mundetur: alioquin dicere posset virgo Maria ad filium. O filij ⁊ quõ duxisti me: ⁊ sanctos ad hoc stabulum fetens ⁊c̃. Hec aũt purificatio fiet per ignem. Auctoritas. ps.96. Ignis ante ipsum precedet: ⁊ inflãmabit in circuitu inimicos eius: illuxerũt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ cõmota ẽ terra: montes sicut cera fluxerunt a facie dñi a facie dñi ois terra. Nota inimicos eius: q2 q̃uis iusti ⁊ amici de illo igne cõburẽtur: tñ aut nullam: aut modicam penam patiẽtur ex illo igne: sicut quinquaginta rhetores beate Catherine. Mali aũt inimici

vel maxime illo igne affligentur. Itē Malachie. iij. Ecce veniet dicit dominus exercituum: ⁊ quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndam eā? Ipse enim quasi ignis cōflans: ⁊ quasi herba fulonum: ⁊ conflans sedebit: ⁊ emundans ⁊c. ¶ Tertium est partium citatio. Vult enim deus seruare illud: qđ etiā de iure ciuili: statutum est: vz ꝙ citatio partium debeat precedere: q꜡ citatio est principiū: ⁊ exordium iudicij. Alias nec processus: nec sententia valeret. ff. q̄n appel. sit. l. i. vel penultima. Ita faciet saluator. Mittet nuncium ad citandos omnes hoīes: ⁊ erit illa citatio perēptoria. Olim nāq꜀ deus misit: ⁊ adhuc cōtinue mittit multos nūcios ad citandum hoīes. Primo nāq꜀ misit patriarchas: postea ꝓphetas: postea apostolos: postmodū doctores: ⁊ alios predicatores: inter quos ego q̄uis minimus: ⁊ indignus nomine predicatiōis: tn̄ ex parte dei vos cito vt compareatis: ⁊ ꝓparetis vos in die iudicij in valle iosaphat ⁊c. Ille ergo nuncius tunc erit Michael: qui cum altissima tuba clamabit ad omnes partes mundi: vz ad orientem: occidentem: meridiem: ⁊ septētrionem: dicēs surgite mortui: ⁊ venite ad iudicium. Auctoritas. i. The. 4. Ipse dn̄s in iussu: ⁊ in voce archangeli: ⁊ in tuba dei descendet de celo: ⁊ mortui qui in christo sunt: resurgēt primi ⁊c. Nota in voce archangeli. s. Michaelis: que dicit. vox archangeli executiue: sed erit vox xp̄i imperatiue. Vn̄ Jo. 5. Venit hora in qua omnes: qui in monumentis sunt: audient vocem filij dei. Sicut enim vox ꝓconis est vox principis iubentis imperatiue: sed est preconis obedientis executiue. Tunc subito in instanti omnes anime: que erunt in inferno: purgatorio: paradiso: induent corpora sua diuina virtute: non aūt potentia nature: nec alicuius creature. ps. Ecce dabit voci sue vocē virtutis. O q̄ terribilis ⁊ admirabilis erit vox illa damnatis. Sicut illis qui sunt in carcere: ꝓpter aliquod crimen capitale: q̄n citantur: vt audiant sentētiam vt suspēdant̄ ⁊c. De hac voce dicit Hierony. Siue comedā: siue bibam: siue quid aliud faciam: semper videt̄ meis auribꝯ intonare vox illa terribilis: Surgite mortui: venite ad iudiciū. Nota exēplum in vitis patrum de illis duobus heremitis qui iuerunt ad colligendū palmas: quoꝝ vnus timens cecidit: ⁊ ad se reuersus dixit socio querenti quid haberet: fuit mihi visum ꝙ audiuerim illam vocem: surgite mortui ⁊ venite ad iudicium: rogo te ducas me ad cellam: vt ibi me inueniat illa vox. Et nos miseri nō timemus vocē istā? Adam timuit vocem dei vocantis ad veniam: cum dixit Adam vbi es? Vn̄ dixit ei Adam. Vocem tuā domine audiui: ⁊ timui eo ꝙ essem nudus: ⁊ abscondi me ⁊c. Gen̄. iij. Et cum vox illa erat misericordie: q꜡ vocabat eum: vt parceret ei: si veniam postulasset: quanto ergo magis debemus timere illam: que erit rigida ⁊ austera? ps. Vox dn̄i intercidentis flāmam ignis: vox dn̄i concutientis desertum ⁊c. ¶ Quartū est personalis cōparitio. Duplex cōparitio erit. Vna ex parte iudicis. s. xp̄i: qui tunc apparebit cum magno splendore: ⁊ terrore: ⁊ in maxima potestate: et potentia. Nō sicut in primo aduentu: q꜡ tunc venit pauper: humilis: tanq꜀ agnus mansuetus. Vn̄ Jo. baptista eū videns dixit. Ecce agnus dei. Jo. i. Et ideo iudei ipsum desprexerunt dicētes. Nolumus hūc regnare super nos. Luc. 19. dicitur. ps. 53. In humilitate iudicium eius sublatum ē. Et sic ꝓphetauerat Zacha. di. Exulta satis filia syon: Jubila filia hierusalē. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus ⁊ saluator: ⁊ ipse pauper. Zacha. 4. Sed in aduentu ad iudicium veniet cum tanta potentia ⁊ maiestate: ꝙ totus mundus tremet. ps. Cognoscetur dn̄s iudicia faciens: vt dicit ipse. Mat. 25. Cum venerit filius hois in sede maiestatis sue: ⁊ omnes angeli eius cum eo: quid de sanctis? Rn̄. ꝙ etiam oēs sancti venient cum eo ad iudicium: iuxta illud Isaie. iij. Dn̄s ad iudiciū cum senatoribus populi sui a principibus eius cum senatoribus. i. sanctis: qui dn̄r seniores non ratione etatis: q꜡ multi sancti fuerūt iuuenes: ⁊ omnes resurgēt in etate iuuenili: in mensuram etatis plenitudinis

xpi:sed dñr seniores nō rōne etatis:sed ra
tione sapiētie signate per senectutē. Et no/
ta cum dicit in sede maiestatis sue: quia
tunc christus sedebit:sicut iudex sedere dz
quando vult ferre sententiam:vt in.c.vlti/
mo.de re.iudi.lib.6. Nota similitudinem
de auiculis cantantibus in arbore:sed sup
ueniente falcone vel aquila omnes paue/
scunt ⁊ silent ⁊c̄. Sic considerate: ꝙ hic
mundus sit quedam arbor faciēs fructus
dignitatum:honorum:diuitiarū: delitiarū:
officiorum ⁊c̄. Et quilibet vult implere de
fructibus istis caputium. Aues vero ludē
tes in hac arbore sunt omnes creature cor
porales. Primo sol ludit discurrendo ab
oriente in occidentem : ⁊ econuerso. In
estate sol ascendit: in hyeme vero descen/
dit. Eccl's.primo. Oritur sol:⁊ occidit:⁊ ad
locum suum reuertitur:ibiq; renascens gi/
rat per meridiem:⁊ flectitur ad aquilonē:
lustrans vniuersa in circuitu. Idē de luna:
⁊ stellis:aere:aqua:⁊ terra. Non faciunt ni
si ludere pisces maris:volucres celi: ⁊ ani/
malia in terra semper ludunt. Can.2. De/
lectabar per singulos dies : ludens coram
eo omni tempore:ludens in orbem terrarꝫ.
Ad litteram loquitur hic de ludo mundi:
sed quando veniet falco:seu aquila.i.chri
stus ad iudicium vniuersale:iste ludus ces
sabit:quia omnes creature timebūt:⁊ mo/
tus corporum celestium:qui est quasi qui/
dam ludus cessabit. Ideo ecclesia sancta
orat in collecta vigilie natiuitatis domini
dicens. Presta quesumus omnipotēs de/
us:vt vnigenitum tuum quem redempto/
rem leti suscipimus:venientem quoq; iu/
dicem securi videamus. ¶ Secunda com/
paritio erit ex parte iudicandorū:qui sta
tim apparebunt in valle iosaphat:vt di/
ctum est. Sed hic queritur quomodo illuc
transibimus. Rñ. Quilibet nostrum porta
bitur ab angelo:qui nunc datus est nobis
ad custodiam. Et de electis quidem clarū
est: sed de reprobis non auderem dicere:
nisi quia saluator h̄ dicit. Mat. xiij. Sic
erit in cōsumatione seculi:mittet filius ho
minis angelos suos:⁊ colligent de regno
eius omnia scandala:⁊ eos qui faciunt ini
quitatem:⁊ mittēt eos in caminum ignis.
Nota scandala.i.illos qui peccant publi/
ce:⁊ eos qui faciunt iniuste.i.occulte. Sed
differentia est inter electos ⁊ reprobos: qr
electi cum magna reuerentia ducentur ab
alijs : sicut trahitur sponsa ad domum
sponsi ⁊c̄. Sed reprobi cum magno vitu/
perio:sicut trahitur ad curiam vel ad car
cerē latro vel homicida inuitus ⁊c̄. Ideo
Saluator ait. Exibūt angeli:⁊ separabunt
malos de medio iustorum:⁊ mittent eos
in caminum ignis: ibi erit fletus:⁊ stridor
dentium ibidem. Nota separabunt ma/
los de medio iustorum: quia vz iustos sta/
tuent ad dexteram:reprobos ad sinistram
iudicis. Tunc aspectus christi erit intolle/
rabilis malis:⁊ vellent potius esse in infer
no:ꝙ videre christum iratum. Ideo Job
in persona damnati sic ait. Quis mihi tri/
buat:vt in inferno me abscondas donec:ꝑ
transeat furor eius:⁊c̄. Job.14. Itē Apoc̄.
vi. Reges terre: ⁊ principes terre:⁊ tribu/
ni:⁊ milites:⁊ diuites:⁊ fortes:⁊ omnis ser
uus:⁊ liber absconderunt se in speluncis:
⁊ petris montium:⁊ dicēt montibus: ⁊ pe
tris: cadite super nos:⁊ abscondite nos a
facie sedentis super terram:⁊ ab ira agni.
¶ Quintū est iudicialis diffinitio. Sed qr
iudex anteꝙ ferat sententiam: debet vide
re ⁊ manifestare debita:vel merita partiū
recitando processū ⁊c̄. Sic christus. Ideo
anteꝙ sententia proferatur: aperientur li/
bri conscientiarum:manifestabuntur om/
nibus angelis : ⁊ hominibus omnia ope/
ra bona ⁊ mala. De hoc est auctoritas no/
ui ⁊ veteris testamenti. In veteri habet
Dañ.ij. Iudicium sedit:⁊ libri aperti sunt.
In nouo habet. Apoc̄.20. Vidi mortuos
magnos: ⁊ pusillos stantes in conspectu
troni : ⁊ libri aperti sunt: ⁊ iudicati sunt
mortui ex his : que scripta erant in li/
bris secundum opera ipsorū. O qualis ⁊
quanta confusio erit reprobis: quia mala
ipsorum erunt omnibus manifesta. Re/
medium ergo est : vt procuretis vobis
pallium penitentie: quo peccata ope/

rsant.ps. Beati quorum remisse sunt ini-
quitates:⁊ quorum tecta sunt peccata.ps.
xxxi. Item.i.Petri.4.Charitas operit mul
titudinem peccatorum. Nota charitas que
.s.habetur per virtutem penitētie sine qua
non potest charitas ammissa a peccatore
recuperari. Igitur apertis libris cōscentia-
rum:⁊ manifestatis operibus bonis:⁊ ma-
lis christus iudex vt deferat honorem ma-
tri ⁊ sanctis omnibus: presertim illis qui
erunt secum assessores interrogabit eos.
Et primo dicet matri interrogans eos de
bonis: qui erunt a parte dextra iudicis:
Mater mea quid vobis videtur de istis.
Tunc mater respondebit. Filij ex quo vi-
xerunt s̄m mandata vestra: caste:patien-
ter: humiliter: obedienter: pacifice: ⁊c̄.
Et si quando aliqui eorum peccauerunt fe-
cerunt ante mortem penitentiam ad man
datum vestrum:⁊ persuasionem predicato-
rum vestrorum. Ideo sunt digni regno tuo.
Tūc christus interrogabit apostolos: qui
confirmabunt responsionem virginis: sic
martyres:sic confessores:sic virgines ⁊ cete
ri sancti:⁊ christus dicet ex quo videt̄ vo
bis omnibus:⁊ ego tanq̄ꝫ iudex vniuersa
lis fero sentētiam vt fiat sicut dicitis:⁊ tūc
vertens se ad eos:qui a dextris eius:erunt
facie leta dicet eis:venite benedicti patris
mei ⁊c̄. Mat.25. Tunc electi gratias agēt
genuflectentes atq̄ꝫ dicentes illud quod
dicitur. Mat.25. Domine quando te vidi-
mus esurientem:⁊ pauimus te ⁊c̄. Usq̄ꝫ
ibi quādiu fecistis vni de his fratribus mi
nimis:mihi fecistis. Tunc dicēt electi. Nō
nobis domine non nobis:sed nomini tuo
da gloriam. Queri potest hic nunquid hec
sententia fiet vocaliter:vel mentaliter: qui-
dam dicunt q̄ mentaliter: quidam quod
vocaliter vt tangit Tho. in.4. sententiarum
di.xlij. Sed Petrus de palude tenet ibi-
dem mediam sententiam dicens:q̄ quo ad
meritorum discussionem fiet mentaliter:vꝫ
cum dicet christus. Esuriui enim ⁊c̄. Sed
quo ad sententie prolationem fiet voca-
liter. E contra vero christus intendens cō
demnare seu condemnatiuam sententiam
ferre contra improbos:dicet primo matri
sue:mater mea:quid vobis videtur de his:

respōdebit. Filii ex quo isti fuerūt rebelles
voluntati tue.nō obediētes mādatis tuis
noluerunt agere pniam paruipenderunt
incarnationem:passionem:⁊ mortem:resur
rectionem:⁊ ascensionem tuam: contempse
runt ecclesiastica sacramenta:⁊ admonitio
nes:⁊ persuasiones predicatorum tuorum:
idcirco digni sunt morte eterna ⁊c̄. Nota
hic q̄ pictores: qui pingunt matrem vir-
ginem genuflexam in conspectu christi:
quasi orantem eum pro peccatoribus: fal-
sum est:quia tunc non erit tempus oran-
di:nec miserendi: sed vlciscendi. Prouer.
vi. Zelus ⁊ furor viri non parcet in die vin
dicte:nec acquiescet cuiusq̄ꝫ precibus: nec
suscipiet pro redemptione dona plurima.
Tūc dicet christus patriarchis:⁊ vos vul-
tis hos in vostra societate:respondent. Nō
domine:quia nos sumus misericordes:isti
vero crudeles:⁊ christus. Et vos pphete:
Respondēt. Nō domine:quia nos fuimus
in fide deuoti isti sine fide:⁊ deuotione.
Et vos apostoli: Absit domine:q2 nos fui
mus charitatiui:isti sine charitate. Et vos
martyres: Non domine quia nos patien-
tiam habuimus:⁊ in maximis tormentis
contumelijs ⁊ iniurijs vsq̄ꝫ ad mortem in
clusiue. Isti autem fuerunt vindicatiui ⁊
in modicis iniurijs ⁊c̄. Et vos confessores:
Nō domine quia nos fuimus abstinētes:
⁊ ieiunijs:⁊ vigilijs egentes:angustiati:af
flicti ⁊c̄. Isti autem fuerunt dediti gule
quorum deus eorum fuit. Et vos virgines:
Absit domine quia nos fuimus integri ⁊
mundi corde ⁊ corpore. Isti autem luxu-
riosi vt porci:⁊ sicut equus ⁊ mulus: qui-
bus nō est intellectus ⁊c̄. Tunc dicet chri
stus ego tanq̄ꝫ iudex vniuersalis a deo
constitutus: quia pater potestatem dedit
mihi iudicium facere ⁊c̄. Confirmo sniam.
Et tunc vertens se ad reprobos:qui erunt
ad sinistram dicet. Ite maledicti in ignem
eternum ⁊c̄. Hic practice. Si dicerent dam
nati christo domine postq̄ꝫ damnati su-
mus a te fac nobis gratiam vnam tan-
tum vt simul maneamus tecum. Respon-
det christus. Ite maledicti vel discedite a
me. Tunc illi. O dn̄e saltem benedic no-
bis. Respondebit xp̄s maledicti. Tūc illi.

O dñe saltē in aliquo bono loco. Rñdebit
In ignem eternuꝫ. At illi o dñe saltem da
nobis aliquam bonaꝫ societatē. Rñdebit.
Qui paratꝰ ē diabolo: ⁊ āgelis eius. Tūc
data sentētia mouebitur inter eos quidaꝫ
horribilis rumor: ⁊ planctus: ⁊ clamor vsq;
ad celum: dicētes illud Iere. Et maledicta
dies in qua natus suꝫ: ⁊ dies in qua peperit
me mater mea nō sit bñdicta ⁊c. Nota dies
in qua natus sum. s. in vtero ⁊ ex vtero: q2
melius est nunq; fuisse: q; esse damnatum
Mat. 4. Bonuꝫ erat ei: si natus nō fuisset
homo ille. Item alium planctū amarissi-
mū facient damnati dicentes illud. Treñ.
5. Defecit gaudium cordis nostri: versus ē
in luctum chorus noster: cecidit corona ca
pitis nři. Ueh nobis q2 peccauimus. Tūc
ergo insurget pater contra filiū: ⁊ ecōuer-
so: vir cōtra vxoreꝫ. Concubinarius contra
ꝯcubinam ⁊ ecōuerso: q2 quanto fuit hic
intensior amor inordinatus: tanto illic erit
intensius odiū. ¶ Sextū ē effectualis exe-
cutio. Nota ꝙ sñia dabitur: primo pro ele
ctis: scđo pro reprobis. Sed executio fiet
eꝫ. Dicet ergo tunc xp̄s. O inferne aperi
os tuū: aperiat terra ⁊ deglutiat peccato-
res. Tūc ad imperiū xp̄i aperietur terra: ⁊
deglutient omnes reprobi mox in infernū.
Mat. 13. In tēpore messis dicaꝫ messoribꝰ.
Colligite primum zizania: ⁊ alligate ea fa
sciculis ad cōburendū. Nota fasciculos:
q2 vnus fasciculus fiet de dñis: alius de
p̄latis malis: alius de religiosis: aliꝰ de cle
ricis: alius de cognatis: alius de viduis:
alius de virginibus fatuis: alius de diuiti
bus vsurarijs: alius de aduocatis: alius d̄
sup̄bis: alius de auaris. Et sic de singulis:
Et sic diuidētur in carcere eterno inferni:
vbi in eternū: ⁊ in seculum seculi: sine vlla
spe p̄manebunt. Prouer. xi. Mortuo hoie
impio nulla erit vltra spes. Item Isa. 24.
Cōgregabunt congregatione vnius fascis
in lacum: ⁊ claudent ibi in carcerē. E con
tra vero electi cum xp̄o ascendent in celū.
Dicet. n. xp̄s angelis. Precedite vos: ⁊ vos
alij subsequimini. Et xp̄s in medio cuꝫ vir
gine ascendet ad celum cum gloria inerti-
mabili: iuxta illđ Isa. 35. ⁊ 15. Qui liberati
fuerunt ⁊ redēpti a dño: ꝯuertentur: ⁊ ve-
nient in syon cum laude: ⁊ leticia sempiter-
na super caput eoꝝ gaudium: ⁊ leticiā ob
tinebunt: ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. Item
Apoc. 21. Absterget dñs omnem lachrymā
ab oculis sanctoꝝ: ⁊ mors vltra non erit:
neq; luctus: neq; clamor: neq; dolor erit vl-
tra: que prius habuerunt. Ergo penitētiaꝫ
agite. appropinquabit enim regnū celoꝝ.
Ad q̄d nobis ꝯcedere dignet ipse saluator no
ster: qui est bñdictus in secula scl'oꝝ. amē.

¶ De pnīe integritate. Sermo. 14.



Enitentiam agite ⁊c. Supradictū est de quattuor articulis pe-
nitentie: vꝫ: de penitentie necessitate: qualitate: q̄ti-
tate: ⁊ causalitate: modo sequitur predica
re de. 5. vꝫ. de penitentie integritate. Salu-
tet virgo gloriosa ⁊c. ¶ Pro declaratione
⁊ introductione materie nostre notanduꝫ
ꝙ q̄uis penitentie: s̄m ꝙ est virtus nō as-
signentur partes s̄m Tho. parte. iij. q. 90.
ar. i. ad s̄m eo: ꝙ actus humani: qui mul-
tiplicantur in penitentia: non comparant
ad habitum virtutis sicut partes: sed sicut
effectus: tñ penitentia scđm ꝙ est sacramē
¶ Scd̄o amor est vis assimilatiua. Unde Ugo. Scio aīa mea ꝙ dilectio est vita tua ⁊ q̄cq̄d diligis ipsa vi dilectionis in eius similitudinem transformaris. Unde quanto res est similior diligenti: tanto est diligibilior: q₂ similitudo est causa amoris Eccli. iȝ. Omne aīal diligit sibi simile ⁊c. Constat aūt ꝙ aīe nihil deo sit similius. Ad imaginē q̄ppe dei factus est homo. Geñ. 9. Ideo nihil tibi o aīa magis diligibilius deo. Nō aūt aurum ⁊ argentum sunt similia aīe nec honores nec voluptates nec potentia: ⁊ cetera hmōi ⁊ vt amor inesset nobis amor iste erga deū q̄nq̄ȝ similitudines habemus cum deo incarnato, tres. ꝑm aiam, ⁊ duas

ſm corpus. ¶ Quantum ad aiam qdē pri
ma ſimilitudo eſt nature Gen̄.i. Faciamus
hoiem ad imaginē ꝛ ſimilitudinē noſtram.
Et hec imago ꝯſideratᷓ in vno quoqꝫ hoie
in hoc ꝙ hꝫ aptitudinem naturalē ad intel
ligendum ꝛ amandum deū. Et h̄ aptitudo
cōſiſtit in ipſa natura mentis : que eſt cōis
oibus hoibus. ¶ Scd̕a eſt ſimilitudo ſiue
imago grē que conſiſtit in hoc ꝙ actu vel
habitu hō deum cognoſcit ꝛ amat : ſed tm̄
impfecte: ꝛ hec imago ſolum in hoibus iu-
ſtis repitur. ¶ Tertia eſt glorie que ꝯſide-
ratur ſm ꝙ hō actu deuꝫ cognoſcit ꝛ amat
perfecte: ꝛ hec inuenitur ſolum in beatis.
De qua ſimilitudine dicit̄.i. Jo.3. Scimus
qm̄ cum apparuerit ſimiles ei erimus : qm̄
videbimus eū ſicuti eſt. Iteꝫ.i. Cor.3. Nos
vero omnes reuelata facie gloriam dn̄i ſpe
culantes in eandem imaginem transfor ma
mur a claritate.ſ.fidei in claritatem.ſ.viſio-
nis: tanqꝫ a domini ſpiritu. ¶ Quātū vero
ad corpꝰ: ſunt due ſimilitudines: inter nos
ꝛ deuꝫ incarnatū. ¶ Prima eſt qua filius
dei ſimilis nobis factus eſt aſſumendo car
nem humanā de vtero virginali: iuxta illud
Phil.2. Qui cum in forma dei eſſet. nō ra
pinam arbitratus eſt eſſe ſe equalē deo ſed
ſemetipm̄ exina. for. ſ. accipiens. Inſi. hoiuꝫ
fac. ꝛ ha. inuen. vt homo. ¶ Scd̕a vero erit
in futura reſurrectione in qua accipiemus
corpora glorificata configurata corpori filij
dei: iuxta illud Phil.3. Saluatorem expe-
ctamus dn̄m noſtrum Jeſum xp̄m qui re-
formabit corpus hu. noſtre cōfi. cor. cla. ſue.
Item Ro.8. Quos predeſtinauit ꝛ p̄ſciuit
conformes fieri imaginis filij ſui vt ſit ipſe
primogenitus in multis fratribus ꝛc̄. Pꝫ
ergo ꝙ rōne ſimilitudinis debemus maxi-
me diligere deū ſup oēs creaturas.
¶ Tertio amor eſt vis electiua ſemꝑ enim
aīa in diligibilibus eligit ꝙ melius eſt inde
dicitur dilectio: quaſi diuerſorum electio ꝛ
dilectus: quaſi ex diuerſis electus: iuxta il-
lud Cant.5. Dilectus meus candidus ꝛ ru
bicundus electus : ex milibus. Candidus
per puritatem rubicundus per charitatem
electus ex milibus per dignitatem ꝛ nobili-
tatem. Inde eſt ꝙ diligitur magis aurum
quā palea ꝛc̄. Cum ergo deo nihil ſit nobi
lius vel melius immo ipſe ſit cauſa fons ꝛ
origo omnis boni ꝛ reſpectu ipſius nihil po
teſt dici bonum: iuxta illud Luc.18. Nemo
bonus niſi ſolus deus.ſ. per eſſentiam. Se-
quitur ꝙ nil ſit diligibilius deo: immo ꝙ ip
ſe ſit ſuper omnia diligendus Mat.22. Di-
liges dominum deum tuum ex toto corde
tuo ꝛ in tota anima tua ꝛ in tota men-
te tua ꝛc̄.
¶ Quarto amor eſt vis ſollicitatiua : iuxta
illud. Res eſt ſolliciti plena timoris amor
illud enim qd̕ diligimus ſemꝑ habere volu
mus ꝛ in ꝯtinua ſollicitudie ꝛ timore ſumꝰ
ne illo careamꝰ: cū magꝰ dolore illd̕ amitti
mꝰ. extma. n. doloris calcat amor. ꝑpea hoieſ
mūdani maxio dolore afficiunt̄ cū moriun
tur: qꝛ priuant̄ hijs que maxie amabant.
Unde ꝓ. Diues diuitias non congregat
abſqꝫ labore. Nō tꝫ abſqꝫ metu nec deſerit
abſqꝫ dolore. Sicut ꝛ ſupbi maxime dolent
in morte qꝛ priuātur honore dilecto. Sicut
luxurioſus: qꝛ priuatur voluptatibꝰ. Jō pt
glibet coꝝ dicere illud verbū Agag regis
Amalech. Siccine ſeparat amara mors.i.
Re.15. Nec ſolum actualis mors ſed etiam
cogitatio mortis: talibꝰ horribilis eſt Eccli.
41. O mors quā amara eſt memoria tua
homini iniuſto ꝛ pacem habenti in ſubſtan
tijs ſuis.c. Cōtra de iuſtis. dicitur. precioſa
in conſpectu dn̄i mors ſctōꝝ eius. Conſtat
igitur ꝙ bona tꝑalia continue habere non
poſſumus: qꝛ ois creatura vanitati ſubiecta
eſt Ro.8. Solus aūt deus eternaliter habe
ri pōt. Uñ ꝓ. Oia ꝑtereūt ꝑter amare deū
Et.i. Cor.13. Charitas nunqꝫ excidit ſiue ꝓ
phie euacuabunt̄: ſiue lingue ceſſabūt: ſiue
ſcientia deſtruetur. ergo ſolus deus eſt ſuꝑ
omnia diligēdus. ¶ Scd̕o debemus dilige
re deum ſuper oia ratione amicitie: quia ꝛ
naturaliter amicus diligit amicum. Hac rō
ne debemus ſup oia diligere deū. Quis. n.
carior amicus nobis eſt qꝫ ipſe deus q nos
tm̄ diligit. Nā alij amici diligunt nos amo
re accidentali: qui pōt eſſe ꝛ abeſſe Eccli.
6. Eſt amicus qui conuertitur ad inimici-
tiam: deus auteꝫ nunqꝫ amorem ſuum ſub
trahit a nobis: quamuis ipſum ſepius of-
fendamus. ꝙ patet ex eo: qꝛ nunqꝫ ſubtra-
hit a nobis bn̄ficia ſua: ſed ſemꝑ. ꝑatus eſt
nobis ꝑcere: ſi ad ipſum conuertamur ꝑ pe-
nitentiaꝫ: ſicut pꝫ in filio ꝓdigo Luc.15. Jō

dñs Mat.5. Diligite inimicos vestros: bene facite hijs qui oderunt vos. Et subditur vt sitis filij patris vestri q in celis est q solem suũ oriri facit sup bonos ⁊ malos: ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos. Nota hic exẽplum ꝙ ꝓposuit Barlaam regi Iosaphat de tribus amicis: quoꝝ tertius tm̃ in amore ꝑmãsit. Ideo dĩ Eccl'i.6. Amicus fidelis protectio fortis: qui inuenit illũ inuenit thesauꝝ: ⁊. I. amicus fidelis medicamentũ vite ⁊ imortalitatis. Nota medicamentum vite: ⁊ in hoc mundo p peccatoꝝ remissionẽ: quã nullus põt facere nisi solus deꝰ. Mar.2. Quis potest remittere peccata nisi solus deus: ⁊ imortalitatis. s. ⁊ in alio: qꝛ deus dat imortalitatẽ aĩe ⁊ corpori dabit post resurrectionem corpoꝝ qñ mortale hoc induet imortalitatẽ: ⁊ corruptibile hoc induet incorruptionẽ. I. Cor.15. ¶ Tertio debemꝰ diligere deũ sup oĩa. rõne attinentie. Nã ⁊ ꝯsanguineos diligimus naturali amore ⁊ qs magis attinet nobis ꝙ̃ ipse deus: qui ⁊ creauit aĩas nostras ⁊ corpora formauit: ꝓpt̃ qđ vocamus eum patrem. Ideo dixit illa sancta mulier filijs. 2. Macha.7. Nescio q̃liter in vtero meo aparuistis ⁊c̃. Vide supra sermone.6. In introitu. ¶ Quarto diligere debemus deũ sup oĩa rõne beneficentie. Nam ⁊ beneficijs prouocamur ad diligendũ benefactores nostros: qbus ⁊ naturali rõne obligamur ad antidota. i. ad retributionẽ ⁊ gratiaꝝ actionẽ. Hac rõne maxime debemus diligere deũ a quo infinita bñficia accepimꝰ. Et in gñali referã sex vz.

¶ Primũ est beneficium creationis.
¶ Scđm est bñficium prouisionis.
¶ Tertium est bñficium redemptionis.
¶ Quartũ est bñficium expectationis.
¶ Quintũ est bñficium iustificationis.
¶ Sextũ est bñficium glorificationis.

¶ Deo gratias. Amen.

¶ Quomodo põt scire aliquis se diligere deum. Sermo.9.



Pater noster. Viso supra sermone primo qbus rõnibus inducimur ad deum super oĩa diligendũ. Nunc sequitur videre an possumus ꝓ certo cognoscere ꝙ ex charitate deum diligamus. Saluteꝝ virgo ⁊c̃. Pro introductione sermonis notãdum: ꝙ tota ius nostra: ⁊ intẽtio dꝫ ad hoc ferri: vt charitatem dei habeamus. Ipsa. n. est regina ⁊ forma virtutuꝫ sine qua nulla alia vera virtus est: ⁊ nullũ opus quãtũlibet bonũ est meritoriũ: a qua omne bonũ opus ꝓcedit ⁊ meritorium est. ¶ De primo loquit̃ apl's. I. Cor.13. Si linguis hoĩum loquar ⁊ angeloꝝ charitatẽ aũt nõ habuero factus sum velut es sonans aut cymbalũ tiniens: ⁊ si habuero ꝓphetias: ⁊ nouerim mysteria oĩa ⁊ oẽm scientiã ⁊ habuero oẽm fidem: ita vt montes transferã: charitatẽ aũt nõ habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas. Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem aũt nõ habuero nihil mihi ꝓdest. Ex qua auc̃te manifeste habet̃ ꝙ neqꝫ ṽtus theologica: neqꝫ moralis: neqꝫ gratia gratis data: neqꝫ aliquod genus de opꝫ bonaꝝ valet ad meritũ sine charitate. ¶ De scđo vero habet̃ ibidẽ cum subdit̃. Charitas patiens est: benigna ẽ. Charitas nõ emulatur nõ agit ꝑperã: nõ emulatur: nõ ẽ ambitiosa: nõ querit que sua sunt: nõ irritatur nõ cogitat malũ: nõ gaudet sup iniquitatẽ: cõgaudet aũt veritati: oĩa suffert: oĩa credit: oĩa sperat: oĩa substinet. Ex qua auc̃te habet̃: ꝙ oĩs actus ṽtutũ theologicaꝝ ⁊ moraliũ iperant̃ a charitate: vt pote a fonte oĩs bone oꝑationis ⁊ omnis meriti. Et iõ maxime debemus niti vt illã habeamus ⁊ possideamꝰ: qꝛ illa habita oẽ bonũ habemus: qꝛ oĩum bonoꝝ mater est. Et vt dicit Augꝰ. 15. de trinita. loquens de charitate dicit. Nullũ est isto dono excellẽtius: solum est qđ diuidit inter filios regni eterni ⁊ filios ꝑditionis eterne. ¶ Si aũt querit̃ vtrũ pro certo possumus cognoscere ꝙ deũ ex charitate diligamus: est notãdum ꝓ intelligentia clariori huius q̃onis: ꝙ sicẽ theologici dicũt. Duplex ẽ amor quo possumus deũ diligere siue amare. Unus est amor naturalis: alter vero gratuitus. Et istoꝝ amoꝝ est triplex differẽtia. ¶ Prima est ex ꝑte cause principalis. ¶ Scđa est ex ꝑte obiecti formalis. ¶ Tertia est ex ꝑte effectꝰ finalis. ¶ Prima ergo ex ꝑte cause est ista: qꝛ amor dei naturalis ꝓcedit a na-

tura sed gratuitus pcedit a gratia dei. De claro. Naz quelibet creatura suo mō amat deum etiam plusquā seipsam: insensibilia quidem naturaliter. Bruta aīalia sensitiue. Creatura vero rōnalis: per amorem intellectualem: q dilectio dicitur: qz bonum est qꝫ oīa appetunt implicite ꝛ explicite ꝛ ipsum bonū est deus. Unumquodqꝫ .n. appetit finez suū ppter quem est: sed oīa sunt ordinata in deum: sicut in finem Prouer. 16. Uniuersa ppter semetipsm opatus est dñs. Ipse .n. deus est causa efficiens ꝛ finalis omnium. Apoc. i. Ego sum alpha ꝛ o principiū ꝛ finis. ergo naturaliter oīa appetunt deum ꝛ ꝯsiter amant ipsum. Item ad idem. Unaqueqꝫ pars naturali quodam inclinatione opatur ad dilectionem totius etiam cū periculo aut detrimento proprio: vt patet cuz aliquis exponit manum gladio ad defensionem capitis: ex quo dependet salus totius corporis. Unde naturale est: vt quelibet ps suo modo plus amet totum quā seipsam. Unde sm hanc naturalez rōnē ꝛ sm politicam virtutem bonus ciuis mortis periculo se exponit pro bono cōi. Concordat lex ciuilis que dicit: qꝫ filius qui occidit patrem aut pater filium pro pr̄ie defensione: dum sine scelere est: sed etiā premio eum afficiendum omnes constituerunt. ff. de relig. ꝛ supra. fi. l. Minime. Sic ꝛ medicus pro conseruatione totius corporis precidit mēbrum putridum: ꝛ iudex pro conseruatione reipub. condēnat malefactorem: qz expedit reipu. vt maleficia puniant. ff. ad. l. acq. Ita vulneratus ꝛ de sen. exco. Ut fame. Unde bonū quanto cōis tanto diuinius. Manifestū est aūt qꝫ deus est bonum cōe totius vniuersi ꝛ oiuz partiū eius. Et ideo naturali dilectione quelibet creatura magis diligit deum q̄ȝ seipsam. Et sic patet qꝫ ista dilectio procedit a natura. Gratuita vero dilectio procedit a gratia dei. Nam hec dilectio dicit charitas que est virtus theologica Ideo a solo deo infunditur: ideo dicitur theologica a theos: qꝫ est deꝰ. Unde Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spūm sanctū q datus est nobis. ¶ Scd̄a dr̄ia est ex pte obiecti formalis: qz obiectum formale dilectionis naturalis dei est ipse deus dilectus inquātum est principium totius esse. Sed obiectuz gratuite dilectionis: que est charitas: est deus: inquantum est obiectum beatitudinis: qz finis intentus a diligente deum: est frui deo: nō vel vt dic̄ Augꝰ in. i. de doctrina xpiana ꝛ Magister in. i. sniaꝝ. ¶ Tertia differentia est ex parte effectus finalis: qz prima dilectio naturalis nō est meritoria: qz in naturalibus neqꝫ meremur neqꝫ demeremur. sed gratuita dilectio est meritoria vite eterne Luc. x. Dignus est operarius mercede sua ꝛ Jo. 14. Quid diligit me diligetur a pr̄e meo ꝛ ego diligam eum ꝛ manifestabo ei me ipsum.

His ergo suppositis est notandum: qꝫ si queritur vtruz possimus in hac vita cognoscere vtrum deum diligamus: respōdendū est: per duplicem ꝯclusionē. Prima ꝯclusio est: qꝫ si queritur de prima dilectione naturali: tūc dicendū est: qꝫ sic per rōes supra positas: qz vt dicit scd̄a ratio vnaqueqꝫ ps naturaliter plus amat suo modo totū quā seipsam. ¶ Scd̄a cōclusio est: qꝫ loquendo de gratuita dilectione: tūc tripliciter distinguendū est: sm qꝫ tripliciter pōt aliqd sciri. vt notat Tho. i. 2. q. 112. ar. 5.

¶ Primo per reuelationem diuinalem.
¶ Scd̄o per certificationē humanalem.
¶ Tertio p presumptionē coniecturalem.

Primo modo ꝛc̄. Hoc modo pōt scire in hac vita se diligere deū ex charitate ex reuelatione diuina. Et hoc contingit qñqꝫ quāuis raro sicut patet de Habraam cui dixit deus. Nunc cognoui. i. cognoscere te feci: qꝫ timeas deum Gen. 22. Et loqt̄ de timore casto q non est sine charitate Eccli. 2. Qui timetis deum diligite illū. Itē ps. 18. Timor dñi sanctus pmanet in seculū seculi: vt ponit sctūs Tho. vbi supra. Sic pōt dici de Moyse: cui dixit dñs. Inuenisti grām coram me. ꝛ infra ostendā oē bonum tibi Exo. 33. Sic reuelauit deus Magdalene cū dixit. Dimissa sunt ei peccata multa: qm̄ dilexit multum Luc. 7. Sic ꝛ paulo cui dixit dñs. Sufficit tibi grā mea. 2. Cor. 12. Item i. Cor. 2. Nos aūt nō spūm huius mundi accepimus sed spūm qui ex deo est: vt sciamus que a deo data sūt nobis. Itē Ro. 8. Quis nos sepabit a charitate xpi tribulatio an angustia ꝛc̄. ꝛ subdit. Certus sum. n. qꝫ neqꝫ mors: neqꝫ vita: neqꝫ āgeli: neqꝫ pn

cipatus neq̧ virtutes: neq̧ instantia: neq̧ futura neq̧ for. neq̧ al. neq̧ ꝓfu. neq̧ creatura alia poterit nos separare a charitate dei que est in xp̄o iesu do. no. Sic btē virgini cui dictum est. Aue grā plena Luc. i.

¶ Scdo modo pōt aliqd sciri per humanalem certificationem. Et ſm hoc dōm ꝙ nō potest aliqs pro certo scire ꝙ deum diligat ex charitate. Et hoc ꝓbatur rōne ꝛ auctoritate. ¶ Scdo qdē ē phisica vt ꝑ phūz dicen su ꝛ sensato Ois. n. nostra cognitio ortū habet a sensu. Nulla. n. scientia: nulla ars liberalis: neq̧ mechanicha sciri pōt nisi mediāte sensu. sed nec fides habetur nisi ꝑ sensum Si q̄ratur a nobis: Creditis qd deus sit vnus ꝛ trinus. rñdebitis ita. Et vnde hoc scitis: nisi q: h audiuistis. sic de aliis articulis fidei. Dic pratice. Unde Ro. x. Ergo fides ex auditu: auditus aūt ꝑ verbum xp̄i.

¶ Modo ad ꝓpositum: amor seu charitas quā habemus ad deum nullo sensu ꝑcipi pōt. Non enim per sensum visus: q: ꝑ hūc sensum solum colorata percipimus. Charitas non est colorata: q: nec viridis nec est rubea: nec. alba ꝛc. ergo hoc modo sciri nō potest Job. 9. Si venerit ad me. s. deus per charitatem ꝛ grām non videbo illū: si abierit non intelligam. Nec per sensum auditus: q: per hunc sensum solum vocem vel sonum ꝑcipimus. Charitas aūt dei non est vox nec sonus: q̄uis instrumentū ipsius sit vox. s. predicator. Et ſm hoc dicitur Jo. 3. Spūs vbi vult spirat ꝛ vocem eius audis ꝛ nescis vnde veniat aut quo vadat.

¶ Tertio non pōt ꝑcipi per sensum gustus q: non habet saporem: nec amarū nec dulcem ꝛc. ¶ Quarto nec per sensuz adoratus q: non habet odorem. ¶ Quinto: nec per sensum tactus: q: tangi non potest: cum sit res spūalis non corporalis. ergo nullo sensu percipi ꝛ ꝯsequenter nec intelligi pōt. Fiat ergo rō formalis. Nullius rei cognitio haberi potest nisi per sensum: sed charitas dei percipi sensu non potest. ergo ꝛc. Ideo dicitur. i. Cor. 2. Que dei sunt nemo cognouit: nisi spūs dei: patet ratio. Auctoritas Eccl's. 9. Sunt iusti atq̧ sapientes ꝛ opera eoruz in manu dei: ꝛ tamen nescit homo vtrum odio vel amore dignus sit sed omnia in futurum seruantur incerta. Item Job. 9. Et si simplex fuero hoc ipm ignorat anima mea Item apl's. i. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me dñs est. Item. ps. Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me: ꝛ sic patet conclusio. Bene tamen potest homo scire pro certo: ꝙ non diligit deū ex charitate: sicut est ille qui tenet concubinam: ꝛ ille qui facit vsuras: ꝛ ille qui odit ꝓximuz suum: ꝛ ille qui vult vindicari contra proximum suum ꝛc. Et ideo condemnandus est ille tanquā periurus: qui iurat se immunez a delicto: q: iuramentum hoc temerarium est: sicut habetur in. c. si. de pur. cano. Et ex hoc habemus ꝙ qlibet homo quātūcū q̧ sanctus semper debet stare in timore ꝛ in suspitione de se ipso. nunquid. s. sit accept⁹ deo ꝛ consequutus fuerit remissionem peccatorum. Ideo Eccli. 5. De propiciatu peccatorum noli esse sine metu: ꝛ ad istū timorem inducit nos duplex ratio. Prima de pñti. Scda de futuro. De pñti quidem: quia incertū est an homo nunc habeat gratiam. De futuro vero quia nescit an saluus erit: q̄uis sciret pro certo se habere gratiā in presenti. Nam ꝛ Judas habuit gratiaz ꝛ postea damnatus est. Ideo Dauid Cōfige timore tuo carnes meas a iudiciis enim tuis timui.

¶ Tertio modo potest aliquid sciri per presumptionem coniecturalem: ꝛ hoc modo possumus scire. s. presumendo ꝙ diligamus deum ex charitate Ro. 8. Ipse enim spūs testimonium reddit spūi nostro quod scimus filii dei ꝛc. Sunt autē. 8. signa huius presumptionis: per que. s. possumus presumere verisilr nos deū diligere.

¶ Primo ab intellectu: a quo sunt cogitationes.

¶ Scdo a memoria: a q̄ sūt recordatiōes.

¶ Tertio a volūtate: a qua sunt opatōes.

¶ Quarto a concupiscibili: a qua sunt delectationes.

¶ Quinto ab irascibili: a qua sunt tollerationes.

¶ Sexto ab auditu: a q̄ sunt auditiones.

¶ Septimo a ligua: a qua sunt locutiōes.

¶ Octauo a manu: a qua sūt largitiones.

¶ Primū signum est ab intellectu ꝛc. naz semper hō plus cogitat de eis quos plus amat Mat. 6. Ubi est thesauru s tuus ib

est ⁊ cor tuum. Unde si homo exponit libēter intellectum suum ad cogitandū de deo plusquā de alijs rebus ⁊ intelligendū deū signum est ꝙ diligit deum. Verbi gratia. Si delectatur homo plus legere ⁊ intelligere libros sanctos qui de deo loquūtur: sicut est biblia ⁊ libri doctoꝝ catholicorum: sicut est Aug⁹ de ciui. dei: moralia Greg⁹. Ep̄le Hieronymi: ⁊ alij libri santi: signum est ꝙ diligit deū ex charitate. Si vero homo non sit capax intelligendi hos libros: si sepe cogitat de deo: signum est diuini amoris. Unde sequitur illud Jo. 2. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi. Dicit glo. Non dicit quē: quia h̄ in aīa solet agere vis amoris: vt quē semꝑ cogitat nullum aliū ignorare credat. Econtra: de illo qui delectatur studere in libris paganoꝝ ⁊ poetaꝝ: signū est ꝙ non diligit deū: sed potius seruiat diabolo. Unde Isidorus in lib. sniaꝝ: ⁊ in decretis. 37. di. Ideo prohibetur xp̄ianis legere figmenta poetaꝝ: q2 per oblectationem fabulaꝝ nimium mentem excitāt ad incentiua libidinum. Non enim solum thura offerendo demonibus imolatur. sed etiā eorum dicta libentius capiendo. Hec ille. Iō videmus vt plurimū tales malos esse christianos: nec mirum: quia huiusmodi homines fiunt tales quales libri quos legunt. Nam sicut hij qui student in libris legistarum per aliquod tempus fiunt legiste: sicut qui student in libris medicorum fiunt medici: sic phorum philosophi: sic theologorū theologi. Sic ergo ⁊ qui student in libris paganorum de vanitate tractantium fiunt pagani: quia ex continuis actibus generatur habitus. ¶ Secūm signum est a memoria a qua sunt recordationes: quia semper homo recordatur illius rei quam diligit: ⁊ quanto magis eam diligit tanto sepius recordatur cum delectatione: sicut Dauid ps. Memor fui dei ⁊ delectatus sum ⁊c̄. Sic Thobias docebat filium suum dicēs. Omnibus diebus vite tue semper habeto in mente deū Tho. 4. Sic inuitat nos christus dicens anime. Recordare paupertatis mee ⁊ transgressionis ⁊ absinthij: ⁊ fellis: ⁊ respondet anima diligens deum. Memoria memor ero. ⁊ tabescet in me anima mea. Trenoꝝ. 3. Sed hodie conqueri potest de⁹ aduersus nos. d. Obliuioni datus sū tanquā mortuus a corde. Sed ve illis qui obliuiscuntur dei: nam contingit eis illud qđ dicit Aug⁹. Hoc inquit iuditio plectitur peccator: vt sicut dum viueret oblitus est dei: ita dum moritur obliuiscatur sui. Hic pratice: quando tales veniunt ad mortem amentes: frenetici: vel obdurati: ⁊ obcecati ita vt nihil curent de anima sua: sicut nec de. 3. pede quandoqꝫ ⁊ desperant se ⁊ sic moriuntur. Nota de illo mercatore qui dum esset infirmus ⁊ solicitaretur ab amicis ⁊ consanguineis vt confiteretur ⁊ conderet testamentum: cum diu restitisset tandem dixit testamentum meum est: ꝙ bona mea relinquo Pape ⁊ animam diabolo ⁊ sic defunctus est. Et sic seruatur in talibus regula theologie: que habet. Per que quis peccat per hec ⁊ torquetur. Sap̄. xi. Et regula iuris ciuilis que habet. Quod quisqꝫ iuris in alium statuit ipse eodem iure vtatur c. Cum omnes de constitutio.

¶ Tertium signum est: a voluntate: a qua sunt operationes. Nam quando quis inuenit se promptam habere voluntatem ad obediendum diuinis mandatis. Hoc manifestum est signum diuini amoris: iuxta illud Jo. 14. Siquis diligit me sermonē meū seruabit: ⁊ ibidem qui habet mādata mea ⁊ seruat ea ille est qui diligit me. Unde est ꝙ phus dicit ꝙ signū generati habitus est prompte ⁊ delectabiliter operari. De hijs tribus dicitur Mat. 22. Diliges dn̄m deū tuum ex toto corde tuo. i. intellectu: ⁊ ex tota aīa tua. i. volūtate: ⁊ in tota mēte tua. i. memoria.

¶ Quartum signum est a concupiscibili a qua sunt delectationes sensitiue quasi reprimere quis conatur vt preseruet se a futuris delectationibus ⁊ de peccatis commissis dolet: signum est diuini amoris. ps. Cor contritum ⁊ humiliatum deus non despicies. Item. 2. Cor. 7. Que s̄m deum tristitia est penitentiam ⁊ salutem stabilem operatur. Exemplum in Magdalena que ex tristitia peccatorum suorum acquisiuit magnum culmen amoris diuini: de qua cantat ecclesia. Post fluxe carnis scandala fit ex lebete fiala in vas translata glorie de vase contumelie.

¶ Quīntū signum ab irascibili: a qua sunt tollerationes. s. passionum ⁊ aduersitatū: qꝛ si homo libenter patitur aduersa pro deo signū diuini amoris est: qui probatur tribulatione sicut aur in fornace. Vñ de diligentibus deum dicit Sap. 3. Tanq̄ aurū in fornace probauit illos. s. deus ⁊ quasi holocausti hostiam accepit illos. Vñ ⁊ exemplum habemus a dño qui dixit petro. Calicem quē dedit mihi pater meus nō vis vt bibam illū. Jo. 18. Unde si in tribulatione qs positus deficit ꝑ ipatientiā vel desperationē: signum est ꝙ nō amat deum. Nam vt ait Greg. in ꝑmo moral. pena quippe interrogat si quis veraciter amat. Si aūt fortiter siue patienter sustinet: signū est amoris. Cant. vltimo. Aque multe nō potuerūt extinguere charitatē nec flumina obruere illā. Itē Ro. 8. Quis nos separabit a charitate christi ⁊c. Exēplum in euāgelio hodierno de tentatione dñi ⁊c.

¶ Sextū signum est ab auditu: qꝛ si libēter quis audit de deo: signū est charitatis: alr̄ secus Jo. 8. Qui ex deo est verba dei audit. ꝓpterea vos nō auditis: qꝛ ex deo nō estis. Nota ꝯtra illos qui non veniunt ad audiendū sermones: ⁊ libentius ad theatrum q̄ ad ecclesiā vadūt. Ecōtra de magdalena di ꝙ stabat secus pedes dñi ⁊ audiebat verbum illius Luc. 10.

¶ Septimū signum est a lingua: qꝛ libēter homo loquitur de re que diligit ⁊c. Ideo Mat. 12. Bonus homo de bono thesauro ꝓfert bona: ⁊ malus homo de malo thesauro profert mala. Nota cōtra mulieres que dimissis locutionibus de diuinis inserunt se locutionibus ⁊ verbis ociosis: ⁊ de vanitatibus mundi ⁊ qḋ deterius est detrahūt alijs ad instanr filioꝝ israel. Qui nauseantes māna desiderabant alea ⁊ cepas egypti. Numeri. xi.

¶ Octauū signū est a manu a qua sunt largitiones. Vñ si homo libenter dat elemosynas pauperibus ꝓpter deū: signū manifestū est diuini amoris. Cantico. vlt. Si dederit homo oēm substātiam domus sue ꝓ dilectione: quasi nihil despiciet eam. Econtra vero dicitur de auaris. i. Jo. 3. Qui habuerit substantiam mundi huius ⁊ viderit fratrem suum necessitatem habere: ⁊ clauserit viscera sua ab eo quomodo charitas dei manet in illo. Finis.

¶ Quare deus sit adorandus ⁊ honorandus. Sermo. 10.



Pater noster. Supradictum est ꝙ deus amandus est ꝙ pater noster est: ⁊ qꝛ est pater etiā honorandus est. Ideo seqtur predicare de dei honoratione siue adoratione quā multi etiā christiani nō exhibent ipsi deo sicut debent. Et ideo ipse conqueritur dicens ꝑ Malachiā ꝓpham. Filius honorat patrem ⁊ seruus dñm suū. Si ergo pater ego sum: vbi est honor meus: ⁊ si dñs ego sum vbi est timor meus: dicit dominus exercituum. Malachie. i. Salutetur virgo ⁊c. Circa hanc materiā tres ꝯsiderationes occurrunt faciende.

¶ Prima quare deus sit adorandus.
¶ Scḋa vtrū solus deus sit adorandus.
¶ Tertia qualiter seu quō sit adorandus.

Circa primū notandū: qḋ deus multiplici rōne est adorandus ⁊ honorādus: ⁊ q̄uis nō valeat intellectus noster considerare oēs rōnes quibus deus sit adorandus cum sint infinite: tñ pro modulo paucitatis nostre. Adducemus sex rationes ꝓm ꝙ sex sunt cause propter quas debetur alicui homini reuerentia ⁊ honor.

¶ Primo est ꝓpter potentiā excellentem.
¶ Scḋo ꝓpter scientiam eminentem.
¶ Tertio ꝓpter sanctitatē informantem.
¶ Quarto ꝓpter dignitatem ꝓfulgentē.
¶ Quinto ꝓpter dignitatē sublimantem.
¶ Sexto ꝓpter vtilitatē ꝓuenientem.

Prima ergo causa qua honor seu reuerentia est alicui exhibēda: est ꝓpter potentiam excellentē. Hac de causa nos nō solū impatores ⁊ reges sed etiā officiales honoramus: ꝓpter hoc petrus apl's precepit honorari reges: dicēs. Deum timere regem honorificate. i. Pe. 2. Et apl's precipit seruitoribus vt dños suos honorent. d. Quicūq̄ sunt sub iugo ꝯui dños suos omni honore dignos arbitrent. i. Thi. 6. Nota omni honore: supple licito ⁊ honesto: vt dicetur infra primo sermone. Item omni honore. s. cordis nō despiciendo: oris ⁊ reuerenter lo

quēdo: ⁊ opis humiliter seruiēdo. ¶ Hac
ergo rōne deus summe honorandus est: q̄r
eius potentia nullis limitibus angustatur
sed infinita est: sicut pꝫ in opere creationis:
per q̄d de nihilo oīa produxit in quo tam
magna potestas ostendit: ꝙ phi antiqui
illam nō intellexerunt. ps. Ipse dixit ⁊ fa-
cta sunt: ⁊ ꝓpter hoc dī oīpotēs: a quo oīs
alia potestas spūalis ⁊ tp̄alis ꝓcedit: tanq̄
a fonte infinito oīs potētie. Quid .n. sunt i-
peratores reges ⁊ mūdi principes: nisi offi
ciales dei: Auctas. Oīs aīa potestatibus
sublimioribus subdita sit. Nō est .n. ptās ni
si a deo: que aūt a deo subordinata sunt:
itaq̄ qui resistit ptāti dei ordinationi resi-
stit. Ro. 13. ⁊ xi. q. 3. Qui resistit. Nota nō ē
ptās nisi a deo. Glo. Aug⁹. s. iubente vel si-
nente. 23. q. i. Quid culpat. 8. q. i. Audaciter
Iubente siquidē deo est ptās iusta: sinente
vero tirānica. Vn̄ ait dn̄s pilato. Nō ha-
beres potestatē vllā in me: nisi tibi data es
set desup. Io. 19. Et nota ꝙ ex diuina ptāte
quasi ex fonte quodā ꝓuenit duplex ptās
in nobis. s. spūalis ⁊ tp̄alis. Et p̄ma ē me-
lior quā scd̄a: vt habet in .c. Solite. de ma.
⁊ obe. Et vtraq̄ fuit in xp̄o. Est ergo deus
oīpotens. Ideo Hest. 13. Dn̄e deus oīpo-
tens in ditiōe tua cūcta sunt posita: ⁊ nō
est qui possit tue resistere voluntati: tu feci-
sti celū ⁊ terrā: ⁊ q̄cq̄d celi ambitu ꝯtinet:
dn̄s vniuersoꝝ tu es. Nota cūcta: nō sic di-
uinis tp̄alibus: dic regi ꝙ faciat flare ven-
tos: pluere: mare quiescere: ⁊ terram germi-
nare: ignē frigescere ⁊c̄. ideo cantat ecclesia.
Tua est potētia tuum regnū dn̄e ⁊c̄. Hac
rōne debemus q̄n adoramus dn̄m flectere
vtraq̄ genua ⁊c̄. ¶ Scd̄a cā qua honor est
alicui exhibēdus: est scīa eminens. Hac ra
tione ꝑcipit deus honorari semel Leui. 19.
Corā cano capite ꝯsurge ⁊ honora ꝑsonā
senis. Rōnē huius assignat Iob: dicēs. In
antiquis est sapientia: ⁊ in multo tp̄e pru-
dentia. Iob. 12. Hac rōne summe honorā-
dus ⁊ adorandus est deus: q̄ est fons oīs
scīe ⁊ sapientie. Eccl'i. i. Fons sapie verbū
dei in excelsis. vn̄ scīa nostra respectu sapie
⁊ sciētie dei stultitiā est. i. Cor. 3. Sapīa hu
ius mūdi stultitia ē apud deum. Sicut .n.
noctua credit hr̄e bonos oculos: sꝫ nos re-
putamus ipsam cecam: sic ⁊ nos apud deū

q̄r vt ait phs. 2. Metha. Sicut se hꝫ oculus
noctue ac solem sic itellectus noster ad ma
nifestissima nature. Ideo Socrates sapien
tissimus phoꝝ: qui vt ait Valeri⁹ erat hu
mane sapie quasi quodā terrestre oraculū:
interrogatus de sua scīa: r̄ndit. Vnū scio ꝙ
nescio. Et de phis qui reputabant se scire
multa: dicit apl's. Dicentes .n. se esse sapien
tes stulti facti sunt. Ro. i. Diuina aūt sapi-
entia est infinita: oīa sciens oīa ꝓspiciens:
q̄r oīa nuda sunt ⁊ aperta ante oculos ei⁹.
Hebr. 4. ps. Mirabilis facta est scīa tua ex
me. ꝯfor. est ⁊ no. po. ad eam moral'r. Nota
q̄n aliq̄d occulte facis debes cogitare ꝙ
deus te videt. Nota exēplum de illo sancto
patre: qui hoc respectu ꝯuertit quādā me-
retricē ⁊c̄. legitur in vitis patrū. Unde ꝟ.
Cū q̄d turpe facis q̄d me spectante rube-
res. Cur spectāte deo nō magis ipse rubes.
¶ Tertio debet honor alicui ꝓpter sancti
tatē informantē. Sanctis enim debet ho-
nor: multo rōnabilior q̄ aliis predictis. Ho
nor .n. est reuerentia exhibita in testimoniū
virtutis vt dicit phs. Hac ratione sūme
debemus deum honorare: qui est sc̄titas
aqua oīs sc̄titas ꝓcedit. Vn̄ Isa. 40. Om
nes gentes quasi stilla sc̄itule reputate sūt
s. in ꝯspectu dei: sicut enim scitula descēdit
in puteū ad hauriēdū aquā ⁊ ascendit stil
lando: sic xp̄s descendit in puteum vteri
virginalis: ⁊ in scitula humanitatis hausit
aquā sc̄titatis ⁊ de ea stillant gutte sancti-
tatis in hoīes. Vn̄ ⁊ quare petrus ⁊ pau-
lus ⁊ alij sancti fuerunt sc̄ti: q̄r vna gutta il
lius scitule stillauit in eos. Vn̄ Io. i. De ple
nitudine eius oēs accepimus. Ipse ꝟo xp̄s
sine mensura habuit aquā sc̄titatis. Io. 3.
Nō .n. dat deus spm̄ ad mēsuram. s. xp̄o: sꝫ
aliis ad mēsuram dat deus spm̄: iuxta illd̄
Ro. 12. Vnicuiq̄ deus diuisit mēsuram fi-
dei ⁊c̄. Si ergo vni sancto debet honor: ꝓ-
pter vnā guttam sanctitatis: quāto magis
ipsi deo qui est fons oīs sanctitatis: respe-
ctu etiā cuius nullus vere dī sanctus neq̄
bonus. Vn̄ legitur Mat. 19. Et Luc. 18. ꝙ
cum q̄dam doctor diceret xp̄o. Magister bone
q̄d faciens vitā eternā possidebo? R̄ndit
xp̄s. Quid me dicis bonū: cum nemo bon⁹
sit nisi solus deus: dices tu: ⁊ xp̄s nōne erat
deus. Dicēdū ꝙ ille doctor credebat xp̄m

esse bonū hoīem ⁊ sanctū: sed non deum.
Ideo xp̄s innuens: q̄ nullus est pfecte bo
nus ⁊ pfecte sanctus dixit. Nemo .bonus
.s. simpliciter ⁊ essentialiter: nisi solus deus:
nam omnes sancti sunt boni participatiue
Jo.i. Pe.4. In omnibus honorificetur
deus per iesum christum dominum nostrū
cui est gloria ⁊ imperium in secula seculorū
amen.
¶ Quarto debetur honor alicui ꝑpter di
gnitatem presulgentē sicut pape ⁊ alijs p̄e
latis ecclesie debetur honor hac ratōe quā
uis sint mali. Unde ⁊ dominus honorauit
sacerdotes mittens ad eos .leprosos Mat.
8. ⁊ Luc.17. Quāuis sciret illos esse sacrile
gos. vt not. Ciprianus.95.di. Dominus no
ster. Sic ⁊ Constantinus imperator legitur
dixisse. Si proprijs oculis vidissem sacerdo
tem dei aut aliquem eorum qui monastico
habitu amicti sunt peccantem clamidem
meam explicarem ⁊ cooperirem eum: ne ab
aliquo videretur: sicut legitur.95.di. In scri
pturis. Ad idem facit q̄ legitur.xi.q.3. Sa
cerdotibus. Dic hystoriam que ibi legitur.
Hac rōne sūme debemus honorare ⁊ ado
rare deū a quo ꝓcedit ois dignitas: ⁊ cui⁹
sunt ministri ⁊ dispēsatores omnes illi qui
in dignitate sunt positi.i. Cor.4. Sic nos
existimet homo vt ministros christi ⁊ dispē
satores misteriorū dei ⁊c. ¶ Quinto debe
tur honor alicui propter nobilitatem subli
mantē: sicut filiis regum: ⁊ aliis nobilibus.
Hac ratione maxime debetur honor ipsi
deo: sicut dixit Agatha Quintiano. Sūma
ingenuitas est qua christi seruitus compro
batur: propter quod ⁊ ecclesia dicit Deus
quem nosce viuere: cui seruire regnare est.
Si ergo ex seruitio dei magna datur nobili
tas homini: quanta: ⁊ quam infinita est no
bilitas in ipso deo? Nota moraliter q̄ nobi
liores homines mundi sunt serui dei: quia
virtus est que facit nobiles. vn̄ poeta Ovi
dius lib.i. de ponto.
Non hoīes census nec clarū nomen auoꝝ.
Sed ꝓbitas claros ingenuosq̄ʒ facit.
Ratio est: q̄r nobilitas dicitur a notione.
Nihil autem facit homines notiores ⁊ ma
nifestiores q̄ʒ virtus. ps. In memoria eter
na erit iustus ⁊c̄. Item supra.4. O quam
pulchra est⁹ casta generatio cum claritate.
immortalis est enim memoria illius: quia:
apud deum nota est. ⁊ apud hoīes. Exem
plum de sanctis qui sunt in maiori notitia
⁊ gloria q̄ʒ omnes imperatores mundi ⁊
pape: quamuis illi sancti fuerint in hac vi
ta humilime conuersationis: sicut patet de
apostolis qui fuerunt piscatores ⁊ de alijs
quam plurimis ⁊c. ¶ Sexto debetur ho
nor alicui propter vtilitatem prouenientē.
Ista ratione fit honor medicis: quia sunt
vtiles ⁊ necessarij Ecclesiastici.38. Honora
medicum propter necessitatem creauit ⁊c.
Ista etiam ratione precipit deus vt filij ho
norent parentes. propter vtilitatem quam
ab eis habuerunt ⁊ expectant hēre Ephe.
6. Honora patrem tuum ⁊ matreʒ tuā q̄d
est mandatum primum in promissione ut
bene sit tibi ⁊ sic longeuus sup terram. Hac
ratione summe debemus honorare ⁊ ado
rare deū: quia ab ipso vtilitates maximas
habemus: quia quicquid scimus: quicquid
erimus quicquid habemus ab ipso habe
mus. In ipso enim viuimus: mouemur: ⁊
sumus Act.17. Ideo apostolus. Quid ha
bes q̄ non accepisti. Si autem accepisti
quid gloriaris quasi non acceperis.i. Cor.
4. Et si per vnum instans deus moueret a
nobis manum suam omnes in nihilum re
digeremur ergo venite adoremus ⁊ ꝓcida
mus ante deum ploremus coram domino
qui fecit nos: quia ipse est dominus deus
noster: nos autem populus eius ⁊ oues pa
scue eius. ps.94. Deo gratias. Amen.

¶ Utrum solus deus sit adorandus.
Sermo.xi.



Ater noster.
Dicto supra sermone pro
ximo quare deus sit ado
randus. Nunc sequitur vi
dere vtrum solus deus sit
adorandus. Salutetur virgo gloriosa ⁊c.
Pro introductione materie querunt do
ctores theologi vtrum solus deus sit ado
randus: ⁊ videtur q̄ sic. Deutero.6. ⁊ Mat.
4. Dominū deum tuum adorabis ⁊ illi soli
seruies. Econtra quia omnes sanctos ado
ramus. item. ps.98. Exaltate dominū deū
nostrum ⁊ adorate scabellum pedum eius

quoniam sanctum est. Per scabellum intelligitur caro christi que est creatura vt dicit gl. Ergo non solum deus sed etiam creatura aliqua est adoranda. Ad idem facit de conse. di.3. Prolatũ ⁊c. Venerabiles. vbi sic dicitur venerabiles imagines christiani non deos appellant nec seruiũt eis vt diis: nec spem salutis ponunt in eis: nec ab eis expectant futurum iudicium sed ad memoriam ⁊ recordationem primitiuorum venerantur eas ⁊ adorant: sed non seruiunt eis cultu diuino nec alicui creature ⁊ habetur hoc. ex sexta synodo. Ad idem facit ꝙ legitur de Abraam gen.18. Tres vidit ⁊ vnum adorauit: cum illi tres essent angeli: vt dicũt doctores. Pro huius ergo materie declaratione notandum. ꝙ a doctoribus Theologis ponitur triplex differentia adorationis siue reuerentie

𝔈 Prima est adoratio latrie.
𝔈 Secunda est adoratio dulie.
𝔈 Tertia est adoratio yperdulie.

Debita deo singulariter.
Debita sanctis generaliter.
Debita gloriose virgini reuerenter.

𝔈 Prima ergo adoratio vocatur latria. que est quedã obsequium ⁊ seruitium debitum deo ratione creationis. Et nominatur hec reuerentia seu obsequium quatuor modis. vt ponit Tho.3. sententiarum di.9.q.i. ar.i. Quandoqꝫ enim dicitur latria.i. seruitus quantum ad opera que exhibentur in recognitione dominij quod deo competit ex iure creationis. Secundo dicitur pietas quantum ad effectum deuotionis. Tertio dicitur Theosebia.i. diuinus cultus. vel Eusebia.i. bonus cultus quantum ad intẽtionem attentam. Quarto dicitur religio quantum ad determinationem operum ad que homo se obligat ad cultum dei. His ergo omnibus nominibus vna ⁊ eadã virtus nominatur secundum diuersa que ad ipsam concurrunt. Et predicta summitur ex dictis Au gusti. in.10. de ciuita. dei.c.i. Est autem virtus ista non theologa: quia non habet deum pro obiecto sed aliquid aliud, scilicet obsequium exhibitum. sed habet deum pro fine: est ergo virtus cardinalis ⁊ reducitur ad iustitiam: non quasi species ad genus: sed quasi virtus annexa ad principale in qua participat modum eius secundum Tho. ibi. Igitur loquẽdo de hac adoratione dicitur ꝙ solus deus est adorandus vt in auctoritate supra allegata. Deutero.6. Et ea que ad ipsum spectant que sunt sex.

𝔈 Primo ergo debet adoratio latrie ipsi deo quem adoramus tanquam creatorem Deutero.6. ⁊ Mat.4. Dominum deum tuũ adorabis ⁊ illi soli seruies: nec aliqua creatura est adorãda hoc modo. Unde potius deberet hõ subire mortẽ ꝙ adorare latria aliquam creaturam. Ideo tres pueri proiecti fuerunt in fornatem ignis Dany.3. Paulus etiam ⁊ Barnabas refutauerunt honores diuinos sibi oblatos: vt legitur act.14. Sic ⁊ angelus refutauit adorationem Joannis apo. vltimo. Et quãuis Joannes nollet adorare angelum. adoratione latrie vtputa: quia sciebat hanc non deberi nisi deo soli: sed dulie: tamen fuit prohibitus ab angelo multiplici ratione: sed vna earum est ad euitandum speciem ydolatrie vt notat Tho. in.3. sententiarum di.41. ar.2.q.6. Ad primum. vnde subditur Deum adora. Sic ⁊ angelus manue dixit. Si vis holocaustũ facere: offer illud domino. Judicũ.13. ⁊ Mardocheus noluit adorare. Amã timens ne honorem dei transferret ad hominem. ut dicitur Hest.13. Unde exo.22. dicit qui immolat diis occidetur preter domino soli.

𝔈 Secundo christus adorandus est latria quantum ad diuinitatem: quãtum ad humanitatem vero distinguitur: quia aut consideratur humanitas prout intelligit vnita verbo dei: ⁊ sic etiam debetur sibi latria. Nam quando adoratur persona adorantur ea que sunt vnita psone. Adorare ergo carnez christi prout est vnita verbo. nihil aliud est ꝙ adorare regem vestitum. ꝯm Tho. parte.3.q.25. ar.2. Aut consideratur humanitas christi prout est separata a verbo. ⁊ tunc debetur ei dulia ꝯm Tho. in.3. sententiarum.q. vbi supra. ⁊ sic debet intelligi glo. super istud. Adarate scabellum pedũ eius: que dicit ꝙ caro christi non est adoranda illa adoratione latrie que soli deo debetur: nec est inconueniens dicere ꝙ vna ⁊ eadem persona christi adoratur adoratione latrie propter suam diuinitatem: ⁊ adoratione dulie propter perfectionem

humanitatis: quia ⁊ ipsi deo patri debetur honoꝛ latrie ꝓpter diuinitatē: ⁊ honoꝛ dulie propter dominiū quo creaturas gubernat. Unde super illud Dñe deus meus in te speraui: dicit Glo. Dñe diuꝫ cui ꝑꝑ creationē debetᷓ latria ſm Tho. vbi supra.

¶ Tertio debetᷓ honoꝛ latrie imagini xp̄i inquantū imago: qꝛ imago inquātū hmōi dicit imaginatū. Unde dicit Basilius ꝙ honoꝛ imaginis: id ꝓthothypū refertur .i. ad exēplar siue imaginatum: sed xp̄us est adorandus latria vt dictum est. ergo ⁊ imago eius. Et Aug. in .3. de doctrina xp̄iana ait: qui aūt opatur aut veneratur vtile signuꝫ diuinitus institutū cuius. vꝫ. significationē intelligit: non hoc veneratur qḋ videtur ⁊ transit: sed illud potius quo talia cuncta referenda sunt. Si aūt consideretur imago xp̄i ⁊ alioꝝ sctōꝝ inquantū est res quedaꝫ Puta lignū sculpitū vel pictū: tūc nulla reuerentia ei debetur: alioqn esset idolatria. Quia ergo circa adorationē imaginū fuit olim q̄dam opinio heretica dicens: qḋ non sint imagines sanctoꝝ adorande: ⁊ fortasse in mentibus plurimoꝝ hodie pullulat. Iudei etiā contra nos opponunt dicētes nos idolatrie: imagines adorando: id circo rñdebo ad aliqua motiua in ꝯtrium faciētis.

¶ Primo contra illud ꝙ dictū est ꝙ imagini xp̄i sit latria exhibenda inquantum est imago. opponitur: qꝛ ſm hoc videtur hoies ⁊ angeli sint adoratione latrie adorādi: qꝛ sunt ad imaginē ⁊ similitudineꝫ dei Gen. i. Et stat ratio sic. Imago impressa diuinitus nobilioꝛ est q̄ꝫ que facta est humanitus: sed imagines dei quas fecit homo adorantur latria. Ergo multo fortius angeli ⁊ hoies presertim sancti in qbus deus imaginem suam expressit ⁊ reformauit propter ꝙ dñr dñ̄ .ps. Ego dixi dñ̄ estis Sed rñdeo ſm Tho. in .3. sniaꝝ di. 9. q. i. ar. 2. q. 5. ad scḋm. scḋm ꝙ hoies sunt imagines dei per participationem sue beatitudinis facientis expressam similitudinē: ⁊ hoc dat rei bonitateꝫ in se rōne cuius est res ipsa ſm se honoranda. Sed imagines picte nō sunt imagines per similitudinem in natura: sed ꝑ institutionem ad significandū. Unde ex hoc nō acqritur ei nisi honoꝛ relatus ad alteꝝ.

¶ Scḋo non obstat quod obiciunt contra nos iudei dicentes nos idolatrare adorando imagines: sicut ⁊ pagani: aut qui adorāt simulacra: sed hoc nō obstat: qa idolatrare esset si crederemus in ipsis imaginibus aliquod nūmen esse ⁊ ipsas inquantum sunt res quedam adoraremus. sicut antiquitus idolatre credebāt in ipsis imaginibus esse aliquod numē ꝙ ex vi stellaꝝ in ipsis imaginibus acquireretur sub quibus fiebant imagines sicut Hermes dixit ꝙ datū erat hoibus facere deos: sicut refert Aug. in .8. de ciui. dei. c. 24. Unde duplici rōne erat idolatria. Primo qꝛ adorabant imagines ipsas vt res quasdam credentes in eis aliquid diuinitatis esse propter responsa que demones in eis dabant: ⁊ alios mirabiles hmōi effectus. ¶ Scḋo ꝓpter res quaruꝫ erant imagines. Statuebant eni imagines in aliqbus creaturis: puta hoium vel quadrupedum: vel serpentum: nos aūt adoramus adoratione latrie imaginem illius q est verus deus nō ꝓpter ipsam imaginem sed propter eum cuius est imago: ſm Tho. pte. 3. q. 25. ar. 3. ad scḋm. ⁊ in .3. snia. di. 9. q. i. ar. 2. ad scḋm. Nec credimus in ipsis imaginibus numen aliqḋ esse sicut illi credebant. ¶ Tertio non obstat ꝙ precipit deus in veteri testamento Exo. 20. dicens. Nō facies tibi sculptile neqꝫ oēm similitudinē ⁊c. Quia rñ. ꝙ tūc deus ꝓhibebat fieri imagines duplici ratione. ¶ Primo quia deus nondum erat incarnatus: sed incorporeus ⁊ ideo nulla poterat ei imago fieri iuxta illud Isa. 4. Cui similem fecistis deum aut quā imaginem ponetis ei. Nunqd sculptile conflabit faber: aut artifex auro figurabit illud ⁊c. Postq̄ꝫ autem deus factus est homo potuit habere imaginē: ⁊ in illa adorari sicut ⁊ ipse deus qꝛ idem motus est in imaginem ⁊ in rem imaginatam. ¶ Scḋa ratio quare deus prohibuit tūc imagines: fuit propter vitandam adorationem imaginum quas gentiles faciebant in veneratione deoꝝ suoꝝ .i. demonuꝫ quibus nulla debetur reuerentia ⁊ ideo premittitur. Nō habebis deos alienos coram me: ⁊ presertim quia iudei valde proni erant ad idolatriā vt patet in vitulo aureo quem viuente adhuc Moyse adorauerunt: alioquin non erant prohibite imagines. Nam ⁊ in te

bernaculo Moysi erant cherubin. sicut pȝ
Exo.25. Et etiā in deserto fecit deus fieri
serpentē eneum Numeri.21. Sed postꝗ fi-
lij israel ceperunt adorare illum serpentem
⁊ adolere ei incensum fuit confractus ab
Ezechia rege iuda. Sicut legitur.4.R.18.
Prohibebatur ergo per illud preceptum
adoratio latrie imaginibus creaturarum.
Item adoratio dulie ad reuerentiā demo
num. Nos aūt neutrum hoꝝ facimus: q̄r
nec imaginibus demonū facimus reueren
tiam: nec imaginibus creaturaꝝ exhibem⁹
latriam: sed imagini christi: alioꝝ vero san-
ctoꝝ imaginibus duliam: ⁊ sic non obstat.
Nam nec in veteri testamēto ꝓhibebatur
adoratio dulie fieri creaturis aliquibus ex
cellentibus que erant digne reuerentia: si-
cut pȝ de Habraā qui vidit tres viros ⁊
vnū adorauit. Gen.18. Sic ⁊ Nathā ꝓpha
adorauit Dauid pronus in terram.3.R.1.
Sic ⁊ Josue adorauit angelū sibi appa-
rentē in forma viri euaginatum gladiū te-
nentis. Josue.5. Itē ps.98. Exaltate dn̄m
deum nostrum ⁊ adorate scabellū eius qm̄
sanctum est. Per scabellum ad litterā: ibi
intelligitur archa testamēti que erat sub ꝓ
pitiatorio: ita q̄ propitiatoriū erat quasi se-
dile dei ⁊ archa tanꝗ scabellum illius se-
dis: s̄m q̄ ibi dicit Nicolaus delira: ⁊ tan-
git plenius Exo.25. Sic ergo pȝ q̄d non in
telligitur ꝓhibita in primo precepto deca-
logi adoratio dulie creaturis excellentib⁹
exhibenda: nec etiā adoratio latrie imagi-
nis dei postꝗ deus est incarnatus: ⁊ sic pȝ
respōsio ad hanc obiectionem. ¶ Quarto
nō obstat siqs diceret q̄ nō legitur ap̄los
adorasse imagines: q̄r R° s̄m Tho. in.3. sen
tētiaꝝ di.9. q̄ multa ap̄li tradiderunt q̄ nō
sunt scripta in canone: inter que vnum est
de vsu imaginū. Vn̄ ⁊ Damascenus dicit
q̄ Lucas depinxit imaginē christi ⁊ beate
virginis. Et xp̄s etiā suā imaginē Abaga
ro regi direxit vt dr̄ in ecclesiastica historia:
vbi narrat Eusebius cesariēsis q̄ cū Aba-
garus rex misisset pictorem ꝓ depingenda
imagine christi ⁊ ille depingere nō valeret
ꝓpter coruscationē vultus eius christus
pānum sue faciei supponens imaginē suā
illi inpinxit. Item legitur in cronica marti-
niana tp̄e Greg. pape tertij. q̄ Greg. ꝯdēna
uit Leonem imperatorem vt hereticum: eo
q̄ deponi iusserat imaginē christi ⁊ sancto
rū: ⁊ q̄r incorrigibilis erat: Romam Italiā
⁊ Hyspaniam totā ab eius iure discedere
fecit: ⁊ vectigalia interdixit: synodūq̄ pene
mille ep̄oꝝ rome celebrando venerationem
sanctaꝝ imaginum ꝯfirmauit: atq̄ violato
res generali sn̄ia anathematizat. h̄ ibi. h̄ ēt
statuit ecclesia: vt habet̄ de con. di.3. Per
latum ⁊ c. Venerabiles. sicut scripsi supra
in principio huius sermonis. Fuit aūt tri-
plex ratio institutionis imaginū in ecclesia
s̄m Tho. vbi supra. Primo ad instructionē
rudiū: qui eis quasi qbusdā libris edocerē-
tur. Vn̄ Greg. dicit scribens Sereno ep̄o
masiliensi: ⁊ habet̄ in dicto cap̄lo Perlatū:
q̄ legentibus scriptura hoc ydiotis prestat
pictura cernentibus: q̄r in ipsa ignorantes
vident quod sequi debeant: in ipsa legunt
qui l̄ras nesciunt. ¶ Sc̄da ratio: vt incarna
tionis mysteriū ⁊ sanctoꝝ exempla magis
in memoria essent nostra: dū quottidie ocu
lis nostris representant̄. ¶ Tertia ad exci
tandū deuotionis affectum: qui ex visis ef
ficatius excitatur: ꝗ ex auditis: q̄r certior
aure arbiter est oculus s̄m Tho. ¶ Quar-
to debetur honor latrie cruci christi. Unde
ecclesia. Te adorādam te crucem viuificā.
per te redempti dulce decus seculi semper
laudamus semper tibi canimus per lignū
serui per te sumus liberi. Possumus tn̄ de
cruce xp̄i loqui dupl̄r. Uno modo de ipsa
cruce in qua dn̄s crucifixus est: ⁊ sic ipsam
adoramus latria dupliciter. Uno modo in
quātum rn̄tat nobis figuram christi extēsi
in ea. Alio modo ex ꝯtactu ad mēbra chri-
sti: ⁊ ex hoc q̄ eius sanguine est perfusa: ⁊
vtroq̄ modo adoratur eadem adoratione
cum christo. s. latrie: ⁊ ꝓpter hoc etiam cru-
cem alloquimur ⁊ deprecamur dicentes. O
crux aue spes vnica. Alio modo possumus
loqui de effigie crucis christi inquātum est
materialis: puta lapidis: vel ligni: argenti
vel auri: sic veneramur crucem tm̄ vt ima-
ginē christi quā veneramur adoratione la
trie: vt supra dictū est. Hec Tho. p.3.q.25.
ar.4. Nota ꝯ illos qui pingunt crucem in
terram siue sculpiunt ꝯtra quos est statu-
ta pena capitis de iure ciuili vt habet̄. C.
Ne sanctū signum crucis in marmore vel

silice sculpatur.l.vnica in lib.i.codicis.

¶ Quinto adoranda sunt adoratione latrie omnia que fuerunt christi.s.vestimentū claui:lancea:⁊c̄. Nō tamē sunt imago christi sicut crux:⁊ inde est ꝙ imaginem crucis christi veneramur in quacūq₃ materia. nō autem imaginem clauorum vel quorūcūq₃.ſm Tho.vbi supra. Nec obstat si dicatur ꝙ ſm hoc videtur ꝙ etiam Uirgo maria sit adoranda adoratione latrie: q₂ rñdet:vt habetur infra tertia pte sermonis

¶ Sexto debetur honor latrie hostie consecrate:quia ibi est christus verus deus ⁊ homo. Sed quid si non sit consecrata: Rñ. qui scit illam non consecratam non debet illam adorare:qui autem ignorat ⁊ putat illam consecratam. dicit Tho.in.3.sententiarū di.9.q.i.ar.2.q.6.ad sc̄d₃.ꝙ qui adorat hostiam non consecratam:adorare eam cū conditione debet si est consecrata:non tamen oportet ꝙ hec cōditio semper sit actu explicita:sed sufficit ꝙ habitu teneat eam: vnde non peccat adorans eam: quia non adorat puram creaturam:sed extra intentionem suam:sacerdos tamen quātū in se est facit populum idolatrare:quia offert ei puram creaturam adorandam. ſm Tho. vnde dicit Canon in.c.De homine.de cele.miss.ꝙ sacerdos talis qui non conficit ⁊ simulat se conficere celebrans missam grauius peccat q̄₃ qui vere celebrat immortali constitutus:quia falsa remedia sunt veris periculis grauiora:vt ibi dicit tex. ¶ S₃ quid si angelus apparet in spē christi: Rñdit Tho.vbi supra.ꝙ non potest angelus in spē christi apparens sine peccato adorari nisi sit conditio actu explicita:quia ipsa nouitas:rei insolita consideratione ⁊ attentionē reqrit sicut dicitur de virgine Luc.i. ꝙ cogitabat q̄lis esset ista salutatio. Nota ad hoc exemplu₃ de diabolo qui apparuit beato Martino in forma christi ⁊c̄. Item de diabolo qui apparuit beato Antonio: ⁊ sic sepius legitur in vitis patrum. Item de diabolo qui apparuit cuidam nouitio in spē Uirginis marie in quē post multas apparitiones spreuit ex cōsilio magistri sui cui hoc reuelauerat:qua ꝓpter nunq̄₃ post modu₃ sic sibi apparuit:hoc legitur in libro de vita fratrum nostrorū:sic ⁊ hodie diabolus multis appet in somnis sub spē angeli vel alicuius anime beate:vel in purgatorio:vel damnate in inferno vt decipiat eos quibus apparet:vel vt iudicent malu₃ de bonis vel ecōuerso. Ideo dicitur.2.Cor.xi.ꝙ sathanas quādoq₃ trāssigurat se in angelum lucis:⁊ sic patet cui sit honor latrie exhibendus.

¶ Scd̄a adoratio est dulie que proprie dicit seruitutem:sed extendit ad reuerentiam que creature exhibetur ꝓpter suam excellentia₃:prout ergo accipitur proprie dulia debetur solum a seruo domino cui est obnoxius ratione seruitutis. Sed prout large accipitur pro reuerentia creature exhibita tunc dulia debetur omni creature virtuose. Honor enim dulie est reuerentia exhibita alicui in testimonium virtutis:vt dicit phs in primo ethicoꝝ. Unde non debetur proprie ⁊ directe nisi habenti gratiam ⁊ virtutem:⁊ hoc ꝯtingit dupl'r.

¶ Primo modo sicut actus virtuosus; ⁊ huic directe:⁊ ſm se debetur honor.

¶ Scd̄o modo sicut habens aptitudinem naturalem ad virtutem:⁊ sic cuilibet habēti imaginem est exhibendus honor:nisi sit confirmatus in malo: quia in tali ligatus est ordo ad virtutem:vnde tali nullus debetur honor:sicut est demon ⁊ aīa dānata.

¶ Tertio modo sicut ordinatus ad inducendum vel conseruandum virtutem. Et sic debetur omnibus prelatis:qui ad hoc ordinati sunt:vt alios dirigant in virtutem. vnde etia₃ si prelati sint mali ⁊ peccatores. hac ratione debetur eis dulia etia₃ maior q̄₃ bono subdito:ratione prelationis licet bono subdito debeatur maior reuerentia ſm se q̄₃ prelato malo.licet autem dixerim ꝙ prelato etiam malo debetur. Dulia est verum:nisi dum est in actu peccati:q₂ tunc non debet ei exhiberi dulia: quia apparet in eo aliquid cōtrariū honori sed ante vel post sibi exhiberi debet:q₂ nescitur in quo statu sit. Hoc not.Tho.in.3.sententiaꝝ di.9.q.2.ar.3. Hic ergo honor dulie debetur omnibus sanctis per rationē prima₃ supra positam:quia ratione sanctitatis sancti dicuntur dij.ps.Ego dixi dij estis:⁊ etiā fratres ⁊ sorores ⁊ matres christi vt in euan-

228

...ur Mat.12. Hac ergo ratione ...
¶ Sexto est temporalium periculorum liberatiuum maxime ad debellandos hostes ps.43. In te inimicos nostros ventilabimꝰ idest proijciemus ⁊ dispergemus inimicos nostros.s.tam carnales ꝙ̄ spirituales. Cornu.i.defensione nostra: quia cornibus se defendunt animalia ⁊ in nomine tuo.s. Jesu christi a quo dicimur christiani ⁊c̄. Ad hos facere potest exemplum Theodosij senioris: qui facta oratione breui in nomine Jesu christi: habuit victoriam contra Eugenium tirannum ⁊ arbagastē: sicut legitur. xi.lib.ecclesiastice historie in fine. Et refert glo.magna in fine in cle.si dominū de reli. ⁊ vene.sanctorum. Et scripsi supra in sermone vbi agitur de orationis vtilitate. ab aliis etiam periculis liberantur fideles in virtute nominis Jesu christi: sicut patet ī multis exemplis. Unde Grego. in primo dialogorum refert de Honorato viro sanctissimo qui ducentorū monachorum pater extitit: ꝙ dum quadam die ex eo monte qui eius monasterio in excelso promintiebat ingentis saxis moles excepta esset ⁊ per deuexi montis latus veniens totius celle ruinam ⁊ omnium fratrum interitum minaretur: dum eam vir dei desuper venientem vidisset frequenti voce xp̄i nomen inuocās extensa dextra signum ei crucis opposuit eamq; in ipso de nexi montis latere cadentem fixit: ⁊ quia locus non erat in quo moles illa cadens inherere potuisset aspicitur etiam nunc ita vt cassura pendere videat. Ad idem facit quod idem Grego. refert in lib.3.dialogorum de Sauino episcopo placentine ciuitatis qui cum fuisset nunciatū ꝙ padus fluuius cursus sui alueum egressus: ecclesie agros occupasset. R̄ñ. diacono suo hoc sibi referenti. Uade ⁊ dic ei mandat tibi episcopus vt te compescas ⁊ ad proprium alueum redeas: ꝙ diaconus audiens despexit ⁊ irrisit. tunc vir dei accersito notario dictauit dicens. Sauinus domini nostri Jesu christi seruus commonitoriū pado: precipio tibi in nomine Jesu christi vt de alueo tuo in locis istis vlterius non exeas: nec terras ecclesie ledere presumas atq; eidem notario subiunxit.d. Uade ⁊ hoc scribe ⁊ in aquaȝ eiusdem fluminis proijce: quo facto sancti viri preceptū suscipiens aqua se compescuit: atq; ad proprium alueum reuersa exire vlteriꝰ in loco eadem nō presumpsit. Et subdit Greg.d. Qua in re petre quid aliud ꝙ̄ inobedientium hominum duritia confunditur: quando in virtute Jesu ⁊ elementum irrationabile sancti viri precepto obediuit. Ad idem facit ꝙ refert Jerony. in libro de vitis patrum.d. ꝙ ad inuocationem nominis Jesu fugauit ipse cum socijs cocodrillos eos insequentes ⁊c̄. Patet ergo ꝙ nomen domini nostri Jesu christi est liberatiuum a periculis ideo Exo.15. Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius: currus Pharaonis ⁊ exercitum eius proiecit in mare. Item ps.19. Hij in curribus ⁊ hij in equis: nos autem domini dei nostri inuocabimus: ipsi obligati sunt ⁊ ceciderunt: nos autem surreximus ⁊ recti sumus.

¶ Septimo est orationum exauditiuum. Jo.16. Quid quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Et ideo sancta mater ecclesia in fine orationum omnium semper addit: Per dominum nostrum Jesum christum ⁊c̄.

¶ Octauo est credentium honorificatiuuȝ Jo.i. Quot quot autem receperunt euȝ dedit eis potestatem filios dei fieri hijs qui credunt in nomine eius ⁊c̄. Magnus honor est esse filium dei: ⁊ hoc confertur vobis ex virtute nominis iesu christi. vt dicit auctoritas allegata. ex quo sequitur ꝙ si filius ergo ⁊ heres Ro.8. Si filij ⁊ heredes: heredes quidem dei: coheredes autem christi. Si tamen compatimur vt conglorificemur. Apoc.22. Uidebunt faciem eius: ⁊ nomen eius in frontibus eorum. Deo. Gratias. Amen.

¶ Quomodo sit sanctificandum nomen diuinum. Sermo.18.

Anctificetur
nomen tuum. In sermoni
bus precedentibus actũ
est quomodo sanctifican-
dum sit nomen diuinita-
tis eternalis: quod est deus ⁊ nomen hu-
manitatis tp̃alis: quod est nomen iesus.
Modo ergo ꝓsequendo ordinem distin-
ctiõis supra posite in Sermone. 16. Restat
dicẽduz quõ sit sanctificandum nomen di
uinum: quod sortimur ex sp̃uali regenera-
tione. Salutetur virgo ⁊c̃. ¶ Pro intro-
ductione ⁊ intelligentia huius materie: est
notandum ꝙ conclusio firma est in sacra
theologia ꝙ per regenerationem sp̃ualem
que fit maxime per batismum iuxta illud
Jo. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊
sp̃u sancto ⁊c̃. Consequens ⁊ naturam ⁊
nomen diuinitatis. Probat̃ cõclusio hec
⁊ ratione ⁊ auc̃tate. ¶ Ratio quidem su-
mitur a similitudine duplici. ¶ Prima est
a similitudine generationis naturalis.
¶ Sc̃da a sil'itudine gñationis eternalis.
¶ Prima ergo similitudo sumitur a gene-
ratione naturali. Nam videmus manife
ste ꝙ ex generatiõe naturali cõicatur a ge
nerante generato: ⁊ natura ⁊ nomen. Pa-
ter. n. hõ mediante ꝟtute seminis generat
filium: ⁊ in ipsa generatione cõicat ei ⁊ na
turam ⁊ nomen: q² ⁊ in veritate est homo:
⁊ vocatur homo. ¶ Secunda similitudo
sumitur a generatione eternali. Naz deus
pater generat deum filium ⁊ in ipsa gene-
ratione dat nato: ꝙ deus est: ⁊ deus voca
tur Jo. i. In principio erat verbum ¶ Sic
ad ꝓpositum: deus nos regenerat in bap
tismo per gratiam adoptionis: per quã effi
cimur filij dei: eo modo quo ⁊ naturaliter
generamur a parentibus carnalibus vide
licet per virtutem seminis. Semen autem
in hac regeneratione est verbum dei con-
ceptum vel prolatum: conceptum. verbum
est fides viua per gratiam: verbum vero ꝓ
latum est forma sacramenti baptismi: sicut
infra dicetur. Per hoc ergo semen cõceptũ
in vtero sancte matris ecclesie: qui vterus
est fons baptismalis: que ecclesie est sp̃osa
christi Jo. i. Qui habet sponsam sponsus
est: regeneramur in filios dei ⁊ consequi-
mur ⁊ naturã ipsius diuitatis: iuxta. Illud
2. Pet. i. Per hoc efficiamini diuine con
sortes nature: ⁊ ẽt consequimur nomen ⁊
vocamur dij. Sed quomodo dicimur con-
sortes nature diuine cum solus ipse filius
dei sit eiusdem nature cum patre: nec sit illa
natura diuisibilis nec cõmunicabilis. quin
imo nec nomen videtur cõmunicabile: iux
ta illud Sapientie. 14. Incõmunicabile
nomen lapidibus ⁊ lignis imposuerunt.
Sed dicendum ꝙ dicimur nature diui-
ne consortes per aliquem effectum virtu-
tis: quem participamus a diuina bonitate
Uirtutes enim nobis infunduntur a deo
in quo ipse virtutes sunt essentialiter ⁊ na
turaliter: ⁊ ideo ipsas virtutes participan
do efficimur participatiue consortes diui
ne nature: ⁊ ex hoc sumus ⁊ vocamur dij:
non quidem proprie sed secundum simili-
tudinum quandam vt notat Tho. Parte
i. q. 13. ar. 9. Patet ratio. ¶ Auctoritas. i.
Jo. 3. Uidete qualem caritatem dedit no-
bis deus vt filij dei vocaremur ⁊ simus. Et
hinc manifeste patet ꝙ omnes regenerati
possunt dici fratres christi: quia ⁊ vere sunt
fratres eius. Ro. 8. Quos presciuit ⁊ prede
stinauit ꝯformes fieri ymaginis filij sui vt
sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹: ꝓ
pter hoc merito domin° redarguit iudeos
di. Jo. 10. Non ne scriptuz est in lege uestra
q² ego dixi dij estis. Si illos dixit deos ad
quos ŝmo dei factus est ⁊ non potest solui
scriptura quem pr̃ sc̃tificauit ⁊ misit in mũ
dum: dicitis quia blassemus sum: q² dixi fi
lius dei sum. q. d. irrationabiliter ⁊ menda
citer hoc dicitis: quia omnes electi per gra
tiam dei sunt filij: ⁊ nominantur filij dei.
patet auctoritas. Et quamuis omnes ele-
cti mixti simus. i. filij dei cum filijs dyabo
li hoc est ideo: quia nondum manifestatus
est effectus huius filiationis: quãdoquidẽ
zizania est mixtum cum tritico. Sed veniet
dies in qua apparebit huius effectus: ⁊ di
stinguentur ab inuicem sicut pastor segre-
gat oues ab edis. Unde. i. Jo. 3. Carissimi
nunc filij dei sumus: sed nondum apparuit
quid erimus: scimus autem quoniam cum
apparuerit similes ei erimus quoniã vide
bimus eum sicuti est. ¶ Igit̃ sicut confor-
mes sumus filio dei iesu christo quantum

ad hoc vt filij dei nominemur ꝛ simus: sicut
dictum est: Sic debemus esse etiam ei con
formes in sanctificatione: vt sicut filius dei
est sanctificatus a patre. Iuxta illud Jo.
10. Quem pater sanctificauit ꝛ misit in
mundum: sic ꝛ nos sanctificemur ab ip-
so deo patre: vt sic sanctificemus in nobis
nomen hoc diuinitatis quod ab ipso per
regenerationem spiritualem sortiti su-
mus: sicut ꝛ ille qui factus est miles debet
honorare in se nomen illud militaris digni
tatis: sic ꝛ comes: sic ꝛ res ꝛ doctor ꝛc. ne
degeneret nomen a moribus: quia vt di
cunt legiste: nomen debet esse consequens
rei. inst. de dona .§. Est ꝛ aliud. Et hoc
petimus per hanc petitionem. Sancti-
ficetur nomen tuum .i. illud nomen tuum
quod est in se sanctum: quod ꝛ sortiti su-
mus per regenerationem sententialez fiat
ꝛ appareat sanctū in nobis vt nos iuxta
modulum nostruz sanctissimus sicut tu do
mine sanctus es. Et hoc tunc fiet: quando
gratia quaz in baptismo consequti sumus
perseuerabit in nobis: per quam semper
sancti sumus. Unde Ciprianus: quia ipse
deus dixit sancti estote quoniam ꝛ ego
sanctus sum: ideo petimus ꝛ rogamus vt
qui in baptismo sanctificati sumus in eo
quod esse cepimus perseueremus. Igitur
hinc sumpta occasiōe videamus quot mo
dis possumus a deo sanctificari. quāto eni
pluribus modis sanctificationem habere
poterimus: tanto facilius acquirere poteri
mus huius petitionis effectum. Notāduz
igitur ꝙ quinq̄ modi sunt a diuina boni
tate instituti ad sanctificandum nos: qui
sunt quasi quinq̄ riuuli a fonte diuine gra
tie procedentes. ¶ Primus est modus spe
cialis preuentionis. ¶ Secundus est mo
dus baptismalis ablutionis. ¶ Tertius
est modus sacramentalis confessions.
¶ Quartus est modus presentialis ꝯtritō
nis. ¶ Quintus ē modus martirialis affli
ctionis. ¶ Primus modus ꝛc. isto primo
modo leguntur tres sanctificati vz Jere-
mias de quo Jere. i. Postquam te forma
rē in vtero noui te: ꝛ anq̄ exires de uulua
Sanctificaui te. Scd'o legitur ēt de Joā
nē baptista de quo dicitur Luc. i. Spiritu
sancto replebitur adhuc ex vtero matri
sue. Fuit autem ista sanctificatio facta ex
infusione spiritus sancti per verbum virgi
nis gloriose salutantis Helisabeth: sicut
dr Crisost. Et ſm ꝙ dicit Tho. in. 4. di. 6.
Super lraz. Tunc visus liberi arbitrij fuit
acceleratus in Johanne miraculose. Ter
tio legitur de virgine Maria: de qua dicit
Bern. in sermone .2. De asumptione eius
Beatam virginem omnimodis constat ab
originali peccato contagio sola dei gratia
priusq̄ nascecretur esse mundatam quā ni
mirum pietas xpiana credere ꝓhibet vel
minus Jeremia in vtero sanctificatum vel
non magis Joanne spū sancto repletam.
Idē Ber. i epl'a ad canonicos lugdunēses
Ego puto ꝙ ꝛ copiosior sanctificationis
benedictio q̄ꝫ in alijs sanctis ab vtero san
ctificatis in eā descenderit: que non solum
ipsius ortum sanctificaret: sed ꝛ vitā eius
ab oi pctō deinceps immunē ꝯseruaret qd
alteri nemini in natis quidē mulierū credi
tur esse donatū. ¶ Quarto quidā asserūt
de Jacob: sicut refert magr In. 4. sniaruz
di. 6. Qr videt de illo anq̄ nascerect scriptū
est. Jacob dilexi. Esau āt odio hūi. Ma
lach. i. ꝛ Ro. 9. ¶ Quinto idē dicunt qdaz
de Jacobo minore: sicut videnẗ asserere.
Egisippus ꝛ Jer. in li. de viris illustribus:
dicētes ꝙ ipē ex mr̄is vtero sctificat' fuit.
Et idē videẗ tenere Jacob' de voragine
in quodā sermone de eodē sancto Jacobo
¶ Scd'S modus est baptismalis ablutiōis
que q̄uis directe sit ordinata ꝯ ꝯtagium
culpe originalis: nihilominus mundat ēt
ab oi actuali veniali ꝛ mortali: si illud in-
ueniat in aia baptizati ꝛ bene dispositi: ꝛ
hec operaẗ in virtute passionis dni. Aug.
.i. q. i. Detrahe que tanta vis aque vt cor-
pus tangat ꝛ cor abluat. Et non ꝙ non so
lum actu baptisma susceptuz sed ēt ꝓposi
to mundat a culpis oibus qn̄ nō est copia
baptizantis vel aque vel aliqd impedimē
tū: impedit ab actuali susceptiōe. Nota exē
plū qd refert tertus in. c. Debitū de bap.
De isto ergo mō sctificatōis dic aplš. Pec
catores aliqn̄ fuistis: sed abluti estis: sz san
ctificati sed iustificati estis in noie dni no
stri Jesu christi. i. cor. 6. ¶ Tertius modus
est sacramentalis cōfessionis. Uirtute eniz
confessionis sacramentalis sanctificanit

anima a peccatis. Ideo autem dixi sacra-
mentalis ad differentiam confessionis iudicialis
q2 iste cõfessiones hñt contrarios effectus
Et vt de ceteris taceam: dicã tñ vnũ q8
ex confessione iudiciali. s. facta coram iudi
ce ab eo contra quem agitur: siue per mo
dum accusatõis: siue inquisitõis: siue denũ
ciatiõis. Isti enim sunt tres modi agendi
vt in. c. Qualr & qñ de accus. ex ꝯfessione
in quam ista iudiciali sequitur condẽna-
tio: q2 sicut dicit lex. In cõfessum nulle sunt
partes iudicis nisi in ꝯdemnando. l. ꝑinde
ff. ad. l. aquilia. c. euidentia de accusatio.
Nota exemplum de Achior cui dixit Io
sue. Fili mi da gloriam dño deo Israel &
confitere atq3 indica mihi quid feceris &
ne abscondas &c. Post quam autem con
fessus fuit peccatum suum dixit ei Iosue
Quia turbasti nos: exturbet te dñs in die
hac: lapidauitq3 eum oĩs Israel: & cuncta
que illius erant igne cõsumpta sunt Iosue
7. ¶ Ex confessione aũt sacramẽtali sequi
tur absolutio a peccatis ex potestate cla-
uium apostolis & aliꝫ sacerdotibus data
Io. 20. Quorum remiseritis pec. remi. eis. &
quorum reti. retenta sunt. Hoc aũt dñs fi
guratiue precepit qñ leprosos ad sacerdo
tes misit dicens. Ite ostendite vos sacer
dotibus Luc. 17. & Mat. 8. de hac ergo san
ctificatione potest intelligi illud apostoli
Ro. 6. Nunc liberati a peccato serui autẽ
facti deo habetis fructum vestrum in san
ctificationẽ: finem vero vitam eternam.
¶ Quartus modus est penitentialis con-
tritionis: q2 qñ deest copia confessoris: vel
aliquo impedimento interueniente pecca-
tor confiteri non valet: tunc sufficit sola cõ
trictio ad santificandum animam. ps. Di-
xi confitebor aduersum me iniustitiã dño
& tu remisisti impietatem peccati mei. Exẽ
plum habemus in latrone cum dño cruci-
fixo cui ex vi contrictionis dñs peccata re
misit & paradisum promisit di. Amen dico
tibi hodie mecũ eris in paradiso Luc. 23.
Non enim latro ille martir fuit: q2 non ꝑ
xpi noĩe: sed pro demeritis facinorum suo
rum crucifixus est vt dicit Augu. in lib. de
vnico baptismo: & habetur in decretis de
conse. di. 4. Baptismi vicem. Nec ob. quod
dicit Ier. de peni. di. i. Importunus: vbi lo-
quens de latrone: dicit ꝙ fecit homicidiũ
pena martirium: q2 vt dicit ibi glo. hoc in
telligitur ratione eterni premiꝫ quod quasi
martir recepit confitendo. Martir enim di
citur latro. i. confitens: martir enim inter-
pretatur confitens. Si autẽ queras vnde
hanc contrictionem habuit latro ille: re
spondeo: ex tactu vmbre brachiꝫ xpi: nec mi
rum cum de petro legatur Act. 5. quod vm
bra eius sanabat infirmos: De hac ergo
sanctificatione in vltima hora vite potest
intelligi illud Iere. 12. Cõgrega eos quasi
gregem ad victimam & sanctifica eos in
die occisionis. Nota moraliter contra mul
tos: q vellent sctificari ad instar latronis
vellent enim habere malam vitam: & bo-
nam mortem. De talibus dicit Ier. ꝙ vix
de centum milibus vnus saluatur: & de nul
lo in scriptura legitur nisi de latrone. vnde
Augu. in lib. de pnia & in decretis de pe. di.
7. Nullus expectet qñ peccare non potest.
Arbitriꝫ enim querit libertatem. s. deus vt
delere possit cõmissa: non necessitatẽ. Qui
prius itaq3 a peccatis relinquitur ꝙ ipse
relinquat ea: non libere sed quasi necessita
te condemnat &c. idem Augu. in eadẽ di.
in. c. Siquis positus sic ait. Age pniam dũ
sanus es: si sic agis: dico tibi q2 securus es:
q2 pniam egisti eo tpe quo peccare potui-
sti si aũt vis agere pniam qñ peccare non
potes peccata te dimiserunt non tu illa.
¶ Quintus modus est martirialis affli-
ctionis & hoc verum non solũ qñ pro fide
qs moritur sed &t qñ pro quacũq3 virtute:
siue iustitie: siue castitatis: siue alteri⁹. Pro
batur hoc aucte & exemplo. Auctas hẽtur
Mat. 5. Beati qui persecutionẽ patiuntur
ꝓpter iustitiam: qm ipsorum est regnum ce
lorum. Nota ꝓpter iustitiam. s. generalem
que cõprehendit oẽs virtutes. Exemplum
habetur in Ioanne baptista: qui martir est
gloriosus: cũius non ꝓpter fidẽ sed ꝓpter
iustitiam occisus fit vt p3 Math. 6. De isto
ergo modo sanctificationis põt intelligi il
lud Sopho. i. Preparauit dñs hostiã san
ctificauit vocatos suos. Deo grãs. Amen.

De regno dei ꝑnt datur in vita presenti.
Sermone. 19



Aduenat regnum tuum. Postquam in proxima precedenti petitione petiuimus bonū iustificationis: idest gratiam gratis facientē. Gratia aūt ipsa est via ad gloriam que non est aliud q̄ gratia consumata ⁊ ad cōplementum adducta. Ideo cōsiter subditur hic scd'a petitio per quam petimus bonum glorificans dicentes. Adueniat regnum tuum. ¶ Salutetur virgo maria ⁊c̄. Pro euidentia ⁊ intellectu huius petitionis est notandum: ꝙ hec petitio pt̄ dupl'r intelligi: scd'm ꝙ dupliciter pōt accipi regnum dei. ¶ Primo modo pōt accipi regnum dei quod datur in vita presenti. ¶ Secundo modo pōt accipi regnum dei quod datur in vita futura. primum regnum dei est iustitia generalis in qua cōprehenduntur oēs virtutes ꝓpter quod dicit apostolus Ro.14. Non est regnum dei esca ⁊ potus sed iustitia. ⁊ pax ⁊ gaudium in spū sctō. ⁊ Grego. dicit. qd' sūmum bonum est iusticiam colere ac sua cuiq; iura seruare.12.q.2. Cum deuotissimam. Hoc ergo regnum dei consistit in iustitia prout est virtus generalis: pax autē ⁊ gaudium sunt effectus cōsites ipsam iustitiam: quasi fructus ⁊ premia ⁊ remunerationes eius sicut enī3 ex vitio seqtur turbatio ⁊ īqetudo iuxta. Illud. ps. Turbati sunt oēs insipiētes corde. Isa.57. Nō est pax impijs dicit dn̄s. Item Augu. Iussisti dn̄e ⁊ sic ē vt pena sibi sit ois inordinatus ainus sic ex iusticia sequitur pax ⁊ gaudium ps.118. Pax multa diligentibus legem tuā ⁊ non est illis scandalu3. Itē alibi.ps.84. Audiam quid loquatur in me dn̄s deus qm̄ loquitur pacem in plebem suam ⁊ sup sanc.s.⁊ in.c.qui cōuer. ad cor. Et q2 iustitia ⁊ pax ⁊ gaudium in nobis ipsis sunt si virtuose viuimus. Id circo dixit dn̄s Luc.17. Regnum dei intra vos est. Dr̄ aūt iustitia regnu3 dei duplici rōne.s. passiue ⁊ actiue: passiue quide3 q2 virtutes ipsas in iustitia generali contentas deus regnat in nobis ⁊ nos ab ipso regimur: sicut regnu3 regitur a rege ⁊ ipse rex regnat in regno per vasallos suos. virtutes.n. sunt vasalli xp̄i pp qd' christus dicitur dominus virtutum. ps. Dominus virtutum ipse est rex glorie: ⁊ de virtutibus prout sunt habitus infusi.

¶ Actiue vero: quia per virtutes nos sumus reges: inquantum per eas bene regimus potentias anime quasi quatuor maximas ciuitates: quia videlicet potentiam intellectiuam: bene regimus per fidem ⁊ prudentiam. potentiam appetitiuam rationalem que est voluntas bene regimus per caritatem ⁊ iusticiam. potentiam irascibilē per fortitudinem ⁊ patientiam. potentiam concupiscibilem per temperantiam ⁊ sobrietatem regimus etiam corpus cum.5. sensibus quasi aliud regnum cu3.5. castris propter ꝙ dicitur. Apoc.5. Fecisti nos deo nostro regnu3 ⁊ sacerdotes: ⁊ regnabimus super terram. vnde vers. Si bene membra regis: es dignus nomine regis. Hoc est regnum verum: sine quo nullus potest vere dici rex. Nota hic exemplum Diogenis ⁊ Alexandri qui Dyogenes cum dixisset ꝙ Alexander erat seruus seruorum suorum: interrogatus ab eo quare hoc dixerat. Respōdit. Ego preualeo cupiditatibus meis refrenans illas ⁊ subiciens mihi illas: vt mihi seruiant. Tibi autem cupiditates preualent ⁊ illarum seruus efficeris illarum obtemperans iussioni: ergo seruus es seruorum meorum. Ideo dicit scriptura. Melior est patiens viro forti ⁊ qui dominatur animo suo expugnatore vrbiu3. Prou.16. Item ecclesia. Omnipotens ⁊ misericors deus quem nosce viuere cui seruire regnare est ⁊c. Igitur secundum hunc sensum. Per hanc petitionem. Adueniat regnum tuum. Petimus iusticiam generalem que vt dixi continet omnes virtutes ⁊ quamuis hec petitio posset intelligi in prima petitione per quam petimus gratiam iustificantem: in qua etiam cōnectitur iusticia ⁊ cetere omnes virtutes infuse. Nihilominus de hmōi iusticia sermo presens erit ex quo in ea dicitur consistere regnum dei. Notandum ergo ꝙ iustitia diffinitur sic a legistis. Iusticia est constans ⁊ perpetua voluntas ius suum vnicuiq; tribuens: vt Instituta de iustitia

ꝛ iure in principio ꝛ.ff.eo.ti.i.Justitia.sicut
autem dicit Tho.22.q.58.ar.i. Voluntas
accipitur hic pro actu non potentia: ꝛ acci-
pitur hic actus pro habitu: sicut consuetuz
erat apud antiquos diffinire habitus per
actus: sicut Aug⁹ dicit super Joānem ꝙ fi-
des est credere ꝙ nō vides. ꝛ Ambro. ꝙ pe-
nitentia est preterita mala plangere ꝛ plan-
genda iterum non committere. Dicitur au-
tem ꝑpetua nō ex ꝑte actus: non q2 actus
perpetuo duret: quia sic solius dei volūtas
est ꝑpetua: sed ex parte obiecti: q2.s. aliquis
vult perpetuo facere aliquid: ꝛ hoc requiri-
tur ad rationem iustitie: non enim sufficit
ad rationem iustitie quod aliquis velit ad
horam in aliquo negocio seruare iustitiam:
q2 vix inuenitur aliquis qui velit in omni-
bus iniusta agere: sed requiritur ꝙ homo
habeat voluntatem perpetuo ꝛ in omnib⁹
iustitiam conseruandi. Quod aūt sequitur
ius suum vnicuiqꝫ tribuens: intelligitur vel
per modum imperantis ꝛ dirigentis ꝛ hoc
pertinet ad iudicem: quia iudex est iustum
aiatum: ꝛ princeps est custos iusti: vt dicit
in.5.ethicoꝝ vel per modum exequentis. ꝛ
sic subditi reddunt quod suuz est vnicuiqꝫ
Est igitur notandum ꝙ loquendo de iusti-
tia: prout est virtus generalis ꝓm ꝙ accipit
eum dicitur: quod regnuz dei est iustitia ꝛc.
Ad iustitiam pertinet vnicuiqꝫ reddere qđ
suum est: tunc ergo erimus iusti cum reddi-
derimus vnicuiqꝫ ꝙ suum est.i.debituz. Et
cōsequenter aduenie t ad nos regnum dei
inquantū pōt in p̄nti vita haberi. Quinqꝫ
ergo debemus diuersis que debemus eis
soluere.vz.

¶ Prio debemus deo verā credentiā.
¶ Scđo superiori ꝓmptam obiam.
¶ Tertio equali ḡnalem beniuolentiam.
¶ Quarto inferiori solicitam diligētiam.
¶ Quinto nobis metipsis purā ꝯtinētiaz.

¶ Prio ergo ꝛc. Vera credentia est qñ cre-
dulitas interiorem conformis operibus ex-
terioribus. Veritas enim vt ait ph̄s est ad-
equatio rei ad intellectum. tunc ergo est ve-
ra fides qñ est cordialis ꝛ verbalis: vt qđ
cor credit os loquatur confitendo. Talis
erat fides Dauid qui dicebat. Credidi pro-
pter ꝙ locutus sum ꝛc. Notandū ergo qđ
circa fidē hꝫ se quadrifariā genus hūanuz.

Quidā.n.hñt fidem cordialem: ꝛ nō verba-
lē: sicut sunt illi qui timore mortis abnegant
fidem xp̄i ore: tñ corde tenent eam ꝛc. Ta-
les si in tali statu decedunt dānant Ro.x.
Corde creditur ad iustitiam: ore aūt con-
fessio fit ad salutem. Nota exemplum de
Eleazaro sene: qui noluit mortem euitare si-
mulādo se carnes porcinas māducasse ꝛc.
Sicut legit.i.Macha.6. Quidā vero ecō-
tra hñt fidem verbalez: sed nō realem: sicut
sunt falsi xp̄iani: qui confitentes verbo xp̄i
fidem in corde: tñ aut non credunt aut du-
bitāt: dubius aūt in fide infidelis est: sicut
dicit tex.in.c.i.de hereticis. Multi sunt ho-
die tales qui adorant xp̄z: audiunt missas
ꝛ sermones: sed in corde non credunt. Qđ
pꝫ q2 viuunt carnaliter ꝛ in peccatis mor-
talibus: sicut sunt concubinarij: vsurarij: si-
moniaci: pyrate: vindicatiui: ꝛ ceteri hmōi:
tales non sunt vere fideles. Unde apl'us ad
Titum.i. Confitent se nosce deuz: factis au-
tem negāt. Super quo textu dicit Jerony.
ꝛ habetur in decre.xi.q.3. Estimant ꝗdam
in eo deum tantum negari: si in persecutio-
ne quis a gentilitate comprehensus confi-
teri renuerit se esse xp̄ianum. Ecce apl's om-
nibus que peruersa sunt: factis deum asse-
rit negari. xp̄s sapientia est: iustitia: veritas
sanctitas: fortitudo. Negatur per insipien-
tiam sapientia: per iniquitatem iustitia: per
mendatium veritas: per turpitudinem san-
ctitas: per imbecillitatem animi fortitudo:
quotienscūqꝫ vincimur a vitijs atqꝫ pecca-
tis: totiens negamus deum. Quidaz ꝛ 3°
neutram fidem habent neqꝫ cordialē neqꝫ
verbalem: sicut sunt infideles: contra quos
dicitur Jo.3. Qui nō credit iam iudicatus
est. Item Mar.vlti. Qui vero non credide-
rit condemnabitur. Quidam ꝛ 4⁹ hñt
vtranqꝫ sicut sunt veri xp̄iani qui ꝛ corde
perfecto credunt: ꝛ nullo timore concussi
confiteri xp̄m pertimescunt. hanc credulita-
tem debemus deo. nam ꝛ ipse precepit di-
scipulis: d. Eritis mihi testes in Jerusalem
ꝛ in omni iudea ꝛ samaria ꝛ vsqꝫ ad vlti-
mum terre. Ideo apl's Hebr.xi. Oportet
accedentem ad deum credere ꝛc. Sic ergo
faciendo reddemus deo credentiam debi-
tam. ¶ Scđo debemus superiori ꝓmptam
obedientiam ꝛ hec duplici ratione.

¶ Prima est qꝛ superior tam spūalis q̄ tpalis est vicarius dei. vnde sicut debetur obedientia deo: sic ⁊ vicario eius: qꝛ representat personam eius Luc.10. Qui vos audit me audit: ⁊ qui vos spernit me spernit. Itē Ro 13. Omnis anima ptātibus sublimioribus subdita sit: nō enim est potestas nisi a deo: que autē a deo sunt: ordinata sunt. Itaq̄ qui resistit potestati dei ordinatōni resistit ⁊ infra dei enim minister est vindex in irā ei qui malum agit. Ad idem facit .xi.q.3. Qui resistit. ¶ Secunda ratio est: qꝛ obedia est quedam ꝓtestatio fidei interioris: ⁊ idō sicut debetur fides deo vt supra dictū est sic ⁊ obedia. Ipse autem deus precipit ut obediamus prelatis. ergo debemus prelatis obedire. Heb.13. Obedite prepositis vestris ⁊ subiacete eis. Ipsi enim peruigilāt quasi rationem pro aīabus vestris reddituri. vnde ad ꝓpositum dicit Greg. in moralibus lib. vlt. ⁊ habetur octaua.q.1. Sciēdum. Obedia' victimis iure preponitur: qꝛ ꝑ victimas aliena caro: per obediam uero propria voluntas mactatur. Ex aduerso ergo melius ostēditur quid de eius laude sentiatur. Si enim quasi ariolandi est peccatum repugnare ⁊ quasi scelus ydolatrie nolle acquiescerē sola est que fidei possidet meritū obedientia: sine qua quisq̄ in fidelis esse ꝯuincitur: ēt si fidelis esse videatur. Ex quo textu patet q̄ inobediens dr̄ eē infidelis: ⁊ ideo maxime est puniendus inobediens. vnde pius Papa.xi.q.1. Siquis sacerdotum vel reliquorum clericorū suo epō inobediens fuerit: aut ei insidias parauerit: aut contumeliam aut calumniam vel conuicia intulerit ⁊ conuinci potuerit mox depositus curie tradatur ⁊ recipiat q̄d iniq̄ gessit. ¶ Predicta vera sunt i licitis ⁊ honestis alioqnin non tenetur subditus obedire superiori si ei precipiat aliquid inhonestum ⁊ iniustum dūmodo manifestū sit iniustum .vt probatur .xi.q.3. Si domi nus ⁊.c. iulianus ⁊ no. gl. in.c. Nerui testiculorum Leuiatan.13.di. vide hoc. Si autē non sit manifeste iniustum excusatur subditus obediendo ratione dubij ⁊ subiectōnis.23.q.1. Quid culpatur. ¶ Tertio debemus equali generalem beniuolentiam non excipiendo aliquē sed oēs debemus diligerē bonos ⁊ malos amicos ⁊ inimicos ⁊c. Probatur ratione ⁊ auctātate. ¶ Ratō sumitur a silitudie. Nam videmus q̄ ꝓpter reuerentiā ⁊ amorē quem gerimus ad deum diligimus ⁊ honoramus ymagines suas cuiuscunq̄ sint materie: siue de auro: siue de argento: siue de lapide: siue d̄ ligno: siue ēt de carbone ⁊ hoc non ratione ymaginis sed ratione ymaginati: vt probatur de conse.di.3. Venerabiles ⁊.c. Perueniēt Idem de ymagine virginis ⁊ sanctorum. Modo nulla ymago in creaturis corporalibus est magis propria deo q̄ hō Gen.1. Faciamus hoīem ⁊c. Et ad eiusdem ymaginem quippe dei factus est homo. Declara ⁊c. Oꝫ ergo q̄ exhibeamus reuerentiam homini ⁊ beniuolentiam cuiuscunq̄ sint qualitatis: siue sint de auro: vt sunt personē hñtes caritatem: siue sint de argento vt sunt homines habentes sciam: siue sint de lapide vt sūt iracūdi: siue de ligno vt ꝑsone mūdane: que sunt vt ligna arida siue de carbone: vt sunt peccatores ⁊ ribaldi q̄ interius sunt nigri per malam conscientiā ⁊ exterius per malam famaꝫ. Trēn.4. Denigrata est super carbones facies eorum ⁊ non cogniti in plateis .s. vite bone: qꝛ oēs ad ymaginem quippe dei facti sunt. Idō dr̄.1. Jo.4. Si quis dixerit q̄m diligo deū ⁊ fratrem suū oderit: mendax est. Qui. n. non diligit fratrem suum quem videt deū: quē non videt quō pōt diligere. Itē alia auctoritas Mat.6. Diligite inimicos vr̄os benefacite hijs qui oderunt vos ⁊c. Nota benefacite debet enim ista dilectio ⁊ beniuolentia habere tria. s. cor: linguaꝫ: ⁊ opus alioquin nō ē vera.1. Jo.3. Qui habuerit substantiam mundi huius ⁊ viderit frēm suum necessitatem habere ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quomō caritas dei manet in illo: Filioli non diligamus verbo, neq̄ lingua tantū: sed opere ⁊ veritate. Patet ergo q̄ debemus equali beniuolentiam generalem. Ideo dicit apostolus. Ro.13. Reddite omnibus debita cui tributum: tributum: cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: cui honorem honorē, nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicē diligatis.

¶ Quarto debemus inferiori sollicitam di
ligentiam: ne occasione negligentie prelati
subditus pereat: ⁊ exigatur sanguis eius
de manibus suis. Ro. 12. Qui preest in so
licitudine: nec excusatur si pastor si dicat se
ignorare subditos esse malos: sicut plerique
prelati se excusant: quia cuilibet pastori pre
cipitur a deo dicente. Diligenter agnosce
vultum pecoris tui tuosque greges consi
dera. Prouerb. 27. Ideo dicit Gregorius
in registro ⁊ habetur in .c. Quis de regu.
iur. Non excusatur pastor si lupus come
dit oues ⁊ pastor ignorat quinimo pastor
debet exponere vitam suam pro salute sub
ditorum Jo. 10. Bonus pastor animã suam
dat pro ouibus suis. Super quo textu di
cit Grego. in Omelia. primum nobis est ex
teriora nostra misericorditer ouibus im
pendere: postremum vero si necesse sit etiã
mortem nostram pro eisdem ouibus mini
strare. A primo autem hoc minimo pertue
nitur ad postremum maius. Sed cum in
comparabiliter lõge sit melior anima qua
viuimus: terrena substantia quam exte
rius possidemus: qui non dat pro ouibus
substantiam suam quando pro his datu
rus est animam suam.

Quinto debe
mus nobis metipsis puram continentiam
Ro. 8. Fratres debitores sumus non car
ni vt secundum carnem viuamus. Si enim
secundum carnem vixeritis: moriemini. Si
autem spiritu facta carnis mortificaueri
tis viuetis. Deo gratia. Amen.

¶ Quid sit regnum dei.
Sermo. 20.


Aduenit regnum tuum. Supra sermo
ne proximo exposita ẽ hec
petitio secundum primum
modum prout scilicet acci
pitur regnum dei prout datur in vita pre
senti. Modo restat exponere ipsum secun
dum modum videlicet prout regnum dei
accipitur quod datur in vita futura. Salute
tur virgo ⁊c. Igitur intelligendo hanc pe
titionem de regno dei quod datur in vita fu
tura: est sensus cum dicimus. Adueniat re
gnum tuum .i. petimus vt perducat nos
ad regnum tuum. hoc est regnum non ca
ducum: non vanum non transitorium: sicut
fuerunt ⁊ sunt regna mundi non ne vanũ
⁊ caducum fuit regnum assiriorum: nõ ne
fuit vanum regnum Persarum ⁊ medo
rum: non ne fuit vanum regnum grecorũ:
Non ne vanum fuit etiam regnum roma
norum. Ista enim fuerunt principalia re
gna mũdi q̃ fuerunt. ostensa ex diuina reue
latione Danieli in septia visione sub spẽ
quatuor bestiarum vt legitur Daniel. 7.
¶ Primum regnum assiriorum ostensum
fuit sibi sub spẽ leone. ¶ Secundum scili
cet persarum ⁊ medorum sub spẽ vrsi.
¶ Tertium grecorum sub spẽ pardi.
¶ Quartum romanorum sub spẽ bestie
terribilis atque mirabilis ⁊ fortis nimis: dẽ
tes ferreos habentis ⁊c. De qua bestia.
Dicit. ps. Singularis ferus depastus est
eam. omnia ergo regna terrena vana sunt.
Ideo dixit Heccuba vxor regis Priami
lamentans destructionem troie: sicut refert
Seneca in prin. 6. Tragedie. Quicunque re
gno fidit ⁊ magna potens dominatur au
la: nec leues metuit deos: animumque rebus
credulum letis dedit: me videat ⁊ te tro
ia: non vnquam tulit documenta fors
maiora quam fragili loco starent superbi.
Igitur non hoc regnum petamus a deo
patre nostro: quia miserrimus est qui spem
ponit in huius regnis caducis ⁊ in affluen
tia temporalium prosperitatum: ⁊ fidit in
falaci: fortuna. 1. Cor. 15. Si in hac vita tan
tum in christo sperantes sumus miserabi
liores sumus omnibus hominibus. Peta
mus igitur regnum stabile illud ⁊ eternum
quod ab eterno est electis paratum: iuxta
illud Math. 28. Venite benedicti patris
mei percipite regnum quod paratum est vobis
a constitutione mundi. Hoc regnum in
structus a spiritu sancto petiuit latro in
cruce dicens. Memento mei domine dum
veneris in regnum tuum Luc. 23. De quo
Dauid in. ps. Regnum tuum regnum om
nium seculorũ ⁊c. Item Dan. 7. Potestas
eius potestas eterna que non auferetur
⁊ regnum eius an non corrumpetur. De
hoc igitur regno tria nobis consideranda
occurrunt.

¶ Primo quid sit.
¶ Secundo quantum sit.
¶ Tertio quorum sit.
¶ Circa primum erit sermo noster hodie. Pro declaratione igitur nota quod regnũ dei est vita eterna: vita autem eterna consistit i clara cognitõe dei iuxta illud Jo.17. Hec est autem vita eterna vt cognoscant te solum verum deum ⁊ quẽ misistit iesum christum. Ex hac autem cognitione dei ꝓcedunt duodecim beatitudines: que significantur pro duodecim fructus ligni vite: de quibus legitur. Apoc. vlti. Istarum igit duodecim beatitudinum: quatuor pertinẽt ad animam quatuor vero ad corpus: quatuor ad compositum.

¶ Prima ergo beatitudo concernens anima est clara visio.
¶ Secunda est firma tentio.
¶ Tertia est delectabilis fructio.
¶ Quarta creaturarum cognitio
¶ Prima concernens corpus est imortalis impassibilitas.
¶ Secunda leuis subtilitas.
¶ Tertia penetrabilis agilitas.
¶ Quarta fulgens claritas.
¶ Prima concernens compositum est concordia seu pax generalis.
¶ Secunda est abundan ia vniuersalis.
¶ Tertia est plena iocunditas.
¶ Quarta est certa perpetuitas.

Prima ergo est clara visio.i. Jo.i. Uidebimus deum sicuti est.i.suam maiestatẽ: claritatem: benignitatem ⁊c̃. Uidebitur autẽ ipsa dina essentia ab omnibus beatis tota sed non totaliter.i. prout est infinita. Uidebitur tamen essentia diuina limpidius ab vno ꝙ ab alio ut notat Tho.i.parte.q.12.ar.6. ⁊ ista diuersitas erit ex parte videntium non visi.s. dei: quia idem erit visum. Ex parte ergo obiecti.s. dei cum sit vnum simplicissimũ: nulla potest esse diuersitas sed ex parte potentie. Nam quantuȝ vna potentia magis erit perfecta lumine glorie ꝙ altera: tanto perfectius operabit circa vnum idem obiectum: sicut idem sol diuersimode aspicitur vel eadem lr̃a a diuersis legentibus ẜm ꝙ oculis magis ⁊ minus est dispositus ad videndum. ex ista ẜt visione causabitur triplex gaudiuȝ. ¶ Primum erit in videndo faciem diuinaȝ. p̃s. Ostẽde faciem tuam ⁊ salui erimus Ber. in ep̃la ad sophiam virginem. Re vera illud est verũ ⁊ solũ gaudiũ qđ non de creatura sed creatore ꝯcipitur: qđ cuȝ possederis nemo tollet a te cui cõparata ois aliũde iocunditas meror est ois suauitas dolor est oẽ dulce amarũ oẽ decorũ fedũ: oẽ postremo quodcũqȝ delectare possit molestũ ⁊c̃. hec ille. Hanc facieȝ desiderabat Moyses videre. Exo.33. dicens. Ostẽde mihi faciem tuam. Et audiuit a domio. Ostẽdaȝ tibi oẽ bonum. ¶ Scđm gaudiũ erit videndo humanitatẽ xp̃i. Isa.33. Regem in decore suo videbũt Ber.. Plenũ prorsus oi suauitatis dulcedine videre hoiem hois conditorem. ¶ Tertiũ gaudiũ erit in ꝯsideratõe vnionis humane nature ad diuinã. Mirabile enim gaudiũ electis erit cũ agnoscent ꝙ frr eorum ẜm carnẽ verus deus est. Nota qñ aliquis est ꝓmotus in potentiã quantum gaudẽt ꝯsanguinei eius ⁊c̃. Eccl'iastes.xi. Dulce lumen ⁊ delectabile est oculis videre solẽ. ¶ Secunda beatitudo est firma tẽtio: cõprehendent enim beati deum in sefic currite vt cõprehendatis.i.cor.9. Non quidem cõprehensione tali ꝙ deus cõprehensus includatur in electis: quia hoc est impossibile intellectui creato. Augustinus ad Paulinum in libro de videndo deũ Attingere mente deum magna est beatitudo cõprehendere autem est impossibile. Sed cõprehendit anima beata deũ comprehensione tentionis: quia tenet eum ista fortiter ꝙ nunquam ab eo seperarari potest vnde. Cantico.3. dicit quilibet beatus. Inueni quem diligit anima mea tenui eum nec dimittam vide Tho.i.2.qõ.4.ar.3. ⁊ parte.i.q.12.ar.7. in responsione ad primũ hoc modo loquendi vtitur apostolus Philip.3. di. Sequor autem si quo modo comprehendã ⁊c. ¶ Tertia est delectabilis fruitio: quia anima fruitur deo: que quam delectabilis sit non posset exprimi. Si omnia membra humana conuerterentur in linguas. Possumus autem de hoc aliquid cõijcere ex scriptura ⁊ ex creatura. Ex scriptura quidem: nam Petrus aliquid mini

mum illius fruitionis gustauit: ⁊ statim inebriatus dixit. Dñe bonum est nos hic esse faci. hic tria. taber. ti. vnum moy. v. ⁊ he. v. nesciens quid diceret. vt dicitur Mat. 17. ⁊ Luč. 9. ¶ Ex creatura vero: nam videmus ꝙ fruitio creaturarum intantum delectat peccatores: ꝙ inebriantur ⁊ omnia postponant vt creaturam dilectam consequantur: etiam seipsos postergantes ⁊ exponentes periculis: sicut patet de luxurioso vt cõsequatur voluptates: de auaro vt consequatur diuitias: de superbo vt consequatur honores. quanto ergo magis delectat fruitio dei qui est fons infinitus oĩs bonitatis in cuius fruitione oĩa bona anima simul consequitur non sic in fruitione creature quia vnum tm̃ bonum consequitur fruens ⁊c. Ideo Dauid dicebat de eo qui aliquã minimam guttam gustabat de illa dulcetudine. Quã magna multitudo dulcedinis tue dñe quã abscondisti timentibus te ⁊c. Itez Aug⁹. Introducis me dñe in quãdam dulcedinem que si perficiatur in me si non est vita eterna: nescio quid sit aliud vita beata. Propter hanc martyres contempserũt vitam propriam: confessores mundum: virgines voluptates: ⁊ ceteri sancti omnes creaturas. Phil. 3. Omnia arbitror vt stercora. vt xp̃m lucrifaciaz ⁊ inueniar in illo. Et de Aug⁹ legiť ꝙ displicebat ei ꝗcꝗd agebat in seculo pre dulcedine dei ⁊ decore domus eius quam dilexit. ps. 3i. Gustate ⁊ videte qm̃ suauis est dñs. Beatus vir ꝗ sperat in eo. ¶ Quarta est creaturaruz cognitio: anima enim vnius rustici vel pueri baptizata plus in vita beata cognoscit de rebus diuinis ⁊ creatis: ꝙ̃ aliqͦs vnqꝫ theologus vel phs in hac vita longe clarius ⁊ certius. ¶ Notandum autem ꝙ anima separata beata potest habere triplicem cognitionem de creaturis. Unam per species acquisitas. si hic in pñti vita acquisiuit per scientiam. Alteram per spẽs infusas: etiam si sit anima pueri baptizati vel rustici.

¶ Tertiam per cognitionem in ṽbo: in quo relucent oĩum creaturaꝝ rõnes: sicut in speculo que vocanť ideo ⁊ sunt ipse de⁹ Jo. i. Qđ factum est in ipso vita erat. Et hec cognitio propter sui claritatem diciť matutina. Cognoscere autem creaturas in seipsis dicitur visio seu cognitio vespertina. Hac aũt visione in verbo dei omnia cognoscunt anime beate que ad sui gloriam pertinent. Nota ꝙ beatus Benedictus vidit totum mundum sub vno solis radio Greg. Quod est qđ non videant qui videntem omnia vident? Uide Tho. i. parte. q. i2. ar. 8.

¶ Quinta beatitudo que est prima respectu corporis glorificati est impassibilitas: qꝛ corpus nostꝝ erit imortale ⁊ ĩpassibile Isa. 25. Precipitabit dñs in sempiternum mortẽ ⁊ Apo. 20. Mors vltra nõ erit. Rõ ẽ: vt ꝯformemur xp̃o resurgẽti. Ro. 6. Xp̃s resurgẽs ex mortuis iã nõ moriť mors illi vltra nõ dñabiť ⁊c. Phil. 3. Saluatorem expectamus dñm nostꝝ Iesum xp̃m ꝗ reformabit corpus humilitatis nostre configuratũ corpori claritatis sue. Uide de hoc latius in sermone de articulis fidei que scripsi sermone. i6. Ubi agiť de qualitate corpoꝝ resurgendoꝝ. Hanc aũt beatitudinem mereñť electi propter virtutem patientie propter quã fuerũt quasi impassibiles in aduersitatibus sibi a deo ⁊ ab hoĩbus illatis Luč. 2i. In patientia vestra possi. animas vestras. ¶ Sexta beatitudo ⁊ scđa corporis glorificati est subtilitas. Hanc etiã beati habebũt per eandem rõnem vt ꝯformentur corpori xp̃i. qui vsus est hac beatitudine qñ exiuit de sacratissimo vtero virginis clauso. Item qñ exiuit de sepulcro ⁊ qñ ianuis clausis ingressus est ad aplos in locũ vbi erant congregati propter metum iudeorum Jo. 20. Hanc beatitudinem mereñť electi merito abstinentie seu temperantie ab omni voluptate ⁊ ab vsu quinqꝫ sensuũ seruantes affectus suos in puritate ꝑfecta ⁊ gratia. Prouerb. 4. Omni custodia serua cor tuũ: qꝛ ex ipso vita procedit.

¶ Septima beatitudo ⁊ tertia corporis est agilitas eadem ratione vt conformeñť corpori xp̃i qui vsus est hac beatitudine sine dote quando super maris procellas siccis pedibus ambulauit. Mat. i4. Et quando post resurrectionem de paradiso terre sunt in quo degebat: vt pleriqꝫ opinantur: subito aplis apparuit. Item in die ascensionis: quando immomẽto penetrauit celos. Hãc beatitudinem consequentur electi merito diligentie spiritualis quã habuerunt in ob

seruantia mandatoꝝ dei ⁊ in seruitio eius/
dem. Ideo dicit. 2. Paral'. 19. Agite dilige
ter ⁊ erit dñs vobiscum.
¶ Octaua beatitudo ⁊ quarta corporis est
claritas Mat. 13. Fulgebūt iusti sicut sol in
regno patris mei ⁊ hoc vt ꝯformemur chri
sto: q visus est hac beatitudine in transfigu
ratione sua quando resplenduit facies ei⁹
sicut sol: vestimenta aūt sicut nix Mat. 17.
⁊ Luc. 9. Istam beatitudinem consequent
electi merito castitatis. Naꝫ sicut castitas
facit hominem claꝝ in conscientia ⁊ in cor/
pore: ⁊ in fama: iuxta illud Sap. 4. O q̄
pulchra est casta generatio cū claritate: im/
mortalis est enim memoria illius ⁊c. sic cor/
pus erit claritatis beatitudine insigne.
¶ Nona beatitudo ⁊ prīa pertinēs ad cō
positum erit cōcordia ⁊ pax generalis. ps.
67. Qui habitare facit vnanimes i domo.
Isa. 9. Pacis non erit finis Ro. x. Nō est
regnum dei esca ⁊ potus sed iustitia ⁊ pax
⁊ gaudium in spū sancto. Triplex pax erit
in beatis. ¶ Prima pax superior cū deo.
¶ Scđa pax interior cū seipso. ¶ Tertia
pax exterior cum proximis: q: inter sanctos
erit magna pax. Isa. 32. Sedebit populus
meus in pulchritudine pacis ⁊ in taberna/
culis fiducie in requie opulēta. ps. Qui po
suit fines tuos pacem.
¶ Decima beatitudo ⁊ scđa compositi erit
habundantia vniuersalis: q: ibi totum desi
derium nostrum adimplebitur. ps. Qui re/
plet in bonis desiderium tuum. Appetitus
etiam hominis satiabitur. ps. Satiabor cū
apparuerit gloria tua: nec tamen ex satieta
te ipsa fastidium generabit. Greg. Satiati
desiderabimus: ne sacietas generet fastidiū
desiderantes satiabimur ne cum anxietate
sit desideriū. Econtra. In inferno erit con
tinua penuria bonoꝝ: perpetua fames ⁊ si/
tis: sicut patet. in diuite epulone. qui in siti
sua postulans guttam aque non potuit ob
tinere. Luc. 16. Isa. 65. Pro eo ꝙ vocaui
⁊ non respondistis locutus sum ⁊ non audi
stis me. propter hoc hec dicit dominus de⁹
ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis. ec/
ce serui mei bibent ⁊ vos sitietis: ⁊ ecce ser/
ui mei letabuntur ⁊ vos cōfundemini. Igi
tur beati satiant in mensa domini. Luc. 22.
Ego dispono vobis sicut dispo. mihi pater
meus vt eda. ⁊ biba. super men. meam in re
gno meo. Nota sicut disposuit mihi pater
non aliter disposuit pater filium suum in/
trare in regnum dei quantum ad gloriam
corporis: nisi per passionem ⁊ mortem Luc.
vltimo. Nonne sic oportuit xp̄m pati ⁊ ita
intrare in gloriam suam. Sic ⁊ nos si volu/
mus in hanc abundantiam regni celestis in
trare. oportet ꝙ christo patienti conforme/
mur. Ro. 8. Ipse spiritus testimonium red/
dit spiritui nostro. quod scimus filij dei ⁊
heredes. Heredes quidem dei: coheredes
autem christi. Si tamen compatimur vt ⁊
conglorificemur. Item Act. 14. Per mul/
tas tribulationes oportet nos introire in re
gnum dei.
¶ Undecima beatitudo que est tertia dos
coniuncti erit plena iocunditas: quia d' om
nibus gaudebunt beati. ¶ Primo gaude
bunt de beata trinitate vt dixi supra eodē
sermone parte. i. ¶ Scđo de iocunda socie/
tate. ¶ Tertio de loci amenitate. ¶ Quar/
to de seipsis. ¶ Quinto de damnatis. ps.
Letabitur iustus cum viderit vindictā ⁊c.
Isa. 35. ⁊ 51. Letitia sempiterna super capi/
ta eorum gaudium ⁊ letitiam obtinebunt
⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. Quam magnū
autem sit gaudium notatur: cum dicit do/
minus. Euge serue bone ⁊ fidelis: quia in
pauca fuisti fidelis super multa te constituā
intra in gaudium domini tui. Mat. 25. In
verbo intrandi innuitur magnitudo gau/
dij: quod hominem vndiqꝫ cinget. Itē Io.
16. Iterum videbo vos ⁊ gaudebit cor ve/
strum ⁊ gaudium vestrum nemo tollet a vo
bis. ps. Torrente voluptatis tue potabis
eos.
¶ Duodecima beatitudo ⁊ quarta coniū/
cti est certa perpetuitas. Mat. 25. Ibunt
hij in supplicium eternum: iusti autem in vi
tam eternam: ad quam perducat ille qui
pro nobis mori dignatus est. Deo
Gratias. Amen.

¶ Quomodo ⁊ quantum sit magnum
regnum dei. Sermo. 21.



Adueniat regnum tuum. Supra ſmone primo dictū est qd sit ⁊ in quo ↄsistit regnū dei. Modo seqtur considerare q̄tum. i. quā magnū sit illud. Salutet ꝓgo maria ⁊c̄. Ad instructionē igit̄ eoꝝ q pēnas nō habēt ad uolandū: qui dicit cū Dauid. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbe ⁊ volabo ⁊ regescaꝫ. De magnitudine glorie regni dei notandū: ꝙ impossibile est pfecte scire in hac pñti vita magnitudinē glorie: iuxta illud. i. Cor. 2. Oculus non vidit: nec auris audiuit nec in coꝛ hois ascendit q̄ pre parauit deus diligentibus se: nisi ex reuelatione diuina alicui spāliter cōcedatur sicut Paulo. Ideo subdit ibi dicens. Nobis āt reuelauit deus per spūm suū: fuit. n. raptus vsqꝫ ad tertium celū. i. vsqꝫ ad visionē diuine essentie ⁊ vidit archana dei. i. gloriā dei sicut aie beate vident. Nihilominus possumus aliqualiter conijcere ex rōnibus multis ꝙ illa gloria illius regni dei est maxima Ad hoc valere pñt. 14. rōnes qbus agnoscere possumus: qꝛ lꝫ fideles electi in hac vita sint humiles ⁊ abiecti: tñ in futura vita magna erit gloria eoꝝ: iuxta illd ps. Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat ⁊ hu. re. in ce. ⁊ in terra. Suscitās a ter. ino. ⁊ d ster. eri. pau. vt col. eū cū pri. cū pri. ppl'i sui. Itē alibi. Et scitote qm̄ mirificauit dñs sctūm suum. ❡ Prima rō sumit̄ ex parte munificentie diuinalis. Cum. n. deus sācta trinitas sit fons infinitus ois bonitatis natura aūt ois bonitatis sit cōicabilis: seqtur ꝙ ad diuinā magnificentiam. ptinet se cōicare quātū pōt res cui cōicatur esse capax: quanto enim persona dans aliquod donū est nobilioꝛ ⁊ excellentioꝛ: tanto eam decet excellentius ⁊ nobilius donum conferre. Quia ergo ipse deus est infinite excellētie dignitatis ⁊ liberalitatis: decuit ipsum conferre infinitum donum. In deo autem tria sunt essentia persona ⁊ gloria. persona autem diuina non est cōmunicabilis: quia persona est rōnalis creature indiuidua substātia: essentiam vero decuit ipsam cōmunicare: qa vt ait Boetius. Nullius boni sine socio pōt esse iocunda possessio. Hanc ergo essentiam deus pater cōmunicauit filio ⁊ spūi sancto. Restabat ergo cōmunicare gloriam suam creaturis illis que sunt glie sue capaces. cuiusmodi sunt angeli ⁊ hoies: q sunt participes libertatis arbitrij. Et hoc ergo sequitur ꝙ gloria electis fidelibus reseruata sit maxima: ex quo est q̄dam participatio glorie diuine: propter quā participationem glorie dicimur similes deo. Io. 3. Filij dei sumus: sed notandū apparuit quid erimus: cum autem apparuerit similes ei erimus: propter hoc dñs ipsam gloriaꝫ vocat cenam magnam. Luc̄. 14. Homo quidam fecit cenam magnam ⁊c̄. Hanc rōnem tangit Petrus. 2. Pet. i. Dicens. per quem. s. Iesum xp̄m deus maxima ⁊ preciosa beneficia nobis donauit: vt per hoc efficiamini diuine cōsortes nature. Dicimur diuine cōsortes nature non ꝙ proprie sed ſm quādam similitudinem: sicut declarat Tho. pte i. q. 13. ar. 9. ⁊ dictum est supra sermone. 23. ar. i. in introitu: propter hanc etiam glorie diuine participationem dicimur filij ⁊ heredes dei: coheredes autem xp̄i.

❡ Scd̄a ratio sumitur ex parte medij ꝙ diuina bonitas ordinauit ad nobis huiusmodi gloriā conferendā: quod medium maximum fuit. Misit enim deus filium suum factum ex muliere factum sub lege Gal. 4. O q̄ꝫ maxima res est incarnatio filij dei ⁊ q̄ꝫ maxima ⁊ glo'sa fuerunt ea que ipse filius dei fecit. Igitur si tam maximum fuit opus istud qd fecit deus pro gloria conferenda. Manifesto patet ꝙ ipsa gloria electoꝝ maxima est: ne alias dici possit. Parturient montes nascetur ridiculus mus. Oratius in arte poetica. Ideo dicit dñs. Io. 3. Sic deus dilexit mundum vt filium suū vnigenitum daret: vt ois qui credit in eum nō pereat sed habeat vitam eternam. Item ecclesia. O ineffabilis dilectio charitatis. vt seruum redimeres filiuꝫ tradidisti. Ro. 8. Deꝰ proprio filio non pepercit sed pro nobis oibus tradidit illum: quinimmo non etiam cum illo omnia nobis donauit.

❡ Tertia ratio sumitur ex parte meriti ipsius filij dei incarnati. qd meritum fuit infinitum. Multa enim ineffabilia opera fe-

est xp̄s ex quibus in infinitum merebatur: non qdem pro se: sed pro nobis: presertim opus passionis ꝛ mortis. Manifestum est autem: ꝙ premium debet esse equalens merito: cum igit̄ meritū xp̄i pro nobis fuit maximum: seqtur ꝙ maximum debet esse premium glorie qḋ nobis ex merito suo est cōferendum. ¶ Quarta sumitur ex parte meriti nostri. nam opera bona a nobis facta dum sumus in gratia constituti procedūt a duobus principijs. Unum est principiū creatum qḋ est libertas arbitrij eligens illud opus bonum: ꝛ ſm hoc non merentur opera nostra premium vite eterne. Ro. 8. Non sunt condigne passiones huius tēporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis: ꝛ ex hoc habemus quāta sit illa gloria electis preparata: quādoqdem propter nulla opera nostra. quāuis maxima possumus illam acquirere nec mereri. Aliud est principium increatum: ꝙ est spūs sanctus qui per gratiam gratū facientem mouet liberum arbitrium ad bene operandum: sicut sessor mouet equum. Ro. 8. Qui spiritu dei aguntur hij filij sunt dei: non est volentis neqꝫ currētis: sed miserentis est dei Ro. 9. Et dn̄s dicit Jo. 5. Sine me nihil potestis facere. s. meritoriū ꝛc̄. Et hoc respectu: opera nostra in gratia facta habent ꝙ merent̄ premium infinitum: sic enim valor meriti attenditur ſm virtutem spūs sancti mouentis nos in vitam eternam: gratia etiam dei qua formaliter mouemur ab ipso spū sancto infinita est: iuxta illud Sap̄. 7. Infinitus. n. thesaurus est hoib⁹: quo qui vsi sunt participes facti sūt amicitie dei: ꝛ sic ex hoc habent opera nostra ꝙ maximum p̄mium merentur: ergo maxima erit gloria quā electi hn̄t in vita beata. Dignus est. n. operarius mercede sua. Luc̄. x. Ideo pōt dicere qlibꝫ fidelis in gratia constitutus cum Paulo Bonum certamen certaui: cursum consummaui: fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitie quā reddet mihi dn̄s in illo die iustus iudex. 2. Thi. 4.

ta illud Act. i. Cepit Jesus facere ⁊ docere.
¶ Primũ est cõsilium pauꝑtatis volunta-
rie q̃ cõsistit in abiectione ꝓprietatis oium
reꝝ tpalium. Unde dixit. Beati pauperes
spũ qm̃ ipsoꝝ est regnuz celoꝝ Mat. 5. No
ta spũ. i. voluntate: q2 multi sunt pauꝑes ex
necessitate: sed pauꝑtas voluntaria est feli-
citas. Pauꝑtas si leta venit ditissima res
est. Est ditissima ꝑpter bonũ pacis: qḋ in
hac vita cõseqt: ⁊ bonum futuꝝ in futura.
Unde dñs Mat. 19. Ois qui reliquerit do
mum. vel fratres. aut sorores. aut patrẽ. aut
matrẽ. aut filios. aut vxorem. aut agros pro
pter nomẽ meũ: centuplũ accipiet. s. in hac
vita. ⁊ vitã eternã possidebit. Nota hysto-
riam que habet ibi de illo interrogãte xp̃z
d. Magr̃ bone qd boni faciã: vt hẽam vi-
tam eternã: ⁊ xp̃s ad eum. Si vis ingt ad
vitã ingredi serua mãdata: ⁊ infra. Si vis
ꝑfectus esse: vende oia que hẽs ⁊ da pau-
peribus ⁊ hẽbis thesauꝝ in celo ⁊ veni se-
quere me. Et postea iterrogãte Petro. Ec-
ce nos reliquim⁹ oia ⁊ sequuti sumus te
qd ergo erit nobis? Rñdit Jesus ⁊c. Nota
q̃ñ hodie nõ est fides in hoibus: q2 siquis
diceret tibi da. io. ⁊ accipies mille ⁊ ecce in

stramentū: statim pmptus dares: sed ppē vitam eternam nō das: qꝛ xpo non credis pz ergo primum ꝯsiliū. Istud adimpleuit christus ēt facto: qꝛ de paupere conceptus virgine: fuit pauper: ꝛ in paupere loco natus: ꝛ paup ꝯuersatus Mat. 8. Uulpes foueas hñt ꝛ vo. ce. nidos fi. au. ho. nō ha. vbi caput suū reclinet. Paup mortuus qꝛ nudus nō in lecto: sed in cruce. paup sepultus in nō suo: sed Joseph abarimathia sepulchro. pauper etiā in veste: qꝛ vnica veste. s. in consutili quā sibi fecit beata virgo mater sua a pueritia eius. Itēq̄ꝫ postq̄ꝫ predicauerant q̄sq̄ꝫ circūspectis oibus rece debat. vt dicitur Mat. xi. Hec āt faciebat vt videret si aliqs eum inuitasset ad prandium. Ideo dicit Zacha. 9. Exulta filia syō iubila filia Jerl'm: ecce rex tuus venit tibi iustus. ꝛ saluatoꝛ ꝛ ipse paup ꝛc. ps. Paup sum ego ꝛ in laboribus a iuuentute mea. Patet ergo primum consilium.

¶ Scd'm consilium fuit de castitate Mat. 19. Sunt eunuchi qui seipsos eneuchizauerunt ppter regnum celoꝝ qui potest capere capiat. Et hoc nō debet intelligi ad sensum quē littera sonat sicut fecerunt illi duo de qbus legitur in vitis patrum. Sed spūaliter eunuchum se facere intelligitur qui caste intendit viuere. i. sine vxore vel viro: hoc aūt nō est preceptum sed ꝯsilium. i. Coꝛ. 7. De virginibus aūt preceptum dñi nō habeo: cōsilium aūt do ꝛc. Et ita qui mr̄imonio iungit virginem suā bene facit. ꝛ q non iungit melius facit. Istud cōsilium quomodo seruauerit christus. lꝫ supfluum proseq videatur. tñ vide supra sermone 3° vbi agitur vtrum christus seruauerit legem scriptu re quantum ad precepta moralia pte. 6.

¶ Tertium consiliū fuit de obedientia vniuersali. vnde dixit Mat. 23. Sup cathedra Moysi sederunt scribe ꝛ pharisei: oia ergo quecūq̄ꝫ dixerint vobis facite ꝛ suate: s'm vero opera eoꝝ nolite facere ꝛc. Ubi dat intelligi ꝙ obedientia debetur nō solū bonis prelatis sed etiā malis dūmodo iusta precipiant ꝛ concordat Petrus. d. Subiecti estote oī humane creature propter deū siue regi quasi excellēti siue ducibus tanq̄ꝫ ab eo missis: ꝛ infra seruí subditi estote: in omni timore dñis non tantum bonis ꝛ modestis sed etiam discolis. i. Pet. 2. Et hoc verum est. vt dixi. quando iusta precipiunt alias obediendum est magis deo q̄ꝫ hoībus. Act. 5. ꝛ habet. xi. q. 3. Si dñs ꝛ c. Qui resistit potestati dei ordinationi resistit ꝛ c. Julianus. vbi dicitur Julianus imperatoꝛ q̄uis esset apostata: habuit tñ christianos sub se milites qbus cum dicebat producite aciem pro defensione reipublice obediūt ei. Cum aūt diceret eis: pducite arma in christianos: tūc cognoscebant impatorem celi.

¶ Istud aūt preceptum vel consilium diuersis respectibus. ꝛ s'm intentionē ipsius prelati precipientis expresse vel consulētis. Dic per Tho. 22. q. 104. art. 5. Quomodo aūt hoc cōsilium facto christus impleuit. patet ex eo ꝙ erat subdit⁹ deo patri a deo ꝙ potius voluit perdere vitam. q̄ꝫ obedientiā Jo. 8. Que placita sunt ei facio semp. Item Luc. 2. Erat subditus illis. Nota qđ erat puer ibat ad fontem pro aqua hauriē da. Uide supra sermone. 3. parte. 4.

¶ Quartum consilium est de mansuetudine. Mat. 5. Siquis te percusserit in vna maxilla prebe ei ꝛ alteram. quod intelligitur quātum ad preparationem animi. vt expo nit Aug⁹. 23. q. i. Paratus. ꝛ Tho. sup Jo. Super eo quod dicitur tēpore passionis christi ꝙ christum existentem ante Annam vnus de seruis eum alapa percussit. Uide supra sermone proximo in fine. ꝛ hoc respe ctu lesionis corporalis. Sed ꝛ idem est respectu oblationis rerum cum dixit qui vult tecum in iudicio contendere. ꝛ tunicam tollere dimitte ei ꝛ pallium. ¶ Hoc consilium christus ꝛ facto adīpleuit quando se a diabolo tentari permisit Mat. 4. Item quādo mansuetudinem habuit in tot contumelijs ꝛ opprobrijs sibi a iudeis illatis. Unde ꝛ ligari se permisit. ꝛ flagellari. alapis cedi ꝛ colaphizari ꝛ tandem crucifigi. Unde ipse per os Isa. dicit. Coꝛpus meū dedi percu tiem cibus ꝛ genas meas vellentibus faciē meam non auerti ab in. 29. in me Isa. 5.

¶ Quintum consiliū est amoris ꝛ dilectionis. Mat. 5. ꝛ Luc. 6. Diligite inimicos vestros benefacite hijs qui persequūtur vos quod quomodo intelligatur declarat Tho. 22. q. 25. art. 8. ꝛ 9. Ubi conclusiue dicit. ꝙ quādoq̄ꝫ diligere inimicum est contra cha-

ritatem. quádoqꝫ est de necessitate charitatis. quádoqꝫ ⁊ tertio est de perfectione charitatis. ¶ Malum est ⁊ contra charitatem diligere inimicum inquátum est inimicus. Unde. 2. Re. 19. Exprobádo dicitur ad David Diligis odientes te. ⁊ odio habes diligentes te. Ad necessitatem vero charitatis est diligere inimicos quátum ad naturam ⁊ in vniuersali. Nam aliquis diligens deuꝫ ⁊ proximum ab illa generalitate dilectiõis inimicos suos non debet excludere. De perfectione vero charitatis est moueri ad dilectionem inimicoꝝ spáli motu dilectiõis. hoc enim non est de necessitate charitatis. nisi sm preparationeꝫ animi vt. s. homo habeat aíum paratum ad hoc: ꝙ in singulari inimicum diligeret. si necessitas occurreret. Sed ꝙ absqꝫ articulo necessitatis homo etiam hoc actu impleat vt diligat inimicuꝫ propter deum. hoc pertinet ad perfectioneꝫ charitatis. Et sicut dictum est de affectu charitatis ita etiam est dicendũ de effectu. Unde sicut dilectio interior ad inimicum in cõi quidem est de necessitate precepti absolute. In spáli vero non absolute: sed sm preparationem animi vt dictum est. Sic ⁊ dicendum est de effectu vel signo dilectionis exterius exhibendo. Unde signa vel beneficia que exhibentur proximis in cõi de necessitate precepti charitatis exhibenda sunt etiam inimicis: puta cuꝫ quis orat pro omnibus fidelibus vel pro toto populo: aut cum aliquis beneficium impendit toti cõmunitati ⁊ huius alias pertineret ad liuorem vindicte: quod est contra illud qđ legitur Leuitici. 19. Non queras vltionem. ⁊ non eris memor iniurie ciuium tuorum: sicut fecit David inimico suo. Sauli: quando ipso saule purgante ventrẽ precidit orá clamidis ⁊c. ⁊ nõ occidit eum. 1. Re. 24. Vide hystoriam. Signa vero dilectionis vel beneficia que quis exhibet particulariter aliquibus personis non est de necessitate charitatis exhibere inimicis: nisi sm preparationem animi vt. s. subueniatur eis in articulo necessitatis. sm illud Prouer. 25. Si esurierit inimicus tuus ciba illum ⁊ si sitit potum da illi. vel quando inimicus veniam petit. Unde ex hoc videtur. ꝙ quádo inimicus salutat te tu tenearis eum resalutare: vel loqui si tibi loquat: quia hoc ⁊ ceteris omnibus facis. Sed ꝙ preter articulum necessitatis huiusmodi beneficia aliquis inimicis exhibeat: pertinet ad perfectionem charitatis. sm Tho. vbi supra. hoc aũt consilium christus seruauit. Unde ⁊ orauit ꝓ crucifigentib9 eũ di. Pater igno. il. ⁊c. Luc. 23. ps. Cum hijs qui oderunt pacem eram pacificus ⁊c.

¶ Sextum consilium est misericordie. ⁊ super erogationis. vt est illud omnipotenti se tribue. Luc. 6. Item Luc. xi. Quod super est date elemosynam. ⁊ ecce omnia munda sunt vobis. hoc autem est de necessitate salutis de superfluo dare indigenti sed de nõ superfluo est consiliũ. vide ꝙ scripsi in materia de elemosyna. hoc autem consilium dominus etiam adimpleuit: quia dedit quicquid habuit nobis indigentibus. s. animaꝫ in meritum nostrum. corpus ⁊ sanguineꝫ in eucharistiam vitam in cruce. ⁊ diuinitateꝫ in obiectum beatitudinis. se nascens dedit socium conuescens in edulium: se moriens. in precium: se regnans dat in premiuꝫ dicit Tho. in offi. corporis christi.

¶ Septimum consilium dedit de simplicitate locutionis cum dixit. Ego autem dico: dico vobis nolite iurare omnino: ⁊ infra. Si autem sermo vester est est non non. ꝙ autem amplius est a malo est. prohibuit autem dominus iuramentum. non tanqꝫ malum: sed vt facilius a periurio caueremus. ¶ Hoc autem consilium christus adimpleuit: quia nunquã iurabat: sed semper dicebat. Amen dico vobis. vel bis amẽ. vide supra sermone. 3. parte scđa.

¶ Septimum consilium est de fraterna correctione Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipsum solum. hoc autem quandoqꝫ est preceptum s. pro mortalibus. Sed quia est affirmatiuũ obligat quidem semper: sed non ad semper sed pro loco ⁊ tempore. quando. s. vacat ⁊ licet ⁊ creditur ꝙ vtilis sit correctio. quandoqꝫ est consilium quando. s. quis corripit pro venialibus. Cum autem quis ex odio accusaret aliquẽ ad infamandum ⁊ non ad corrigendum: mortaliter peccaret.

¶ Hoc ꝯsiliũ christus seruauit. qñ corripiebat phariseos ⁊ scribas. d. Ue vobis scribe ⁊ pharisei ⁊c̃. Mat. 23. Itẽ qñ rephendit Petrũ dicentẽ sibi q̃ nõ moreref. Mat. 16. Itẽ Mat. 15. Rephendit aplos. d. Adhuc vos sine intellectu estis. Uñ i quadã epl'a de figura corpis christi dicit. q̃ erat in increpatione terribilis.

¶ Nonũ ꝯsilium est de vitanda occasione peccandi Mat. 18. Si oculus tuus scandalizat te erue eũ ⁊c̃. q̃ nõ est intelligendũ ad lram ſm Aug. Sed de occasione peccandi declara vt scripsi dñica. 2. post festum trinitatis ſmone. 6. qui incipit. Diligamus ope ⁊ veritatis p. 2. Hoc ꝯsilium christus non indigebat iplere: q₂ peccare nõ poterat˜ euitabat tñ q̃ñq₃ occasionẽ peccandi in alijs: puta qñ voluerunt ꝯciues sui eũ ꝑcipitare. Jesus aũt transiens ꝑ medium illoꝝ ibat Luc. 4. Itẽ qñ abscondit se vt nõ lapidaref. Jo. 8. Itẽ qñ abijt in ciuitatẽ effren ⁊c̃. Jo. xi. Itẽ qñ nõ credebat se oĩbus. Jo. 2.

¶ Decimum ꝯsiliũ est de ꝯformitate opis ac doctrine Mat. 23. Alligãt aũt onera grauia ⁊ iportabilia. digito aũt suo nolunt ea mouere. dicunt enim ⁊ nõ faciunt. ¶ Itez ypocrita: eice primũ trabem de oculo tuo. ¶ Ubi nota. q̃ malus hõ ꝑdicando peccat mortal'r. siue in pctõ notorio. siue hoc faciat ex necessitate officij: siue voluntarie hoc est ꝑceptum loquẽdo de mortalibus q̃ ꝑdicator ⁊ iudex d₃ cauere vt rectus predicet: sed ꝯsilium est: loquẽdo de venialibus. Si vero in occulto: adhuc peccat si nõ studet ex suo dicto cõpungi: q₂ videt ꝯtẽnere. Tho aũt in. 4. di. 19. q. 2. ar. 2. q. 2. ad quartum. Dicit q̃ christus in peccato mortali si ꝑdicat: peccat mortal'r siue sit notoriu₃ siue occultũ. pro hoc facit tex. Ro. 2. In quo. n. aliũ iudicas teipsum ꝯdẽnas. ¶ Hoc cõsilium christus adimpleuit: q₂ nihil predicauit q̃ nõ prius in seipso cõpleuerit Act. i. Cepit iesus facere ⁊ docere. Uñ predicabat humilitatẽ quã in se prius habuit. predicabat patientiã charitatẽ ⁊ ceteras virtutes quibus repletus erat Jo. i. Plenu₃ gratie ⁊ veritatis.

¶ Undecimum ꝯsilium est de vitanda sollicitudine tẽporalium. Mat. 6. Nolite solliciti esse. di. quid mã. aut quid bibe. ⁊c̃. Item nolite cogitare de crastino. ¶ Nota q̃ triplex est sollicitudo: vna est laudabilis ⁊ est prudentia spũalis. i. Cor. 7. Qui sine vxore est sollicitus est: que sunt dei ⁊ quõ placeat deo. Ro. 12. Qui preest in sollicitudine. Secũda est tolerabilis: quo ad corpus Luc. 10. Martha martha sollicita es ⁊c̃. ¶ Tertia est vituperabilis: ⁊ supflua thesaurizando quo ad auaritiã. Eccl's. 2. Peccatori dedit deus afflictionẽ ⁊ curam superfluã: vt addat ⁊ ꝯgreget: ⁊ hec vanitas ⁊ cassa sollicitudo mẽtis. Prima percipitur. Scđa ꝑmittitur. Tertia ꝓhibetur. ¶ Hoc etiã cõsilium christus ipleuit: q₂ nihil terrenũ querebat. Mat. 8. Uulpes foueas hñt ⁊c̃.

¶ Duodecimũ ꝯsilium est de rectitudine intentionis ⁊ simplicitate finis. Mat. 5. Attẽdite ne iustitiam vestram faciatis corã hõ. vt vi. ab eis. Item nesciat sinistra tua ⁊c̃. Nota. ꝯ illos qui faciũt pingi arma in paramẽtis ecclesiasticis vel ornamentis ⁊c̃. Canunt eni₃ tuba ante se: hoc est preceptũ q̃ gloria mundana ꝑncipaliter nõ queraf: tanq₃ finis: al's est ꝯsilium: hoc ꝯsilium xp̃s ipleuit Jo. 4. Meus cibus est vt faciã voluntatẽ e ius qui misit me.

Deo gratias. Amen.

¶ Utrum nos seruare debemus ꝑcepta legalia. Sermo. 6.



Ic currite ⁊c̃

Uiso supra sermonibus ꝓximis duob⁹ quõ christ⁹ seruauit legalia veteris legis: nunc vidẽdũ est vtrũ nos eadẽ seruare debeamus. Et videt prima facie q̃ sic. Omis eni₃ christi actio nostra est instructio. Exẽplũ eni₃ dedi vobis ⁊c̃. s₃ christus illa ſuauit. Uñ ait Mat. 5. Nõ veni soluere legẽ sed adiplere. ergo ⁊ nos ⁊c̃. Preterea etiã ipsi apl'i legalia seruauerũt post christi ascẽsionẽ. sicut p₃ de principib⁹ aploꝝ Petro ⁊ Paulo. de Petro: p₃ Gal. 2. De Paulo etiã Act. 16. q̃ Paulus existẽs iudeus ⁊ Justus circũcidit Thimotheũ. In ꝯtrium est veritas. Nã apl'i ꝯgregato ꝯcilio hierosolymis sup circũcisiõis obseruatione ⁊ legalibus. de q̃bus q̃dã ex iudeis ꝯuersi ad fidẽ christi dogmatizabant oportere circũcidi ⁊ seruare legẽ moysi de-

terminauerunt cõtrarium. Unde et miserũt antiochiã paulum et barnabã iudã et silaz scribentes in h verba. Uisum est spũi scõ et nobis nihil vltra imponere vobis oneris q̃ hec necessaria vt abstineatis vos ab imolatis simulacrorũ et sanguine et suffocato. et fornicatione et ea que vobis fieri non vultis aliq nõ feceritis etc. Act. 15. Itẽ Apostolus Gal. 5. Ecce ego Paulus dico vobis q̃m circũcidimini xp̃s nihil proderit vobis. ¶ Hoc etiã pz in visione et reuelatiõe facta petro Act. x. vbi dictũ est sibi. Quod deus purificauit: tu ne cõe dixeris. Itẽ Ro. 14. Scio et cõfido in dño Iesu qz nihil cõe per ip̃m. nihil ei qui existimat qd cõe esse illi cõe est. ¶ Item dñs hoc innuit cum dixit Io. 4. Uenit hora in qua neq̧ in monte hoc neq̧ ierosolymis adorabitis patrẽ etc. Multe etiã alie auctoritates ad hoc adduci possent quas gratia breuitatis omitto. Ut ergo ista materia clarius elucescat. notandũ q legalia veteris legis superueniente lege euãgelica cessare debuerunt quadruplici rõne que ex veteri et nouo testõ colligr.

¶ Prima est qz erant in efficacia ad hois iustificationem.

¶ Secũda est qz erant vmbratica ad veritatis manifestationem.

¶ Tertia est qz sunt reuocata per nouam dispositionem.

¶ Quarta est qz sunt terminata per adimplectionem.

Alia rõ qz erant impossibilia siue insufficientia ad eternã saluationẽ. de hac rõe. 5. vide infra sermone primo pte. 3. sed h põt reduci ad primã. ¶ Prima ergo ratio etc. Sacrificia. n. veteris legis. siue holocausta siue pacifica siue alie cerimonie. nõ conferebant grãm gratum facientẽ. et pñter nec iustificabant mundãdo a pctis Ro. 3. Iustificati gratis per grãm ipsius nec vitã eternam conferebant: nõ. n. per legem erat grã sed per fidez. Unius mediatoris Iesu christi. et hoc probatur auctoritatibus veteris et noui testamenti. Sed anteq̧ has rões videamus posset aliquis querere quõ fides christi venturi poterat iustificare eum christus nondũ venerat et effectus nõ est prior causa sua: Ideo pro rñsione notandum. q ẽm nullum tp̃s. nullus saluabat nisi p christum. Act. 4. Nec. n. aliud nomen sub celo datum est hoibus in quo oporteat nos saluos fieri. Ista aũt salus põt dupliciter hoibus applicari. Uno modo per fidẽ: et sic per xp̃m saluabantur patres veteris testamẽti s. per fidem christi venturi. aliquid enim anteq̧ sit in effectu bene mouet ẽm actũ anime sicut finis mouet agentem. credere vero est actus anime. ¶ Alio modo applicatur salus per sacramenta hoibus adhibita que sunt nostre sanctificationis instrumenta separata tamen sicut. n. hedificationis materialis artifex est causa efficiens principalis manus vero eius instrumentalis cõiuncta: securis vero separata. sic in sanctificatione per grãm deitas est causa efficiens. principalis humanitas christi sicut instrumentuz coniunctũ. Sacramenta vero noue legis. sicut instrumenta separata recipiẽtia ad hoc virtutem a deo mediante humanitate xp̃i: sicut securis agit in edificationem pmotionem artificis mediãte manu que est instrumentum coniunctũ: talis aũt virtus dei seu actio non fuit in sacramentis veteris legis que non poterant habere virtutem talẽ ab humanitate xp̃i futura: qa causa effectiua nõ est posterior suo effectu. Et iõ dicit apl's Ro. 8. Nã qd impossibile erat legi in quo infirmabat p carnẽ deus filiũ suũ mittẽs i silitudinẽ carnis pcti. de pctõ dãnauit pctm̃ in carne vt iustificatio legis impleretur in nobis etc. p̃dicta ponit Nicolaus de lyra sup eplas. Ro. 3. Ad idẽ vide p eũdẽ Nicolaũ i phemio sup epla ad Hebre. et c. x. Eiusdẽ eple. Uideamus ergo nũc auctoritatem et primo veteris testamẽti vt cõfundant iudei. Primo enim habet Gen. 22. In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Nota in semine tuo. i. in xp̃o benedicentur. i. eternam beatitudinem consequentur oẽs gentes: nõ ergo tantum iudei. Ex hac ergo auctoritate pbatur q benedictio. i. gratie collatio que conferenda erat gentibus et toti mundo erat conferenda per semen habrae i. xp̃m. nõ ergo per legem. non enim dixit in lege sed in semine tuo. alioquin sequeretur triplex inconueniens.

¶ Primum q promissio dei facta habrae

de qua supra fuisset irritata per legem. naꝫ
si per legem fuisset benedictio dei collata
iam nõ per semen habrae: sed per legem fu/
isset benedictio: ⁊ sic sequeretur ꝙ lex fru/
strasset promissionem dei factam habrae
quod est inconueniens. Unde Apostolus
Gal. 3. Lex ergo aduersus ꝓmissa dei absit
Hanc ratione͂ iam dictam ponit ibi Ap̄ls.
¶ Scd̄m incõueniens sequeret̃ ꝙ soluꝫ iu
deis benedictio .i. gratie collatio daretur.
nõ aũt gentibus: q̄2 lex solum iudeis data
est. ps̄. Qui annunciant verbũ suũ Jacob
iusti. ⁊ iu. sua israel nõ fecit tal'r omni na/
tioni. Si ergo per lege͂ data fuisset benedi
ctio sicut lex solum iudeis data est: sic ⁊ bñ
dictio: ⁊ hoc est ꝯ auctem allegatã vbi dr̃:
ꝙ in semine tuo benedicent̃ omnes ge͂tes.
ergo nõ solum iudei. ⁊ ꝯcor. Jsa. 49. Ubi
introducit patre͂ loque͂tem ad filiuꝫ .d. Pa/
rum est vt sis mihi seruus ad suscitandas
tribus Jacob ⁊ feces israel ꝯuertendas de
di te in lucem gentiũ: vt sis salus mea: vsq̄
ad extremũ terre. Jtem ps̄. Uiderunt oe͂s
fines terre salutare dei nostri. Jte͂ alibi oe͂s
gentes quascũq̄ fecisti venie͂t ⁊ adorabũt
coram te dñe: ⁊ glorificabunt nomen tuũ:
⁊ ꝯcor. Jsa. 2. Ecce dies veniunt dicit dñs.
Et infra erit mõs domus domini in uertice
montium ⁊ eleuabit̃ super colles ⁊ flue͂t ad
eum omnes gentes.

¶ Tertiũ incõueniens sequeret̃: ꝙ si ꝑ le/
gem gratia data fuisset frustra xp̄s mortu/
us fuisset: iuxta illud Ap̄li Gal. 2. Si enim
ꝑ legem iustitia. Ergo xp̄s gratis mortuus
est. Nota gratis .i. frustra ⁊ sine causa. Pa
tet ergo ꝙ nõ ꝑ lege͂ data est gratia iusti/
ficãs sed per fide͂ christi. Jdeo Geñ. 12. Di/
xit deus habrae in te benedicent̃ omnes
ge͂tes. Nota in te .i. in imitatione fidei tue.
Jtem Geñ. 15. Credidit habraam deo ⁊ re/
putatuꝫ est illi ad iustitiã. Nota credidit.
Fuit ergo iustificatus Habraã ꝑ fide͂ an/
teq̄ reciperet circũcisione͂: per qd̄ probatur
etiã ꝙ nõ ꝑ legem esset iustificatio sed ꝑ fi/
de͂ iesu christi. Unn̄ Abachuc. 2. Justus aũt
meus in fide sua viuet: ⁊ ꝯcor. Ap̄ls Ro. 4.
¶ Scd̄a auctas ad idem Leui. 4. ⁊ 5. vbi
dicitur. ꝙ in oblatione hostiaꝝ pro peccato
orabit pro eo .s. offerente sacerdos: ⁊ dimit/
tetur ei: ex quo innuitur: ꝙ peccatũ nõ di/
mittebat̃ ex ui sacrificioꝝ: sed ex fide ⁊ de
uotione offerentiũ. hanc rõne͂ ponit Tho.
1. 2. q. 103. ar. 2. ¶ Tertia auctas ad ideꝫ. ps̄
50. Postq̄ enim Dauid peccauit cõuersus
ad penitentiã dixit. Qm̄ si voluisses sacri/
ficium dedissem holo. non delec. sacrificiuꝫ
deo spiritus ꝯtribulatus cor ꝯtri. ⁊ humi.
deus nõ despicies. Nota holocaustis non
delec. Si enim ꝑ holocausta fuisset gratia
collata: ⁊ ꝯsequenter iustificatio facta non
vtiq̄ dixisset Dauid Holocaustis non dele
ctaberis. Jte͂ ps. 39. Sacrificiũ ⁊ oblatione͂
noluisti au: aũt ꝑfe. mihi holoca. ⁊ ꝓ pec.
nõ postulasti tunc dixi ecce venio. Et sunt
verba filij ad patre͂. Nota tunc dixi .i. deli/
beraui. Ecce venio .i. vnio mihi humanita/
tem: quasi dicat ex quo hoı͂es peccatores
nõ explantur a peccatis ꝑ sacrificia ⁊ holo
causta necesse est vt ego christus veniã pro
gratia iustificationis cõferenda ⁊ ꝯcordat
Jo. 1. Lex per Moysem data est gratia ⁊ ve
ritas ꝑ iesum christũ facta est. ad idem ps̄.
49. Audi populus meus: ⁊ lo. is. ⁊ testi. tri.
domin⁹ deus tuus ego sum: nõ in sacrificijs
tuis arguar te. Glo. ibi si nõ offers sacrificia
carnalia nõ offendar. holocausta aũt tua
nõ vitulo ꝝ sed tua .s. que in te ipso sunt .s.
spũs ꝯtribulatus: in ꝯspectu mõ sunt semꝑ.
dico nõ arguam: q̄2 nõ accipiam de domo
tua vitulos .i. non habebo gratos vitulos
neq̄ de gregibus tuis hircos ⁊c. vsq̄ in san
guinem hyrcoꝝ potabo. ¶ Ostende͂s ergo
deus ꝙ sacrificia nõ sibi placebant ita qd̄
ꝑ ea gratia ꝯferretur: vult modo ostendere
qd̄ sibi placet: ideo subdit. Jmmola deo sa
crificiũ laudis: ⁊ redde altissimo vota tua:
⁊ inuoca me in die tribulationis eruã te ⁊
honorificabis me. Nota imola deo sacrifi/
cium laudis .i. lauda deum ita qd̄ laus tua
sit ei sacrificium .s. imolando teipsum s̄m li/
bidinem: luxuriã: superbiam: auaritiã. Pa/
tet ergo ꝙ per legalia nõ iustificabat̃ quis
a peccatis. ¶ Quarta auctoritas Ezechie
lis. 20. vbi dicit. Deus dedi eis precepta nõ
bona ⁊ iudicia in quibus nõ viuent. quare
aũt dicant̃ precepta non bona. vide infra.
ad ide͂ Jsaias. 1. Holocausta arietũ. adipe͂
pinguium ⁊ sanguinem vituloꝝ ⁊ hyrcoruꝫ
⁊ agnoꝝ nolui. ¶ Ad idem Michee. 6. vbi
dicit̃. Quid dignum offeram dño curuabo

genua deo excelso:nunqđ offeram holocau
stomata ⁊ vitulos anniculos:nunquid pla-
cari potest deus in milibus arietum aut in
multis milibus hyrcoꝝ pinguiū? Nunqđ
primogenitum dabo meum pro scelere meo
fructū vētris mei pro peccato anime mee?
Indicabo tibi homo quid sit bonū:⁊ quid
dn̄s querat a te:vtiqꝫ facere iudiciuꝫ:⁊ di
ligere misericordiā ⁊ solicitū ambulare cuꝫ
deo tuo:⁊ sic patent multe auctes veteris
testamēti. ¶ Modo veniamus ad auctes
noui testamēti. Et primo Apl's expresse di
cit hoc presertim Heb.10. Impossibile ē in
quit sanguine hyrcoruꝫ ⁊ thauroꝝ auferri
peccata. Et Gal.3. Quia aūt in lege nemo iu
stificatur apud deum manifestum est q2 iu-
stus ex fide viuit. Itē ibidē. Si data esset
lex que posset iustificare. Christus gratis
mortuus est. Item Ro.3. Arbitramur enim
iustificari hoiem per fidem sine operibꝰ le-
gis. Patet ergo ꝙ legalia erāt inefficacia
ad iustificationē. Propter hoc ergo christꝰ
veniens tulit legem euangelicā per quā in-
funditur gratia iustificans a peccatis. Nā
sacramenta noue legis a christo instituta
habent efficaciā ꝯferendi gratiā instrumē
taliter ex ipso opere operato:qđ non pote-
rant legalia. Et hanc primā rōneꝫ assignat
Apl's Heb.7.d. Reprobatio quideꝫ fit pre
cedentis mandati ꝓpter infirmitatem eius
⁊ inutilitatē:nihil.n.ad ꝑfectū adduxit lex.
¶ Diceret aliquis. Si legalia nō iustifica-
bant nec gratiaꝫ conferebant ⁊c̄. Ad quid
ergo fuerant instituta? Rꝫº ad multa. Pri-
mo loquēdo de moralibus ad hoc ꝙ pecca
ta cognoscerent:que prius nō cognosceban
tur:offuscato lumine rōnis naturalis ꝑ con
cupiscentiā:vt dixi supra sermone.2. ꝑte.1.
Item precipiebant bene viuere. Iteꝫ loquē
do de preceptis iudicialibus puniebāt trās
gressores:vt pꝫ Exo.21. Et sequētibus capi-
tulis. Unū Gal.3. Lex propter trāsgressores
posita ē. Et ex hoc lex erat magna occasio
peccandi. Cuꝫ eni preciperet bene viuere ⁊
nō ꝯferret gratiam adiutricem:erat occasio
peccatoꝝ:eo ꝙ semꝑ homo nititur in veti-
tuꝫ Semper cupimusqꝫ negata:⁊ ideo mul
ti erāt transgressores legis. Et hoc permisit
deus:vt homines nō superbirent:de ꝓpria
virtute:sed humiliarent se nō posse seruare

iustitiam sine adiutorio diuino. ꝓpter h̄ di
cit Ezech.20. Dedi eis precepta non bona
⁊ iudicia in quibus nō viuent. Iteꝫ Ro.7.
Occasione aūt accepta peccatū per māda-
tum operatum est in me omnē cōcupiscen-
tiam.⁊ infra.⁊ inuentū est mihi mandatū:
qđ erat ad vitam:hoc esse ad mortē. ¶ Itē
loquendo de cerimonialibus fuerunt insti-
tuta multiplici de causa. ¶ Primo ad cul
tum diuinū exercendum. ¶ Scđo ad fugiē
dam ydolatriam ad quā iudei erant valde
ꝓni:⁊ hoc vult Hierony.suꝑ Mat.⁊ h̄r i de
cretis.22.q.1. Cōsidera. Unū ne illa sacrificia
ydolis offerrent:precepit deus vt sibi offer
rentur. Da similitudinē de aliquo qui esset
pronus ad cantanduꝫ aliquid vanum cui
prudens homo iniungeret vt cantet aliquā
laudem christi vel virginis. ¶ Tertio q2 ce
rimonialia que veteris legis erant protesta
tiones fidei:vt pꝫ de circūcisione que fuit
data in signum fidei habrae vt patet. Ro.
4. Figurabant statum noue legis.vt infra
dicet. ¶ Itē quarto tollebant ⁊ purgabāt
maculas irregularitatis ꝯtractas ex statu-
to veteris legis. Unde dicit Apl's Heb.
9.ꝙ sanguis hyrcoꝝ ⁊ thauroꝝ ⁊ cinis vi-
tule aspersus inquinatos sanctificat ad emē
dationem carnis.nō dicit anime:sꝫ carnis.
Et ideo etiam cerimonie veteris legis vo-
cantur ab Apostolo ibidē iustitie carnis.
Iustitijs inquit carnis vsqꝫ ad tempus cor
rectionis impositis:⁊ sic debet intelligi di-
ctum Hierony.ꝙ habet in decretis.12.q.2.
gloria vbi dicit.ꝙ sanguis pecudum erat re
missio peccatoꝝ.i.figura remissionis pecca-
toꝝ.sicut ibidē Hieronymꝰ subdit.d. Quā
quā hec omnia precesserint in figura ⁊c̄.pa
tet prima ratio. ¶ Sed in fine istius prime
rationis mouetur dubium:q2 videtur ꝙ lex
mosayca iustificaret saltem quātum ad mo
ralia Mat.19. Si vis ad vitam ingredi ser
ua mandata. Et loquitur de mandatis de
calogi? Rꝫº ſm Tho.in.3.sententiaꝝ di.40.
arti.3. Obseruantia mandatoꝝ ad vitam
eternam consequendam requirebatur:quia
sine ea ad vitam eternam intrare nō potest:
qui tēpus hꝫ opandi:nō tñ obseruātia mā
datoꝝ ad vitam eternā ꝯsequēdā sufficie-
bat: nisi modus charitatis adiungeretur:
quam lex nullo modo causare poterat. Et

ideo nō perfecte iustificabat ꝺm Tho. Itē
contra Leuitici.18. Custodite leges meas
atq; iudicia q̄ faciēs hō viuet in eis. Sed
Re. Loqt̄ de vita corꝑali quā ꝑdere debe
bat per iuditiū legis. sicut pꝫ ibidem. Item
cōtra de circūcisione. per quā ꝯferebat grā
iustificās: ⁊ tollebat originale. Sꝫ Re⁹ Cir/
cūcisio nō erat introducta nec instituta per
legē mosaycā. sed ante: q꞉ fuit data habrae
Gen.17. Unde Jo.7. Moyses dedit vobis
circūcisionē nō q꞉ ex moyse est. sed ex patri
bus. vel dic. qꝺ circūcisio iustificabat non ꝑ
se sed per fidem christi.

¶ Scd̄a rō est: q꞉ erat vmbratica. Nam le
galia erant vmbra: siue figura eoꝝ q̄ conti
nent in vno testō. sicut agnus pascalis de
quo Exo.12. Figurabat xp̄ꝫ occidēdū. Unde
Jo. Allegauit hoc. d. Os nō ꝯminuetis ex
eo. Jo.19. Item circūcisio figurabat baptis/
mum Col.2. Circūcisi estis circūcisione nō
manufacta. sed in circūcisione christi ꝯsepul
ti ei in baptismo. Item sabbatū figurabat
requiem christi in sepulchro quātum ad diei
determinationē. ꝺm quā p̄ceptuꝫ de sabba
to erat cerimoniale. ꝓpter hoc dicit Apl's
1. Cor.10. ꝙ oia in figura cōtingebant illis.
hoc aūt ꝓbat̄ auctoritatibus veteris testi
Nam in signū huius ꝙ ea que erant in ve
teri testō erant velata ⁊ obscura reuellāda
per veritatē noui testi dr̄ Exo.34. ꝙ Moy/
ses velabat faciē suā q̄n loquebat̄ filijs is/
rael. velamen aūt istud fuit sublatum per
xp̄m per quē veritas ⁊ grā data ⁊ facta est
Jo.1. Lex per moysem data est. grā ⁊ veri/
tas per Jesum xp̄m facta est. Sed velamen
istud adhuc manet in cordibus iudeoꝝ. ⁊
manebit vsq; ad finem mūdi vsq; quo. s. ve
niet Helyas qui docebit iudeos. tūc exi/
tes legē moysi intelligendam esse spūaliter.
quā nunc carnaliter intelligūt: ꝓpter ergo
hāc obscuritatē iudeoꝝ dicit ps. Obscurē
tur oculi eoꝝ ne videant ⁊ dorsum eoꝝ sem
per incurua ⁊ Apl's. 2. Cor.3. Sicut moyses
ponebat velamen sup̄ faciem suā. vt nō in
tenderēt filij israel in faciē eius ꝙ euacuat̄
sed obtusi sunt sensus eoꝝ vsq; in hodiernū
diem idipm̄ velamen in lectione veteris te
stamenti manet nō reuelatū: q̄m in christo
euacuatur sed vsq; in hodiernū diem cum
legitur moyses velamen est positum sup̄ cor

eoꝝ. fuit ergo lex vetus vmbratica ⁊ figu/
ratiua lucis ⁊ veritatis. noui testi reuelati
per xp̄m. Unde Heb.x. Umbram hn̄s lex
futuroꝝ bonoꝝ nō ipsam imaginem reruꝫ
glo. i. veritatē hoc etiā nota. Ezech.1. Ubi
dicit̄ ꝙ erat rota in medio rote qꝺ exponit
Greg. i. Nouū testm̄ in veteri i cuius signū
christo mortuo in cruce velum tēpli qꝺ erat
ante sancta sctōꝝ scissum est. Mat.27. Et
ideo sicut vmbra cessat adueniente luce: sic
⁊ legalia cessauerunt adueniente christo q
est lux vera. pꝫ scd̄a rō. ⁊ hanc rōnem assi/
gnat Apl's. d. Nemo vos iudicet i cibo aut
in potu: aut in parte diei festi. aut meie. aut
sabbatoꝝ que sunt vmbra futuroꝝ. corpus
aūt christi Col.2. ¶ Sed ꝙ lex ātiqua fue
rit. figuratiua ⁊ vmbratica. ꝓbat̄ m'tiplici
ēt rōne. ¶ Prima videlꝫ ꝙ antiquitus ꝓ/
mittebat lex in premium seruitij dei bona
temporalia: iuxta illud. ꝙ habet̄ Deut.27.
⁊ 28. ⁊ Isa.1. Si volueritis ⁊ audieritis bo/
na terre. comedetis. tunc arguitur sic: nō dꝫ
meritum esse excellentius ⁊ nobilius p̄mio.
sed virtus pro cuius mercede promitteban
tur bona terrena erat excellētior q̄buscūq;
bonis tp̄alibus. ergo non debuit in premiū
virtutis. premium bonoꝝ tp̄alium ꝓmitti.
Preterea vita hois est nobilius bonū tē/
porale. q̄ꝫ cetera tp̄alia. Si aūt in lege ve/
teri precipiebatur vt vita deberet perdi po/
tius q̄ꝫ lex non obseruari. oportet dicere ꝙ
aliqꝺ premium esset ꝓmissum in recōpen/
sationeꝫ mortis q̄ꝫ bona tp̄alia. que durant
tantū in vita ista. istud aūt premium non
potest esse aliud nisi vita eterna. que tamen
expresse promissa non erat in lege Moysi.
oportet ergo dicere ꝙ figuratiue promitte/
batur sub repromissione bonorum tempora
lium. ⁊ sic patet ꝙ lex antiqua erat figura
⁊ vmbratica ¶ Preterea ⁊ tertio non po/
test esse repromissio ⁊ premium bonorum il
lud ꝙ est cōmune malis ⁊ bonis. sed bona
temporalia fuerunt ⁊ sunt cōmunia malis
⁊ bonis. vt patet per experientiā. nam ⁊ an
tiquitus quecūq; bona temporalia promit
tebantur iudeis in premium legalis obser/
uantie fuerunt equaliter. quinimmo lar/
gius collata paganis q̄ꝫ iudeis: vt pa/
tet de dominio ⁊ multiplicatione rerum
temporalium: longitudine vite: scientia ⁊

ceteris hmōi:z multiplicatione seminis repromissa habrae. Gen.22. ꝙ mlto plus fuit multiplicatū in paganis. Et sic etiā hodie videmus bona tpalia que ex diuina ꝓuidētia ꝯcedi electis z malis: ꝓpter qḋ dr̄ Eccl's.9. Uniuersa eque eueniunt iusto z impio bono z malo mundo: z immundo imolāti victimas z sacrificia ꝯtēnenti. Op3 ergo dicere qḋ aliud premiū sub vmbra z figura quadā ꝓmittebatur ipsis iudeis ꝑ obſuantia legis: qḋ aliud excogitari nō pōt: nisi vita eterna: quā christus clare manifestauit. Et ideo p3 qḋ illa lex erat vmbratica: z sic per terrā ꝓmissionis lacte z melle manantē3 figuratiue intelligebat terra viuentium.i.vita eterna. alioquin fertilior terra erat egyptus quā illa. Sic ꝑ hierusalē terrestrem intelligit supna hierusalē: que est mater nostra Gal.4. Sic ꝑ sabbatū z alia cerimonialia: z hoc vult Aug⁹ in lib.4.ꝯ faustum vt refert sctūs Tho.1.2.q.vlti.ar.vlti. Ubi dicit Aug⁹ ꝙ in illis tpalibus ꝓmissis figure fuerunt futuroꝝ spūalium: que īplentur in nobis. Adde que nota. in.3. sentētiaꝝ.di.40.q.4.ar.1.

¶ Tertia rō: qꝛ sunt remota ꝑ nouam dispositionē. h rō pōt dici legalis. Da similitudinē de testatore: qui ꝯdidit primū testm̄ z postea ꝯdit scḋm: qꝛ ꝑ scḋm reuocat primū ſm leges.ff.q.2.c.vlti. volūtas. sic z papa faciens scḋam ꝯstitutionem nouā reuocat primā: si de prima nō faciat mentionē3. de ꝯstitu.c.1.lib.6. Modo ad ꝓpositū diuina sapientia ꝯdidit duplex testm̄. Primu3 fuit lex mosayca cuius testamenti notarius fuit moyses testes Aaron z Maria: in qua lege ꝓmisit hereditatē bonoꝝ tēporalium populo suo fideli: nō aūt eternā: qꝛ nullibi legit in lege mosayca promissa vita eterna: sed ꝓsperitas z abundantia bonoꝝ tēporalium: vt p3 Deut.28. Isa.1. Si volueritis z audieritis bona terre comedetis. nō aūt ꝓmittebāt vitā eternam. Ratio: quia vita eterna dat ex amore. Lex aūt illa erat lex timoris nō amoris. Ro.8. Nō enim accepistis spūm seruitutis iteꝝ in timore: sed accepistis spūm adoptionis filioꝝ in quo clamamus abba pater. In cuius signum fuit data cum timore: vt p3. Exo.20. Et dixi supra sermone.2.par.1. ¶ Post modu3 vero fecit scḋm testm̄: qḋ est lex noua euāgelica: in qua ꝓmisit deus vitam eternā seruantibus legē. Unū prima christi predicatio incepit. Penitētiā agite appro. enim re. celoꝝ. Mat.4. Et Mat.19. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. quare aūt lex vetus nō ꝓmittebat nisi solum tpalia: z lex noua euangelica ꝓmittit eterna. Ponit Tho. in.3. sen. di.40. vbi sic dic. Dicēdū ꝙ ſm Diony.1.3.c. Celestis ierarchie. lex noua media est inter ecclesiā celeste3 z statum veteris legis: ideo eterna bona: que in celesti ecclesia palam z copiose exhibent in lege noua manifeste ꝓmittunt. in veteri aūt lege nō ꝓmittebant: nisi sub qbusdam figuris. Unū Heb.10. Dicit vmbram hñs lex futuroꝝ bonoꝝ zc. Et hoc ꝓpter tres causas precise. ¶ Primo vt ex his que cognoscebant assuefierent etiam maiora a deo sperare. ¶ Scḋo vt nō sola3 cognitio sed affectus a tpalibus ad eterna manu ducerent. ¶ Tertio qꝛ bona eterna nō statim poterant eis exhiberi: nōdum soluto pretio. Unū dilatio ꝓmissoꝝ inefficacē faceret apud infirmos ꝓmissionem Tho. ¶ Per hoc ergo ꝙ fecit scḋm testm̄ reuocauit primū: z qꝛ testamētum sumit robur z efficaciam ex morte testatoris: voluit deus humanatus mori vt testamētum istud ꝯfirmaret. Et h rō probat veteri z nouo testamēto veteris quidē testamēti auctas sumitur ex Jere.31. vbi sic dicit. Ecce dies venient: dicit dñs. Et ꝯsumabo supra domum israel: z supra domū iuda testamētu3 nouū: nō ſm testamentum: qḋ feci patribus eoꝝ in die qua apprehēdi manū eoꝝ vt adducerēm eos de terra egypti z infra. hoc erit pactū: qḋ feriā cum domo israel. Post dies illos dicit dñs. Dabo legē meam in visceribus eoꝝ: z in corde eoꝝ scribā eā: z ero eis in deū z ipsi erūt mihi in pplm. Nota ſm testamētum ꝙ feci patribus eoꝝ: qꝛ.s. illud ꝓmittebat solum terrena. nouum vero eterna: vt supra dixi. Unū in ꝯsecratione sanguinis dixit christus. Hic est calix sanguinis noui z eterni testamēti zc. Itē illud in timorē: vtpote seruis datus est. Exo.20. Istḋ vero in amore: vt p3 Mat.5. Itē illud solū iudeis datum est. Istud aūt omni creature Mat.vlti. Item illud a deo in forma seu in spē ignis. Istud aūt a deo in forma huma-

na: ⁊ in corde eoꝝ scribam eam. Ro. 5. Cha
ritas dei diffusa est in cordib⁹ nr̃is: per spi
ritũ sanctũ qui datus est nobis. Ad idem
Isa. 2. De syon exhibit lex: ⁊ verbũ dñi: de
ierusalem: de qua loquit̃ ꝓpheta hic in fu
turo: nõ quidẽ de lege moysi q̃ illa data
fuerat. Oportet ergo ꝙ intelligatur de lege
euangelica: que data erat in syon: q̃ in tem
plo Salomonis: qđ erat situm in syon chri
stus p̃dicabat. Itẽ Isa. 51. Attendite popu
le meus ad me: ⁊ tribus mea audite me: q̃
lex a me exiet ⁊ iudiciũ meum in lucẽ popu
loꝝ requiescet ⁊c̃. Nõ potest ista auctas in
telligi nisi de lege noua euangelica quã ẽt
expectabat Dauid dicens. Legẽ pone mihi
dñe viã iu. tuaꝝ. ¶ Uideamus modo au
ctoritates noui testamenti. Apl's Heb. 8.
Introducens. Ieremie ꝓpham subdit. Di
cendo aũt nouum veterauit prius. qđ aũt
antiquatur ⁊ senescit ꝓpe interitũ ẽ. Quia
aũt ad testamẽtum cõfirmandum requirit̃
mors testatoris: ideo voluit testator mori.
Mori aũt nõ poterat in diuinitate. ideo as
sumpsit humanitatẽ: in qua moriendo con
firmauit testamẽtum nouum. Unde Apl's
Heb. 9. Noui testamẽti mediator est. s. chri
stus vt morte intercedente in redẽptionem
eaꝝ preuaricationum que erant sub priori
testamẽto repromissionem accipiant: qui vo
cati sunt eterne hereditatis. vbi enim testa
mẽtum est necesse est vt mors intercedat te
statoris. Testamẽtum enim in mortuis ꝯfir
matum est: alioquin nõdum valet dum vi
uit qui testatus est. Ad idem habent̃ etiaꝫ
auctes veteris testamẽti. s. de irritatione sa
crificioꝝ veteris legis. Dañ. 9. Postq̃ enim
ꝓpha posuit tẽpus aduentus christi ⁊ mor
tem ipsius dixit. Cõfirmabit auteꝫ multis
pactum ebdomada vna: ⁊ in dimidio eb
domadis deficiet hostia ⁊ sacrificium ⁊c̃.
hinc extractũ est illud. Cuꝫ venerit sanctus
sanctoꝝ cessabit vnctio vestra. hoc auteꝫ ꝙ
Hic dicit̃ de ebdomada ⁊c̃. intelligẽdũ est
ꝫm magister hystoriaꝝ scholasticoꝝ de tri
bus annis ⁊ dimidio quibus p̃dicauit chri
stus: ⁊ qđ patribus promiserat cõfirmauit.
Nam tres ãni ⁊ dimidius huius ebdoma
dis nouissime preterierant qñ baptizatus
est dñs: ⁊ in dimidio eiusdẽ ebdomadis re
siduo circa finem deficiet hostia ⁊ sacrifi
cium. i. veniente veritatis cessabunt vmbre:
⁊ in tẽplo erit abhominatio desolationis. i.
abhominanda ⁊ desolata erunt sacrificia
oĩa post mortem christi ⁊ vsq̃ ad finẽ mun
di durabit hec desolatio. ¶ Item Osee. 3.
Dies multos sedebunt filij israel sine rege:
⁊ sine principe ⁊ sine sacrificio ⁊ sine altari
⁊ sine ephot: ⁊ sine teraphin: ⁊ post hec re
uertentur filij israel ⁊ querent dñm deum
suũ ⁊ Dauid regẽ suum ⁊c̃. Item Mala
chie. 1. Nõ est mihi voluntas in vobis dicit
dñs exercituum: ⁊ munus nõ suscipiam de
manu vestra: ab ortu enim solis vsq̃ ad oc
casum magnum est nomen meũ in gentib⁹
dicit dñs exercituũ. Ad idem lex antiqua
⁊ sacerdotium sunt inuicem coniuncta: sed
sacerdotiũ Aaron a deo institutuꝫ erat mu
tãduꝫ per sacerdotiũ christi. ergo ⁊ lex etiã
erat mutãda ꝑ legẽ xp̄i: minor ꝓbat̃ ꝑ p̃s.
109. Iurauit dñs ⁊ nõ peni. eum: tu es sac.
in eter. ꝫm or. mel. Nota ꝫm ordinẽ melchi
sedech: nõ dixit ꝫm ordinẽ Aaron. mutãdũ
ergo erat sacerdotiũ aaron: in sacerdotium
christi: qđ est ꝫm ordinẽ melchisedech. ergo
cõsequenter ⁊ lex mutanda erat. hac rõne
assignat Apl's Heb. 7. vbi dicit. Trãslato
enim sacerdotio necesse est vt ⁊ legis trans
latio fiat. vide ibi de hoc latius. Et sic patꝫ
tertia ratio.

¶ Quarta ratio: q̃ sunt terminata per ad
impletionẽ. Pone exẽplũ in instrumẽto in
quo continetur ꝓmissio alicuius debiti sol
uendi tali tẽpore certo vel incerto: certũ est
ꝙ soluto debito adimplet̃ promissio ⁊ cas
satur instrumẽtum. Sic in proposito in lege
veteri promittebatur messias venturus per
quẽ lex noua ferenda erat: vt habet̃ supra
ꝓma parte. ⁊ ꝓ hoc firmãdo ⁊ credendo
instituit deus in veteri testamẽto legem. ꝓ
phetias: ⁊ figuras. Adueniẽte ergo christo
⁊ lege noua: iam ipleta est promissio legis
veteris: ⁊ ꝓphaꝝ. Uñ Mat. 5. Nõ veni sol
uere sed adimplere. Adimpleta ergo ꝓmis
sione restat vt cassetur instrumẽtum ꝓmis
sionis qđ erat vetus testamẽtum. Christus
ergo fuit finis legis. Ro. 10. Finis enim le
gis christus est: ad iustitiã omni credenti: ⁊
ipsam legem seruauit: vt ipsam impleret ⁊
terminaret: ⁊ cõsequenter per christum libe
rati sumus a seruitute legis. Unde Gal. 4.

At vbi venit ple.tē.misit deus filium suū fac.ex mul.factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret.sicut ⁊ mori voluit vt a morte nos redimeret. Sicut nota.supra sermone proximo parte.i.in.4.rōne.Et per hoc respondetur ad primaȝ rationē supra formatam in principio sermōis:qua arguebatur.ꝙ nos tenemur seruare legalia eius eo qꝛ christus seruauit illa. Erat ergo per aduentum christi ⁊ morteȝ eius lex antiqua mutanda in legem nouam:⁊ testamentū vetus mutandum in testamentum nouum:⁊ cultus cerimonialis mutandus in cultum spiritualem.Et hoc innuit ipse christus Jo. 4.Quando loquēs cum samaritana dixit. Uenit hora quādo neqꝫ in mōte hoc neqꝫ hierosolymis adorabitis patrem.Sed veri adoratores adorabunt patrem. In spiritu ⁊ veritate:in qbus verbis dominus innuit ꝙ cultus cerimonialis qui erat olim determinatus in lege erat in spiritualem cōmutandus.Sicut nota.Tho.i.2.q.io8.ar.3. ad tertium.Hoc etiā vult Apostolus quando assimilauit legeȝ pedagogo.d.Jtaqꝫ lex pedagogus noster fuit in christo:vt ex fide iustificaremur.At vbi venit fides iam non sumus sub pedagogo Gal.3. Et sic patet.4. ratio.Restat modo respondere ad illud qḋ in cōtrarium opponebatur vȝ.ꝙ Petrus ⁊ Paulus seruauerunt legalia. De quo dic per Tho.i.2.q.io3.ar.4.ad primū ⁊ scḋm.

Deo gratias. Amen.

¶De lege gratie vȝ de lege euangelica. Sermo.7.



SIc currite ⁊c̄ Uiso de lege nature ⁊ de lege scripture restat modo videre de lege gratie que dicit lex noua.s.euāgelica que incepit a christo.Prima eniȝ durauit vsqꝫ ad Moysem.Scḋa a Moyse vsqꝫ ad christum.Tertia a christo vsqꝫ in sempiternum:ideo dicit testamentum nouum ⁊ eternum.Pro cuius declaratione est notandū ꝙ vera ꝯclusio est in theologia ꝙ lex noua siue euangelica est principaliter lex indita sed secūdario est lex scripta:vt ponit Tho. i.2.q.io6.ar.i.Lex aūt indita est lex spiritus sancti que non scribitur in chartis membranis:nec bombicinis:nec in tabulis lapideis sicut olim fuerat lex scripture:sȝ in corde hominis scribitur nō quideȝ naturaliter quia hec est lex nature.de qua Ro.2. Cuȝ enim gentes que legem nō habent naturaliter ea que legis sunt faciunt ipsi sunt sibi lex:qui o.opus.l.scrip.in cor.suis:sed scribitur supernaturaliter a spiritu sancto:que dicitur lex vite quasi regula:quedam dirigēs hominem ad vitam.de qua lege dicit Apostolus Ro.7.Lex spiritus vite in christo iesu liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. Jō de hac lege prophetans Jeremias . postꝙ̄ dixit Ecce dies veniunt dicit dominus. Et consumabo super domum iuda:⁊ super domum israel testamentum nouum ⁊c̄.subdit post dies illos dicit dominus.Dabo legeȝ meam in visceribus eorum:⁊ in corde eorū scribam eam ⁊c̄.Jere.3i.Et hanc legem dedit christus.Unde Jo.i.Lex per Moysem data est gratia ⁊ veritas per iesum christum facta ē.Jo.20. Insufflauit ⁊ dixit eis. Accipite spiritum sanctum.Lex ergo euangelica principaliter est lex indita.i. gratia spiritus sancti:non tamen intelligas ꝙ ante christum gratia spiritus sancti non fuerit data pluribus. Nam multi in antiqua lege saluabantur sed non in tanta abundātia fuit olim data gratia sicut post christū. Item quicūqꝫ habebat gratiam in veteri lege habebat nō aliter nisi ꝑ fidē christi: qꝛ fides iustificabat.nō aūt lex moysi: vt dixi supra sermone primo ꝑte.i.Ubi agit vtrū teneamur obseruare legalia veteris legis. Uñ quicūqꝫ habuit gratiā olim ſm hoc ꝑtinebat ad legem nouā siue ad nouū testamentū vt dicit Tho.i.2.q.io6.ar.i.ad tertiū ⁊ ar.3.ad scḋm.⁊.q.ioi.ar.i.in respōsione ad scḋm ⁊ tertium argumētum. ¶Sed qꝛ ad recipiendam istam gratiaȝ requiritur ꝙ homo se preparet ⁊ disponat:quia actus actiuorum sunt in patiente disposito.Ideo christus dedit aliqua documenta verbis ⁊ in scriptis que informant intellectū: ⁊ volūtatem hois:⁊ disponunt ad gratiā huiusmōi recipiendā.Illa aūt que disponunt intellectū sunt documenta fidei.s.credere in vnū deum patrem omnipotentem creatorem celi ⁊ terre ⁊c̄ . Que continentur in sym/

dolo.s.articulis fidei quibus instruitur homo
circa credenda. Illa autem que disponunt
affectum ⁊ voluntatem sunt scripta bene/
viuendi q̄ ꝯtinent in lege euāgelica in qb⁹
qdē ꝑceptis cōtinent ꝑcepta legis nature.
⁊ ēt legis scripture.s.Mosayce in qb⁹ istruit
hō circa agēda de ꝑceptis legis nature ha
bet Mat.vij.Quicūq̧ vult vt faciant vo/
bis hoies ⁊ vos facite illis. de preceptis le/
gis scripture habet Mat.19. Si vis ad vi/
tam ingredi serua mādata. addidit ēt alia
ꝑcepta vltra ꝑcepta legis nature ⁊ scriptu/
re.s.de sacramētis recipiendis. Et ꝺm hoc
lex noua dicit lex scripta secūdario: sed ꝑn
cipaliter lex indita. vt dictuz est. Quare
aūt ista lex noua nō fuit data a deo a prin
cipio mundi. ponit ꝗ Tho. Tres rōnes quas
grā breuitatis omitto de qbus vide Tho.
1.2.q.106.art.3. Si aūt vis facere introdu
ctionem breuiorē dic sic. vz. notādum ꝙ lex
grē dicit lex euangelica ⁊ hoc triplici rōne.
¶ Primo rōne dantis: q₂ lex antiqua ve/
teris testi fuit data a deo mediāte Moyse
⁊ in forma ignis Exo.19. Lex aūt euangeli
ca data est a deo imediate ⁊ in forma hūa
na.i.xpo. ¶ Scdo rōne modi: q₂ lex vetus
fuit data cū terrore vt pz. Exo.19. Dic hy/
storiam ⁊c̄. Sed lex noua cū dulcedine vt
pz. Mat.5. Vide infra in eodē ꝺmone. ꝑte
pria. ¶ Tertio rōne effectus: q₂ ꝑ legem ve
terem. nō dabatur gratia ⁊c̄. vt dixi sermo/
ne primo ꝑte.1.sed per legē nouā sic. vt ha
bet infra in eodē sermone ꝑte.3. Ideo dicit
Jo.1. Lex per Moysem data est grā ⁊ veri
tas per Jesum xpm ⁊c̄. Loquēdo ergo ho
die de hac lege gratie siue euangelica est
notandū ꝙ ista lex excedit oēm aliā legem
datam humaniter vel diuinitꝰ in sex. ꝓpter
quod potest dici quod lex gratie fuit neces
saria vltra legem scripture ⁊c̄.
¶ Primo in vitioꝝ extirpatione.
¶ Scdo in moꝝ ordinatione.
¶ Tertio infelicitatis collatione.
¶ Quarto in veritatis dilucidatione.
¶ Quinto facili implectione.
¶ Sexto in generalitatis extensione.
¶ Prima igit excellentia legis euangeli/
ce: qua oēs alias leges excellit. est inuitio/
rum extirpatione. ad hoc enim leges sunt
date vt vitia extirpent ⁊ quos priuata ca/
stigatio cohibere nō potuit metu penaruz
que legibus infliguntur a maleficijs retra
hantur. ꝓpter qđ dicit Apl's.1. Thi.1. Iu/
sto lex nō est posita sed iniustis. ⁊ nō sub/
ditis impijs ⁊ pctōribus. sceleratis ⁊ conta/
minatis. patricidijs ⁊ matricidijs homici/
dijs. fornicarijs. masculoꝝ cōcubitoribus.
plagiarijs. mendacibus ⁊ periuris. ⁊ siqđ
aliud sane doctrine aduersatur ⁊c̄. In hac
aūt extirpatione vitioꝝ lex humana inue/
nitur defectiua: q₂ nō potest prohibere oīa
mala. cuius ratio est, qa cōmunitati propo
nitur obseruāda: in cōmunitate autē pau/
ci inueniuntur virtuosi ⁊ perfecti ⁊ plures
imperfecti ⁊ defectuosi. quia stultoꝝ infini/
tus est numerus. Eccl's.1. Et ideo sicut pue/
ris aliqua permittunt que nō permitteren
tur viris perfectis. Ita in legibus que com
munitati seruande imponunt aliqua mala
minora permittuntur. vt maiora vitentur.
sicut lex canonica meretricia publica ꝓpter
imperfectionē multitudinis que castitatem
obseruare nō potest. discensionem incurrat.
Unde Aug⁹ in libro de ordine: aufer mere
trices de ciuitatibus ⁊ oīa conturbabis libi
dinibus. tamē nō excusantur a peccato ⁊c̄.
Sic ⁊ multa alia lex ciuilis permittit. que
a lege diuina reprobantur vt dicam infra
sermone proximo: verumtamen ista mala
que auferre bono non potest relinquit iudi
cio diuino puniēda sic ⁊ dicit lex. ꝙ iuris/
iurandi contenta religio solū deum habet
vltorem. l. iure iurandi. C. de iure iurā. Un/
de Aug⁹ in libro de libero arbitrio. lex ista
que regendis ciuitatibus fertur. multa cō
cedit atq̧ impunita relinquit: que per diui
nam prouidentiam iudicantur. Similiter
lex mosayca diuinitus data aliqua mala
permittit. sicut permisit dare libellum repu
dij. vt habetur Deut.24. Ne vxores inter/
ficerentur: sic permisit tradere ad vsuram
extraneis: ne fratres proprios grauarent.
Sicut habetur. Deutero.23. Cuius ratio
quia lex illa fuit data populo rudi dure cer
uicis ⁊ imperfecto. Et ideo sunt eis permis/
sa aliqua mala minora vt euitentur maio/
ra: propter quod saluator dixit iudeis. lo
quēs de diuisione vxoris cuz interrogassent
eum. Quid ergo Moyses mandauit da
ri libellum repudij ⁊ dimittere. ait illis

qm̄ moyses ad duritiá cordis vestri ꝑmisit
vos dimittere vxores vestras ⁊c̄. Mat.19.
Sic igit̄ pꝫ: ꝙ taꝫ lex humana q̄ꝫ lex mosay
ca ꝑmittit aliqua mala: ⁊ sic reperit̄ impse/
cta quātū ad extirpationē vitioꝝ. Sed lex
euangelica nullū malū ꝑmittit tanq̄ꝫ ꝑfe/
ctissima: sed oīa excludit ⁊ puniēda predi
cit: ꝓpter qd̄ legis lator euangelicus iesus
christus dicit. Dico aūt vobis: ꝙ de omni
verbo ocioso ꝙ locuti fuerint hoīes super
terram reddent rōnem in die iudicij. Mat.
12. Si de omni verbo ocioso multo magis
de nociuo. Et si de verbo multo magis de
facto. Et ꝑsertim lex euangelica excludit il/
lud de libello repudij: vt habet̄ Mat.19. Et
Eiusdē.5. Ubi dī dictū est aūt quicūq̄ꝫ di/
miserit vxorem suam det ei libellū repudij.
Ego aūt dico vobis q̄ꝛ quicūq̄ꝫ dimiserit
vxorem excepta causa fornicationis: facit
eā mechari ⁊c̄. Item de vsura Luc.6. Mu
tuū date nihil inde sperātes. Et sic pꝫ p̄mū.
¶ Scd̄a excellentia ⁊c̄. In moꝝ ordinatiōe.
Nam ad quālibet legē ꝑtinet actus huma
nos ad bonū ordinare. Un̄ dicit phs in 2°
ethicoꝝ ꝙ intentio cuiuslibet legis latoris
est ciues facere bonos. in hoc aūt inuenit̄
lex humana defectiua: ꝑsertim circa actus
interiores ⁊ occultos: q̄ꝛ homo nō pōt de se
cretis cordiū iudicare: ⁊ ideo nō potest lex
humana nisi de actibus exterioribus ordi
nare: q̄ꝛ de his pōt homo legem ferre: de q
bus pōt iudicare. homo aūt videt ea que
parēt: deus aūt intuet̄ cor. Sicut dī.i. Cor.
16. Item Iere.17. Prauū est cor hoīs ⁊ in
scrutabile: ⁊ quis cognoscet illud Ego dn̄s
scrutans cor: ⁊ ꝓbans renes: ideo lex huma
na nō pōt actus interiores ordinare: ſꝫ hoc
ꝑtinet ad legem diuinā. Un̄ dicit lex cano
nica. de manifestis quidē loquimur: secreto
rū aūt iudex ⁊ cognitor deus est.32. dī. eru/
bescant. Ad idem facit textus. c. fi. de simo.
Idē dicit lex cogitationis penā nemo pa/
tiatur. ff. de penis. l. cogitationis canoniza/
ta. de pe. dī. i. cogitationis. qd̄ intellige sane
qn̄ cogitatio illa nō ꝓgreditur ad actum ex
terio: ē al's secus. l. Siquis nō dicas rape/
re. C. de epi. ⁊ cle. Sic ergo lex humana in
hoc est defectiua. ¶ Sic etiā ⁊ lex mosayca
reperitur in hoc defectiua: ꝓpter qd̄ dici/
tur a doctoribus antiquis: q̄ꝛ lex vetus pro/
hibet manū nō aīum: vt habetur in Glo.
Phil'.3 Qd̄ intelligunt doctores iudeoꝝ
⁊ maledicentes voluntatē malam non esse
peccatū: nisi aliquo modo exeat in actū ex/
teriorem: vt pꝫ ꝑ iosephum.13. libro antiqui/
tatū ⁊ qn̄ arguebatur ꝯ eos: q̄ꝛ scriptuꝫ est
Exo.20. Nō ꝯcupisces rem proximi tui Rn̄
debant sic q̄ꝛ hoc precepto non prohibetur
ꝯcupiscentia interiori: sed manifestatio exte
rior: quasi dicat nō ꝯcupisces. i. signa ꝯcupi
scentis non facies: vt amplexus ⁊ oscula ⁊
his similia: sed hoc est manifeste falsum: q̄ꝛ
actus exterior nō hꝫ malitiā vel bonitateꝫ
moralē nisi inquātum ꝓcedit ab actu inte/
riori. peccatū enim vt dicit Aug⁹.15. q. i. c. i.
in fi. adeo malū volūtariū est: vt nisi sit vo
luntarium oīo nō sit peccatū. Un̄ melius
intelligit̄ qd̄ dictum est ꝙ lex vetus ꝓhibet
manū nō aīum: q̄ꝛ lex vetus in paucis pro/
hibet aīum seu ꝯcupiscētiam interiorem vꝫ
in mechia ⁊ auaritia tm̄: nō aūt in homici
dio ⁊ furto: ⁊ ꝑterea lꝫ ꝓhibuerit in illis cō
cupiscentiā: nō tn̄ transgressoribus infligit
aliquā penā. Et ideo in talibus inuenitur
imperfecta. Quare aūt infligat aliquā pe/
nam. Uide Tho. i. 2. q.106. ar.5. ad.5.
¶ Lex. vero euangelica tanq̄ꝫ perfectissima
generalit̄ dirigit hoīem nō solū: circa actus
exteriores: sed etiam circa actus interiores
Mat.5. Qui viderit mulierē ad ꝯcupiscēdā
eam iaꝫ mechatus est corde suo ⁊c̄. Unde
ꝓhibet etiā actus iteriores malos puta cō
cupiscentiā: ⁊ ꝯcupiscētibus imponit penā
ꝓpter qd̄ saluator Mat.5. Audistis q̄ꝛ di/
ctū ē antiqs. Nō occides: q āt occiderit re⁹
erit iuditio: qui aūt dixerit fratri suo racha
reus erit ꝯcilio: q āt dixerit fatue reus erit
gehēne ignis. Et eodē mō dicit in alijs ꝑce
ptis ¶ Sic etiā addit lex euāgelica ꝯsilia
ꝑfectionis ꝑceptis veteris legis vt ꝑfectius
ordinet mores hoīum. Un̄ Mat.19. Si vis
ꝑfectus esse va. ⁊ vē. oīa q̄ hēs ⁊ da pau. ⁊
se. me. Itē Mat.5. Audistis q̄a dictū est an
tiqs: oculū pro oculo dentē pro dente. Ego
āt dico vobis nō resistere malo. Sed siqs
te ꝑcusserit in dexteram maxillā prebe ei ⁊
aliam ⁊c̄. ⁊ sic in multis que ibi ponunt̄. lex
aūt mosayca nō instituerat ꝯsilia ista ꝑfe/
ctionis: sed potius ꝓuocabat hoīes ad ob
seruanda mandata diuina ꝓmissione bo/

noꝝ tēporaliū vt pz Deut.28. Et Isa.i. De
ꝯsilio aūt .qs te ꝑcusserit in vnā maxillā
ꝓbe ei aliā. Uide supra ſmone.4. in fine.
Pz ergo ꝙ lex euangelica ꝑfectius ordinat
mores hoīum quā omnes alie leges huma
ne ⁊ diuine.

¶ Tertia excellentia ⁊c̄.s. infelicitatis colla
tione: siue ad felicitatē inductione. Illā ad
legem ꝑtinet ad felicitatē hoīes inducere.
Uerūtn̄ lex humana nō inducit nisi ad po
liticā: que est tranqllus ⁊ pacificus status
ciuitatis in vita ista mortali. homo aūt ſm
intellectum: qui est pars principalior hoīs.
immortalis est: ⁊ ideo opz aliā felicitatem
extra vitā istam assignare. ¶ Ad hanc aūt
nō pōt ordinare lex humana: qꝛ finis debz
esse ꝓportionatus his que sunt ad finē. fe
licitas aūt eterna excedit limites felicita
tis humane. Unī.i. Cor.2. Oculus nō vidit
⁊ auris nō audiuit: nec in cor hoīs ascēdit:
que pre. de. di. se. Opz ergo ꝙ lex diuina or
dinet ad istū finē. ⁊ ꝓpterea assignatur a
doctoribus necessitas sacre doctrine: qꝛ hō
ad quādam beatitudinē supernalē ordina
tur ad quā ꝑ legem diuinā dirigit. ¶ Ad
ꝯferendā autē istam felicitatem lex mosay
ca inuenitur defectiua: qꝛ beatitudo super
nalis nō habet: nisi per gratiā ⁊ amorem
dei Ro.6. Gratia dei vita eterna. hanc aūt
gratiā lex mosayca nō dabat: sed tm̄ dispo
nebat vt dixi supra sermone ꝓximo parte.i.
⁊ sermone.4. pte.2. propter qđ di Heb.7.
Neminē ad ꝑfectum adduxit lex. ¶ Sed
lex euangelica tanꝙ ꝑfectissima ꝯfert gra
tiā: imo est ipsa gratia spiritus scti ꝑncipali
ter: vt dixi supra. Unī Jo.i. Lex per moysen
data est gratia ⁊ veritas ꝑ iesum christum
facta est: ꝓpter qđ saluator in ꝑncipio euā
gelice predicationis dixit. Pniam agi. ap.
enim re. celoꝝ. Mat.4. Unī duplex est finis
legis euangelice. Unus imediatus.s. fides
formata ꝑ gratiam. alter est mediatus.s. vi
ta eterna: ⁊ vtrūqꝫ finem istum lex euange
lica opatur. Unī Jo.20. Hoc autē scripta
sunt vt credatis: qꝛ iesus est filius dei ⁊ vt
credentes vitam habeatis in nomine eius.

¶ Lex aūt vetus ꝓmittebat soluz terrena
vt dixi supra sermone ꝓximo parte.3. nec ꝓ
mittebat vitā eternam in premiuz virtutuz
⁊ obedientie sed soluz bona terrena. ¶ Itē
nec alicubi legitur in lege mosayca ꝙ moy
ses faceret mentionē de resurrectione cor
poꝝ: ⁊ hoc ꝙ lex mosayca erat insufficiēs
ad gratiā ⁊ gloriam ꝯferendā fuit signifi
catum in eo ꝙ moyses qui fuit legis illius
lator nō potuit intrare in terrā ꝓmissionis.
Et lz finis legis mosayce esset idem: tum
fine legis euangelice.s. vt hoīes subdantur
deo q est finis primus: tum remotius ⁊ i
perfectius dirigebat ad hunc finē lex mo
sayca qꝫ lex euāgelica: qꝛ illa ex timore. hoc
aūt amore: vt nota. Tho.i.2.q.107.ar.i. Et
sic patet tertium.

¶ Quarta excellentia in veritatis dilluci
datione. Nam ad legē pertinet veritatem
plane ⁊ lucide tradere. Unī inter ceteras cō
ditiōes legis quas Isidorus in lib. ethimo
logiaꝝ. enumerat ē ista vna: qđ dz eē mani
festa ne aliqd: ꝓpter obscuritatē in captio
ne cōtineat: vt refert Gratianus.4. di. erit
aūt lex. Cuius rō est: qꝛ lex ꝓponitur mul
titudini intelligenda ⁊ seruanda. in multitu
dine aūt plures sunt deficientes ingenio ⁊
pauci subtiles ⁊ ingeniosi: ꝓpter ꝙ q multi
tudini ꝓponitur debet veritatē plane ⁊ lu
cide tradere. In hoc aūt inuenitur lex hu
mana defectiua qꝛ ibi inueniunt multe ob
scuritates: ⁊ ꝑplexitates: tum ꝓpter legum
multitudinē ac varietatē ⁊ mutationem ⁊
aliquaꝝ abrogationē: tum etiā ꝓpter com
positoꝝ multiplicitatē: qꝛ multi iuris ꝯsulti
multi iperatores fuerunt ⁊ multi doctores:
quoꝝ quot capita tot diuerse sniē. Unī pro
funda ⁊ obscura legum abyssus: que olim
ꝑ Justinianum christianissimum impatorē
habz ꝯsonantiā luculentā: vt ipse refert in
principio ꝯstitutionū redacta fuerat: hodie
obscuriori ꝑplexitatatis itricata ē. ¶ Silr
in hoc reperit lex mosayca defectiua: qꝛ in
voluminibus ⁊ figuris tradit veritatem de
agibilibus ⁊ credēdis: ꝓpter qđ lex illa ap
pellat ab Aplo vmbratica. Heb.10. Um
brā hns lex futuroꝝ bonoꝝ: nō ipsam ima
ginē reꝝ Glo i. veritatē. fuit. n. lex illa vm
bratica ⁊ figuratiua veritatis explicāde in
nouo testō. In cuius signū moyses velata
facie loquebatur ad pplm sicut legit Exo.
24. Propter quod dicit Apostolꝰ.i. Cor.

lo. Omnia in figuram contingebant illis
⁊ de hoc dixi supra sermone proximo.par
te.2.¶Sed lex euangelica in hoc inueni/
tur perfecta:quia veritas que in veteri te/
stamento in figuris latebat occulta per eui
dentiá facti facta est manifesta.Verbi gra
tia.De ministerio trinitatis ꝙ in veteri te/
stamēto nō expsse manifestat̃ sed sub figu
ris:sicut pꝫ qñ tres viri apparuerunt ha/
brae:⁊ vnum adorauit.Geñ.18.Sed in no
uo testō expsse manifestuꝫ est.1.Jo.5.Tres
sunt q testimonium dant in celo pater ver/
buꝫ ⁊ spūs scūs:⁊ hȳ tres vnū sunt.¶Sic
de incarnatione filij dei reuelatū ē habrae
dicente deo.In semine tuo bñdicent̃ oēs
gentes.Geñ.22.Sed ꝙ vna ex tribus pso/
nis.s.filius dei fuerit incarnatus etiá cōti
nēt diuina misteria veteris testi Jsa.9.Par
uulus datus est nobis ⁊ filius datus est no
bis .nota.fili⁹:q̃ nō pater neqꝫ spūs scūs.
¶Itē ps.Benedicat nos de⁹:deus noster:
⁊ benedicát nos deus.hic nota trinitas dū
dicit̃ deus ter:sed in eo ꝙ pnomen noster
ponit in 2° deus denotatur ꝙ filius erat fi
endus noster frater p icarnationē.ps.Nar
rabo nomen tuum fratribus meis.In no/
uo autē testō expsius ⁊ manifestius ista mi
steria declarata sunt.¶Sic de passione fi/
guratiue ptinebatur.Exo.12.De agno pa/
scali assando ⁊c̃.Os nō ꝯfringetis ex eo:
qd allegat Jo.euāgeli.p xpo.Jo.19.Sic ⁊
de eucharistia:que figurabatur: per mána
datum a deo in deserto:⁊ sic de ceteris mi/
raculis fidei ⁊c̃.Patet ergo ꝙ veritas que
in veteri testamēto ⁊ in lege mosayca enig
matice figurabatur:in lege euangelica ma/
nifestius elucidatur: ⁊ in signum huius in
passione domini quádo misteria noue legis
fuerunt impleta velum templi scissum est in
duas partes.Mat.27.Et Luc.23.Propter
quod dicit saluator.Jo.16.Venit hora cū
iam non in prouerbijs loquar vobis sed pa
lam de patre meo annunciabo vobis: ⁊ se
quitur dñt ei discipuli eius.Ecce modo pa
lāꝫ loqueris.Et Prouerbiū nullū dicis ⁊c̃.
Jo.16.Et sic patet.quartū vꝫ:ꝙ lex euáge/
lica excedit omneꝫ aliam legem in tradēdo
plane ac lucide veritatem.de his quattuor
loquitur.ps.Lex domini immaculata:quan
tum ad primum:conuertens animas. quá/
tum ad scḋm:testando fidele. quantum ad
tertium:sapientiam prestans paruulis.quā
tum ad quartū.Vide Tho.1.2.q.91.ar.4°.
Et Nicholaum de lira.in prologo super
euangelia.

¶Quinta excellentia ⁊c̃.In facili imple/
tione:quia alie leges: propter multiplicita/
tem:preceptorum ⁊ prohibitionum sunt dif
ficiles ad obseruandum:presertim lex mo/
sayca in qua vt dñt iudei continentur sex/
centa tresdecim precepta : inter que erant
quedam valde difficilia ad obseruandum:
propter quod dixit Petrus apl's:⁊ seniori
bus in consilio congregatis.Quid tenta/
tis deum imponere iugum super ceruicem
discipuloruꝫ:quod neqꝫ patres nostri:neqꝫ
nos portare potuimus.Act.15.Sed in no/
ua lege preter precepta legis nature pauciſ
sima precepta superadduntur in doctrina
christi:⁊ Apostoloꝝ.propter quod dicit do
minus.Mat.xi.Venite ad me omnes qui
laboratis ⁊ onerati estis:⁊ ego reficiaꝫ vos.
Jugum enim meum suaue est:⁊ onus meū
leue:quod exponēs Hilarius dicit.Legis
difficultatibus laborátes ⁊ peccatis seculi
honeratos ad se aduocat.Item Jo.5.Mā
data eius grauia non sunt.Vide Tho.1.
2.q.107.arti.vltimo.¶Est ⁊ alia ratio:q̃
lex mosayca non erat lex amoris sed timo
ris:quia non dabat gratiam:sed puniebat
transgressores : propter ꝙ dicitur Gal.3.
Lex propter transgressores posita est.Et iō
mandata eius cum difficultate seruaban/
tur:⁊ quasi coactus velut a seruis obedie
batur domino non amore sed timore.Sed
in noua lege: datur gratia spiritus sancti.
Ro.5.Charitas dei diffusa est in cordibus
nostris per spiritum sanctum qui datus est
nobis:propter quod mandata noue legis:
ex amore seruantur.Et ideo cum dilectio/
ne ⁊ dulcedine:quia qui operatur cuꝫ amo
re dulciter operatur.

¶ Sexta excellentia ꝛc. in generalitatis extensione: quia lex humana ciuilis non ligat nisi subditos imperio. Unde multi ꝓcedūt se exēptos a subiectione legis ciuilis. puta Francie ꝛ Venetie ꝛ similib⁹: licet de iure ciuili imperator qui est lator legis ciuilis dicatur dñs totius mundi vt probatur in. l. Deprecatio. ff. ad. l. rodi. de iactu. ꝛ vide ꝑ canonistas in. c. ꝗ super hĳs. §. rursus. de voto. ¶ Similiter lex mosayca fuit data tā tum illi populo ex quo cum deberet nasci christus. voluit deus illum magis esse ordinatum circa cultum diuinum per precepta cerimonialia ꝛ iudicialia alĳs populis. ps. Qui annuntiat verbum suum Jacob iusticias ꝛ iuditia sua israel non fecit taliter omni nationi ꝛc. Idem habetur Ro. 3. in principio. Unde alĳ populi non obligabantur legi Moysi quantum ad dicta precepta. ꝑterea sine lege Moysi multi saluati sunt olim. sicut Job. Ruth ꝛ alĳ habentes fidez vnius dei ꝛ viuentes ẜm legē nature. sicut dicit Apostolus. Ro. 2. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex: qui cum dicunt opus. l. scrip. in cor. suis. ¶ Sed lex euangelica de ore dei incarnati habet vim obligatiuam generalem. in toto mundo: sine qua nemo potest saluari. Unde Jo. 3. Nisi quis renatus sit ex aqua ꝛ spi. sancto. non potest introire in regnum dei. ꝛ Mat. vltio. Euntes in mundum vniuersum. pre. e. omni. cre. qui. cre. ꝛ bap. fu. sal. erit. qui vero nō crediderit condemnabitur. Et sic fuerat ꝓphetatū ꝑ Isa. 49. Paruz est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Jacob ꝛ feces israel conuertendas. dedi te in lucē gentium vt sis salus mea vsqꝫ ad extremum terre ꝛ sic patet. 6. Deo gratias. Amen.

¶ Impressum Brixie per Jacobum Britannicum.

Sanctuarium Petri Hieremie.

FINIS.

¶ In festo beati Andree apostoli Sermo primus.



Mnis qui credit in illum non cōfundet. Ro. io. Et in epistola hodierna. Nota Nō confundetur. .s. confusione culpe mortalis in hac vita: neqꝫ confusione pene eternalis post mortem. Et qꝛ beatus Andreas credidit in deum: ideo nō est cōfusus: gn imo est mirabiliter exaltatus in gloria. ideo de eo erit sermo. Salutet virgo ꝛc. Pro intellectu verboꝝ est notādū ꝙ ſm cōmunē sentētiā theologoꝝ presertim dni Tho. 22. q. 2. ar. 2. Et magistri sniaꝝ in. 3°. lib°. di. 23. tres ponuntur gradus vere credentie.

¶ Primus est credere deum.
¶ Scďs est credere deo.
¶ Tertius est credere in deum.

Primus gradus habet per scientiā intellectualem.
Scďs per reuerentiam cordialem.
Tertius per obedientiam generalem.

Et iste tertius saluat animā. Et de hoc sequitur thema. ꝓsupponit tñ pmos duos. Primus ergo gradus est credere deum. .s. dñm creatorem totius vniuersi. Et iste articulus semp fuit necessarius ꝛ erit ab initio mundi vsqꝫ ad finem. Ita ꝙ nunqꝫ potuit aliqs homo saluari sine isto: iuxta illď Heb. xi. Oportet accedētem ad deum credere: qꝛ est ꝛ ꝙ in quirētibus se remunerator sit. Et satis pōt homo qlibet habens intellectū ex ratione naturali conijcere ꝙ deus sit: nisi sit stultus. De quo dr̄ in psalmo Dixit insipiēs in corde suo nō est deus. Vñ dicit sanctus Tho. 22. q. i. ar. 5. ad tertium articulū. Et pma pte. q. 2. ar. ad primū ꝙ credere, ꝙ deus sit ꝛ ꝙ deus sit vnus: nō est ꝓprie articulis fidei. Ratio: qꝛ demōstratiue probat: nisi illi qui demonstrationē huius nō capit. Et in presenti duplici ratione manifeste probatur deum esse.

Prima rō sumit ex pte cause efficiētis. Scďa ex parte motus ꝛ sensus. Vide de hoc Tho. p. i. q. 2. ar. 3. Pro prima rōne nota similitudinē de illo qui intraret in aliqď magnū ꝛ excellens palatium bene ordinatum ꝛc. talis: dato ꝙ nō videat dñm qui fieri fecit illud palatium: tñ cognoscet magnam potentiā illius ex magnitudine palatij. Cognoscet ecclesia sapientiā ex ordine: ꝛ ex fine bonitatem. Sic in ꝓposito. Totus mundus est palatiū dei In celo sunt camare multe: in quibus habitat deus cū filiis suis. i. electis suis Jo. 14. In domo patris mei: mansiones multe sunt. Subtus terram est carcer inferni. Nos vero sumus hic in stabulo cū bestijs. Baruc. 3. O israel: qꝫ magna est domus dei ꝛ ingēs locus possessionis eius: magnus ꝛ nō habens finez: excelsus ꝛ imensus. Ex magnitudine ergo mundi possimus cognoscere magnificētiaꝫ ꝛ potētiam dei: ex ordine sapientiā suam. Ex ꝯseruatione vero bonitatē. Sap. 13. A magnitudine spēi ꝛ creature: cognoscibilit poterit hoꝝ creator videri. Patet pma rō. Scďa ratio sumitur ex motu ꝛ sensu. Si. n. dicerem vobis: creditis ꝙ in corpore meo sit anima: Rñdebitis ꝙ sic. Et vñ cognoscitis hoc: cum eā nō videatis: Rñderetis ex motu ꝛ sensu mēbroꝝ ꝛc. Sic ex motu totius orbis ꝛ corpoꝝ celestium: potestis cognoscere deum. Hic singulariter de motu solis. ꝛ lune. ꝛ stellaꝝ. Item de motu elemētorum singuloꝝ. Unde ex hac rōne moti quidā antiqui phi: dixerunt ꝙ deus ē anima mundi: presertim Marcus varro: sicut refert Aug⁹. in. vij. de ciui. dei. Et Tho. etiā refert ꝛ reprobat. 22. q. 94. arti. primo. Cum enim deus sit simplicissimus nō immiscetur nec cōponitur cum aliqua tanqꝫ forma cum materia qua deus nō est pars essentie creaturaꝝ qꝫuis creature omnes habeant essentiam a deo. Hanc rōnē ēt posuit Virgili⁹ in. vi. eneidos dicens.

Principio celū ꝛ terrā cāposqꝫ liquentes.
Lucentēqꝫ globū lune titaniaqꝫ astra.
Spūs intus alit: totamqꝫ infusa ꝑ artus.
Mens agitat molem: ꝛ magno se corpore miscet.

Iste ergo modus vtrqꝫ cognoscendi habetur ꝑ sciētiam intellectualē: qꝛ ꝛ phi sine

fide cognouerūt deum: vt in .12. Meta. Vñ Apl's Ro. 1. Inuisibilia dei: a creatura mũdi per ea que facta sunt intellecta cõspiciũtur sempiterna quoq3 virtus ⁊ diuinitas: ita vt sint inexcusabiles: q2 cum cognouissent deum nõ sicut deum glorificauerunt aut gratias egerũt: sed eua. in cogi. su. ⁊ obscu. est in si. cor. e. di enim se esse sapi. stulti facti sunt. Nota quõ Apl's rephendit philosophos. Et dicit Aug⁹ ꝙ in tẽplo cũ alijs adorabant idola cũ pplo. Pz prim⁹ grad⁹.

Scd's gradus credendi est credere deo. Et iste est melior. Credere aũt deo idẽ est ꝙ credere verbis eius. Multi enim credũt deum. s. esse: sed non credunt deo. i. verbis eius. Sicut sunt oẽs pagani ⁊ infideles q credunt deum esse: sed nõ credunt deo. i. ie su xp̄o vero deo ⁊ vero hoi affirmanti eẽ tres psonas ⁊ vnã essentiã in diuinis: ⁊ sic de alijs articulis fidei. Et ideo dãnantur. Sed qui credit deum: ⁊ deo: placet magis deo. Et ideo nõ priuabit mercede sua. Legit de Abraam ꝙ deus pmisit ei dare filium cũ esset senex: ⁊ vxor antiqua: ⁊ ipse credidit. Vñ dicit textus. Credidit Abraã deo: ⁊ reputatum est ei ad iustitiã Gen. 15. Sic ⁊ nos debemus credere deo circa ea q̃ sunt fidei: q̃uis intellectus noster ⁊ humana rõ nõ percipiat. Ideo Eccl'i. 2. Qui timetis deũ: credite illi. Nõ dicit illum: ⁊ nõ euacuabit merces vestra. Infideles credũt deum sed nõ deo. Et ideo euacuabit merces eoꝝ post vitam istã: q̃uis in hac vita abundent diuitijs ⁊ alijs temporalibus bonis.

Tertius gradus est credere in deum. Quid aũt sit credere in deũ declarat Aug⁹. Nã sup illud ad Ro. 4. Credẽti in eũ q iustificat ipium: dicit Glo. Aug. Quid ẽ credere in deũ? Credẽdo amare: credendo diligere: credẽdo in eum ire: ⁊ eius mẽbris incorporari. Hec ille. Igit q credit in deũ facit opera bona ⁊ meritoria: q2 talis credulitas: de sui rõne includit charitatem: vt ex dictis Aug. pz. Ideo dicit saluator. Qui credit in me opera. s. meritoria. que ego facio ⁊ ipse faciet Jo. 14. Igit qui est in peccato mortali: licet credat deum: ⁊ credat deo. nõ tñ credit in deũ: q2 nec amat eum p charitatem nec ad ipsum vadit. Talis ergo existens in peccato mortali mentitur cũ dicit Credo in deũ: si intẽdit illud dicere in psona ppria: secus si in psona ecclesie sit dẽ eccl'ie psitendo. Talis ergo gradus credẽdi ẽ collatiuus eterne vite. Jo. 3. Ois qui credit in ipm nõ peat: sed hẽat vitã etnã. Et hoc mõ crediderũt apl'i in deũ. Jo. 2. Crediderũt in eũ discipuli ei⁹. Inter quos refulsit andreas cum alijs apl'is credens in deum. Ex quo ergo credere in deum est credendo in eum ire. vt supra dictum est. Videamus per quot passus beatus andreas iuit ad deum vt eius exemplis magnificis pnocemur. Nota ꝙ per quattuor passus beatus andreas iuit ad deum.

¶ Primus est prompta obedientia.
¶ Secundus est firma confidentia.
¶ Tertius est larga beniuolentia.
¶ Quartus est perfecta patientia.

Primus ergo passus fuit pmpta obedientia. Et iste est effectus vere credentie: alioqn fides sine opibus mortua est Jac. 2. Nota hic qũo petrus ⁊ andreas tribus vicibus fuerũt vocati a dño. Primo ad xp̄i noticiam. Scd'o ad xp̄i familiaritatem.

Tertio ad xp̄i disciplinã. De prima vocatione habetur Jo. 1. Dic historiam. Ex qua moraliter nota ꝙ homo debet esse diligẽs non solum circa salutem suam sed etiã circa salute3 proximoꝝ: vt eos ducat ad vitã dei. consulendo. obsecrando. corripiẽdo ⁊c. Sic fecit andreas qui postq̃ agnouit xp̄m adduxit petrum ad eum ⁊c. Sic debet facere vir vxori ⁊ ecõuerso dñs seruis. pater filijs. socius socio ⁊c. 1. Cor. 7. Saluabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Et saluabitur mulier infidelis per virum fidele3. Ideo dicitur Apoc. vlti. Spõsus ⁊ sponsa dicunt veni: ⁊ qui audit dicat veni.

De scd'a vocatione legit Luc. 5. Dic historiam. Ex qua nota moraliter ꝙ magis psuit Petrus ad capiendu3 pisces ex eo ꝙ accõmodauit nauiculam suam xp̄o peteñti. q̃ ex labore suo: qa per totam noctem laborantes nihil ceperunt. Sic in proposito. Ex elemosynaꝝ largitione vltra meritũ vite eterne magis augentur tẽporalia q̃ deficiant ⁊ q̃ augeantur ex labore humano. Mat. 19. Ois qui reliquerit domu3 vel fratres. aut sorores ⁊c. Centuplum accipiet. s.

in hac vita q̃stum ad lucra tp̃alia vt decla rat Marcus.x. Et vitam eternam possidebit. Item ps. Junior fui etenim senui ⁊ nõ vidi iustum derelictũ: nec semen eius querens panem: tota die miseretur ⁊ comodat ⁊ semen illius in benedictione erit.

De tertia vocatione legitur Mat.4. ⁊ in euangelio hodierno. Ex quo moraliter nota exemplũ optimũ obedientie. Ex qua ↄfundimur nos q tot ⁊ crebris mõis vocamur a dño ⁊ tñ sumus rebelles sue volũtati ⁊ vocatiõi ⁊ surdi ⁊c̃. Diuina naꝫ bõitas nihil de cõtingentibus omittit ad nos vocandum ⁊ ↄuertendũ ad se: mõ interius inspirando, modo exterius predicando: qa vox p̄dicatoris vox dei est. Mat.x. Nõ n. vos estis q loquimini: sed spũs p̃ris vr̃. q loquitur in vobis. Itẽ Jo.3. Sp̃us vbi vult spirat: ⁊ vocem eius audis ⁊c̃. modo minis ⁊ terroribus excitãdo. s. pestibus. fame. guerra. infirmitatibus ⁊c̃. ⁊ tñ sumus surdi obaudientes vocẽ dñi. Vñ Greg. in homelia hodierna. Quãta nos eius miracula videmus. quot flagellis atterimur. quãtis minarum aspiratib⁹ deterremur. ⁊ tñ vocãtem seq contemnimus. In celo iam sedet q de conuersione nos admonet iam iugo fidei colla gentiũ subdidit iam mũdi glõiaꝫ strauit. Jam ruinis eius crebescẽtib⁹ districti sui iudicij diẽ ꝓpinquare denũtiat: ⁊ tñ superba mens nostra nõ vult hoc sponte deserere: qḋ cotidie ꝑdit inuita. Hec ille. Ideo nõ simus inobedientes voci dñi: ne alias irat⁹ nos ꝑdat. Nota silĩtudinẽ de falcõe q qñ est satur nõ venit ad dñm eũ vocãtẽ ⁊ tunc patronus eius indignatus iacit in eũ lapidẽ ⁊ occidit ⁊c̃. Sic diues vocatus a deo: qui satiatus est ⁊ plenus diuitijs nõ vult venire. Sic luxuriosus ⁊c̃. Sic prauice ⁊c̃. Sed dñs iratus ꝓijcit in eum lapidẽ dure sentẽtie ⁊ occidit aiam ⁊ corp⁹ ⁊c̃. nec audiet nos clamantes in tp̃e necessitatis Prouerb. i. Quia vocaui ⁊ renuistis: extendi manũ meam ⁊ nõ fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum ⁊ increpationes meas neglexistis: ego quoqꝫ in interitu vr̃o ridebo ⁊ subsanabo cũ vobis qḋ timebatis aduenerit. ⁊c̃. Jõ cũ Job dicamus. Voca me ⁊ ego r̃ndebo tibi: operi manuum tu. porri. dex. Job. 14.

Scd̃s passus fuit firma cõfidentia: sicut pꝫ Joh.6. qñ Andreas dixit. Est puer hic vnus qui habet qnqꝫ panes ordeaceos ⁊ duos pisces ⁊c̃. qḋ verbũ est confidẽtia dixit. vt sentit Chrisostomus. Ex quo exẽplo nota moraliter ꝙ debemus cõfidere de diuina bonitate in oĩbus factis nr̃is ⁊c̃. Nota ↄtra illos q diffidũt de dño. Timẽt eni vbi nõ est timẽdũ: sicut pꝫ de eo q vult ingredi religionẽ. Timet. n. ne possit ꝑseuerare. Sic de volẽte ꝑcere inimico ⁊c̃. Sic de illis qui sunt auari ad elemosynas dãdas qḋ procedit ex eo qa nõ cõfidũt de dño dicente. Da paupibus ⁊ habebis thesaurum in celo Mat.19. Et ibidem subdit. Omnis q reliquerit domũ vel fratres ⁊c̃. centuplũ accipiet ⁊ vitam eternã possidebit. His. n. verbis auarus nõ credit: qa si crederet certe daret vnũ pro centũ sicut cõfideret de instrumẽto facto per notariũ de simili ⁊c̃. Jõ cõfidatis dño ps. Qui cõfidũt in dño sicut mons sion: nõ cõmouebitur ⁊c̃.

Tertius passus est larga beniuolentia: que dicit larga qa dꝫ extẽdi ad oẽs hoĩes mũdi. Vñ nota qḋ latius dꝫ esse cor nr̃m ad diligendũ ꝓximos q̃ est celũ empyreuꝫ ad cõtinendũ creaturas: qa celũ empyreũ nõ põt capere peccatores ⁊ malos Luc.x. Videbam sathanam sicut fulgur de celo cadentem. Sed cor nostrum debet capere bonos ⁊ malos iustos ⁊ peccatores. Item celum empyreum non põt capere infideles sed cor nostrum debet capere illos: vt oẽs diligat ⁊c̃. ps. Oĩs cõsumationis vidi finẽ: latum mandatum tuum nimis. Hãc hũit excellẽter. b. Andreas sicut pꝫ in cõuersiõe Nicolai senis luxuriosi: pro quo qnqꝫ diebus ieiunauit. donec eius conuersionem a dño optinuit. Item pꝫ in liberatione illius iuuenis temptati ⁊ accusati a matre libidinosa. Idem patet illius epĩ deuoti sui temptati a diabolo in specie mulieris. Sed hoc exemplum reserua in fine sermonis.

Quartus passus est ꝑfecta patiẽtia q̃ ꝓbaĩ in suo sacro martyrio: ĩ quo mãifeste apparuit ꝙ nõ solũ patienter sed ẽt libẽter mortẽ amplexus est. qa nõ potuisset a fidelibus liberari a morte nihilominus ab ipsis petebat. vt palmam sui martyrij non impedirent. Deo Grãs Amen.

¶ Item de beato Andrea. Sermo. 2.



Illi relictis retibus secuti sũt eũ Mat. 4. Vide infra in sermone beati iacobi apl'i qui incipit sicut ⁊ iste. ¶ Pro introitu sermonis notandũ ꝙ sicut experimento videmus: qñ aliqs tẽdere vult ad aliqḋ regnũ ciuitatẽ vel castrũ ⁊ ignorat viam semp nitit̃ inuenire societatẽ alicuius expti viatoris pedoti seu passani cui⁹ vestigia seqñs p viam rectã incedat. Sic fecit Tobias q volens accedere ad gabellũ ꝓpinquum suũ in Rages ciuitatẽ Medoꝝ merito parentũ ⁊ sui inuenit sociũ bonũ. s. angelum Raphaelẽ q sanum illum duxit ⁊ reduxit ad pr̃em: sicut legitur Tob. 5. ⁊ per totum. Modo ad ꝓpositũ oẽs nos tendere debemus ad regnũ vite p̄hẽnis siue ad acquisitionem sũmi boni: q̄a illa est finis noster vltimus quã naturaliter desideramus. Nã vt dicit Boetius in. 3. de ꝯsolatione. In mẽtibus hoium naturaliter veri boni est inserta cupiditas. Ad illã ergo totis affectibus pgere debemus: q̄a nõ habemus hic ciuitatem manentẽ sed futurã inq̄rimus Hebr. vlt. Viam tñ ignoramus ⁊ cũ difficultate cognoscimus. Nam ⁊ expientia docet ꝙ oẽs hoies per vias diuersas incedũt. Quidã per viam diuitiaꝝ in q̄bus putãt beatitudinẽ consistere. Quidã p viam honoꝝ. Quidã voluptatũ. Quidã p viam potentie ⁊c̃. Vide infra in sermone beati Francisci: qui incipit Mihi absit gl'iari ⁊c̃. in p̄ncipio. Ideo dicit Boe. in. 3. de consolatione Omnium mortaliũ cura quã multipliciũ studioꝝ labor exercet diuerso q̄dẽ calle ꝓcedit: ad vnũ tñ beatitudinis finem nititur puenire. Cum ergo via hec sit tam nobis incerta ⁊ obscura: ad quẽ viatorem ibimus? Nunq̄d ad adam? Nõ q̄a in prima dieta iter errauit ⁊c̃. Nunq̄d ad moysen? Non q̄a ipse q̄n̄qꝫ errauit nec viam vite eterne nobis ostendit sed acq̄rendoꝝ tp̄alium bonoꝝ que in premiũ virtutis pollicet̃. Nunq̄d ergo alium ꝓp̄ham aut p̄triarchã? Nõ certe: q̄a oẽs quidem errauerunt in solitudine ⁊ in inaquoso viaꝫ ciuitatis habitaculi non inuenerũt: esurientes ⁊ sitientes anima eoꝝ in ipsis defecit. Unde nõ ad celum sed ad infernũ oẽs descendebãt. p̄s. Quis est homo q viuet ⁊ non videbit mortem eruat animam suã de manu inferi p̄s? Oẽs ergo peccauerunt ⁊ egent gl'ia dei Ro. 3. Verus ergo viator seu pedotus qui nunq̄ꝫ viam errauit nec errare põt est xp̄s qui verax est ⁊ viam dei in veritate docet Mat. 22. Propter hoc enim de celis descendit ad vterum virginis vt nos viam istam doceret: ⁊ si nos ipsum imitemur gl'iaꝫ consequamur Eccl'i. 23. Gl'ia magna est sequi dñm: longitudo enim dierum assumetur ab eo. Petrus ergo ⁊ andreas volentes vt prudentissimi viri per viam rectam incedere vt ad finẽ optatum tandem puenire possent: secuti sunt dñm. Et hoc est ꝙ dicitur in themate. Illi relictis retibus ⁊c̃. Sed notandũ nobis est ꝙ dicit thema ꝙ ad hec vt sequi dñm expeditius possent: sua retia reliquerunt. Ex quo datur nobis itelligi: quod si volumus dñm Jesum christum sequi etiam nostra retia relinquamus: q̄a alias tanq̄ꝫ cathenati ipsis retibus ⁊ ligati ipsuꝫ seq nequaq̄ꝫ possemus. Sunt autem quattuor maxima retia que nos detinent alligatos: que relinq̄re oportet. vt dñm sequi possimus que etiã apostoli reliquerunt presertim Andreas: de quo nobis hodie sermo est: sic ⁊ nos debemus facere tanq̄ꝫ expediti vernaculi Abrae Gen̄. 14.

¶ Primum est rete proprie voluntatis: ⁊ istud relinquimus p propriã obediẽtiã.

¶ Scḋꝫ est rete carnalis voluptatis: ⁊ hoc relinquimus per sanctam penitentiam.

¶ Tertium est rete humanalis fragilitatis ⁊ hoc relinquimus per firmã patiẽtiaꝫ.

¶ Quartum est rete mũdanalis cupiditatis ⁊ hoc relinq̄mus p piã subuentiẽtiã.

¶ Primũ ergo rete ⁊c̃. Propria enim voluntas est rete magnum per quod ligatur homo ⁊ trahitur ad infernum. Ber. Tolle propriam voluntatem ⁊ deerit infernus. Et vnde peccata omnia committuntur: nõne a propria voluntate? Vult enim homo voluntatem suam non deo subicere: sed sibi propriam reseruare ⁊ hinc ꝓcedunt omnia peccata. Ambro. 15. q. i. Non est ꝙ cuiq̄ꝫ nr̃am ascribamus erũpnam nisi nostre vo-

luntati. Nemo nostrum tenetur ad culpam: nisi propria volũtate deflexerit ⁊c̃. Ad idem facit dictum Aug. 15. q. 1. §. 1. Peccatũ adeo voluntarium malum est: vt si non sit voluntarium: desinat esse peccatum. Sic ⁊ infernus non factus nisi propter propriam voluntatem. Unde Aug. 23. q. 4. Nabuchodonosor. Uasis ire nunquam deus redderet interitum: si nõ voluntariũ inueniretur homo habere pctm̃. Unde bella. vnde vrta. vnde homicidia. vnde adulteria. vnde destructiones religionũ: nisi ex ꝓpria volũtate: Mat. 15. De corde exeũt cogitationes male: homicidia. adulteria ⁊c̃. Hoc ergo rete relinquendũ est si velimus seq xp̃m. Relinquimus aũt per veram obedientiam. Ideo dicit ipse. Qui vult venire post me abneget semetip̃m: ⁊ tol. cru. suam ⁊ sequatur me Mat. 16. Nota Et sequaẗ me. Nam ipse dicit Jo. 6. Descendi de celo nõ vt faciam vo. meam: sed eius qui misit me. Nota duplicem voluntatẽ in christo sm ꝙ homo. s. voluntas sensualitatis que vocaẗ voluntas vt natura: ⁊ voluntas rõnis que dĩ voluntas vt ratio ⁊c̃. Declara sm primam petebat a p̄re Pr̄ si possibile est transeat a me calix iste: Uerũtñ nõ mea voluntas sed tua fiat ⁊c̃. Hoc ergo rete. b. Andreas reliqt. Nam vt dicit Greg. in homelia Ad vnius iussionis vocẽ petrus ⁊ andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem ⁊c̃. Hic quõ tribus vicibus fuerũt a dño vocati: sicut dicitur in legẽda. De prima legitur Jo. 1. de scda Luc. 5. De tertia Mat. 4. ⁊ in euangelio hodierno. In prima nota moraliter ꝙ sicut andreas vocauit petrum: sic ⁊ nos. Apoc̃. vlt. Qui audit dicat veni.

¶ Scdm rete est carnalis voluptatis ⁊c̃. Iam experientia docet quam magnũ rete sit hoc. Nam quasi oẽs hoies mundi hoc rete illaqueantur: ita vt dicere possemus. Oẽs declinauerũt: simul inutiles facti sunt ⁊c̃. Fortasse in tota hac ciuitate paucissimi sunt q tali rete aliqñ nõ fuerint alligati. Hoc rete ligauit fortẽ Sanson. sanctũ dauid. sapientissimũ Salomonẽ. De hoc rete cõplãgens loqtur Abacuc di. Expãdit sagenã suam: ⁊ semper interficere gentes nõ cessat Abacuc. 1. Et nota ꝙ istud secundum rete carnalis voluptatis habet decem fila, ex quibus componitur que sunt decem species luxurie: que sunt iste vz. Primum fornicatio simplex inter solutum ⁊ solutam. Scdm adulterium. Tertium stuprum. Quartũ sacrilegium. Quintum incestus. Sextum raptus. Septimum mollicies. Octauum sodomia. Nonum innaturalitas seu turpitudo cum vxore extra vas debitum.

Decimum bestialitas. Hic vt expedit sed hoc rete relinquimus per sanctam penitentiam per ipsam enim in anima subicit corpus quod facit ipsum primum seruire ⁊ etiam eleuari ad celestia contemplanda ꝙ non timet hoc rete Prouerb. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Pennati vocantur penitentes: quia duas alas assumunt per penitentiam ⁊ orationis ⁊ abstinentie per quas volant per desiderium sanctum relicta carnali mole. Ad probandum etiam quantum hoc rete preualet: nota exemplum ꝙ legitur in legenda hodierna de matre illa que filiũ concupiuit ⁊c̃. Ubi etiam probatur excellentia castitatis beati Andree cuius merito fuit ⁊ luxuria finita ⁊ castitas liberata. Ideo Col. 3. Mortificate membra vestra que sunt super terram. Beatus andreas volens xp̃m sequi reliqt etiam hoc rete. Nam credo ni fallor ipsum virginali mundicia preditum fuisse: ⁊ qa sciebat non aliter hoc rete posse euadere nisi per penitentiam ideo mirabili penitentia se affligebat: per quam ⁊ merito cuius non solum ipse euasit sed etiam alios fecit euadere. Nota exemplum de Nicolao sene inueterato in luxuria: sicut legitur in legenda. Caueamus ergo a consuetudine peccandi: que ita efficitur altera natura: ꝙ non sinit hominem a peccato resilire. nisi cum maxima vi ⁊ gratia dei. Hiere. 13 Si mutare potest ethyops pellem suam aut pardus varietates suas: ita ⁊ vos poteritis bene facere cum dedisceritis malum.

¶ Tertium rethe est humanalis fragilitatis ⁊c̃. Hoc rete multos illaqueat sicut patet in petro qui fragilitate quadam christum ter negauit. Sic ⁊ hodie multi timore mundano multa peccata committunt. sicut presertim legiste qui ne displiceant magnatibus ꝓferunt iniustas sñias. Sic ⁊ artiste laborãt in fc [illegible] ais dieb⁹ vt fuiãt nobilib⁹

Uxor quot peccata cōmittit p timorem viri &c. Dic vt expedit. Hoc ergo rethe relinquimus per firmā patientiā: qr vt dicit Aug⁹. in pmo de ci. dei. & in decret. 22. q. 5. Ita ne. Homo potius dz oia mala pati: q̄ pctō ↄsentire. Ideo dicit dñs. Nolite timere eos q occidunt corpus: aiam aūt non possunt occidere: sed potius euz timete q pōt & aiam & corpus pdere in gehēnam Mat. 10. Hoc ergo rethe reliquit beatus Andreas Nam hūit tantā firmitatē & patientiā q etiā mortē subijt ppter xpm. Dic eius martyriū. Jō dī Luc. 21. In patientia vestra: possidebitis aias vestras.

¶ Quartū rethe est mundanalis cupiditatis circa bona tēporalia. Et hec triplicit illaqueat hoies. Primo in desiderando. Scdo in acquirendo. Tertio in retinēdo.

Primo modo desiderando: qr multi inordinate desiderant tēporales diuitias. aut ad finem malū. aut malo modo &c.

Scdo acqrendo: in quo multa pctā cōmittunt. aliena diuersis modis vsurpādo.

Tertio in retinendo tenaciter & nō cōicando egenis &c. 47. di. sicut hi. Uide infra in smone de btō Nicolao. qui incipit Justū deduxit dñs &c. p. 3. Hoc rethe multi iplicantur Jere. 6. A minore vsq3 ad maiorem oēs auaritie student & a ppha vsq3 ad sacerdotē cūcti faciunt dolum. Potes discurrere p singulos status hoium & singulas artes. Hoc rethe excellentissime reliquit andreas. Nam oia reliquit vt xpm expeditius sequeret nō solū retia sua. Uñ dī Luc. 5. Relictis oibus secuti sunt illum. Nota Omnibus: nō solū exterioribus sed etiā cupiditatibus interioribus. Nam vt dicit Greg. in home. hodierna. In hac re debemus affectū potius pēsare q̄ cēsum: multum reliqt qui sibi nihil retinuit. multum reliqt q q̄tūlibet parū totū deseruit. Sic & alij apli reliquerunt. Uñ dicebant. Ecce nos reliquimus oia: & secuti sumus te &c. Mat. 19. Sic etiā fecit ille Crates thebanus de quo ponit Hierony. 12. q. 2. Et hoc modo sequitur xpm q de se dicit. Uulpes foueas hnt &c. Mat. 8. Hoc ergo rethe relinquimus per piam subueniētiam. Subueniēdo. s. pauperibus &c. Luc. 11. Qd supest: date elemosynā: & ecce oia munda sunt vobis. Siqs aūt de rebus exterioribus subuenire nō potest ppter paupertatē necessariā aut voluntariā: subueniat de interioribus. s. de orationibus de cōpassionibus. Sicut & beatus andreas nō solum in vita sed etiā post mortē subuenit indigentibus miseris & tēptatis. Nota Exemplū de epō temptato a diabolo sicut legitur in legenda.

¶ In festo beati Nicolai.



Inuenit gratiam coram oculis dñi. Eccli. 44. & in epla hodierna. Ex hac gratia quā dicit thema beatū Nicolaū inuenisse coram oculis dñi septem excellentes effectus quasi ex quodā limpidissimo fonte riuuli pcesserunt & sunt isti vz.

¶ Primus miraculoꝝ operatio.
¶ Scds diuinalis sanctificatio.
¶ Tertius spiritualis deuotio.
¶ Quartus fraternalis dilectio.
¶ Quintus pontificalis promotio.
¶ Sextus virtualis administratio:
¶ Septimus supernalis glorificatio.

Primus ergo effectus &c. Fuit eniz beatus Nicolaus excellētissime insignitus gratia miraculoꝝ sicut infra pcessu sermonis patebit. Uñ eccl'ia decantat. Deus q btm Nicolaum pontificē tuum innumeris decorasti miraculis &c. Sed ē dubitatio. Posset. n. aliqs dicere. Uidet q hic nō sit effectus grē diuine saltē loquēdo de grā gratū facientē. Nā potentia faciēdi miracula dat a deo etiā malis hoibus: sicut dic̄ tex. i. q. i. Teneamus. Et. c. pphetauit. Et d re liq. & ve. sac. c. i. Itē antixps faciet multa miracula sicut dicit apl's. 2. Tessa. 2. qui tū erit pessimus. Multi etiā alij mali hoies fecerunt miracula de quibus dicit saluator Mat. 7. Multi dicēt mihi in illa die. s. iudicij. Dñe nōne in noie tuo pphauimus. & in tuo noie demonia eiecimus. & in tuo noie virtutes multas fecimus: Et tūc ↄfitebor illis q nunq̄ noui vos. Discedite a me: q operamini iniqtatē. Ex hoc ergo nō videtur cedere in laudē Nicolai q miracula multa fecit. Pro hoc ergo dubij declaratione

notādum: ꝙ ꝯuis etiā mali miracula facere possint vt ꝓbat̃ i auctibus allegatis. nichilominus tamē quattuor differētie sunt inter miracula facta per bonos ⁊ sanctos viros: ⁊ illa que fiūt per malos. sicut tangit beatus Thomas in. 2. sniaꝝ di. 7. q. 3. ar. i. ad scđm.

Prima differētia sumit̃ ex efficacia virtutis operantis: q2 signa facta per bonos fiunt diuina virtute etiā in illis ad q̄ virtus actiua nature se nullo modo extendit sicut suscitare mortuos ⁊ huius: que demones ꝺm veritatē facere nō pñt. sed in ꝓstigijs que diu durare nō pñt ꝺm Tho. prestigium di eo ꝙ ꝑstringat actiue oculi sicut dicit Aug⁹ in libro de ci. dei. ⁊ in decretis. 26. q. 5. Nec mirꝫ. Nec obstat si dicatur de virga moysi ꝯuersa in colubrū virtute diuina: quod tñ miraculū fecerunt etiam magi Pharaonis. s. Joānes ⁊ Mābres: sicut legit̃ Exo. Ubi etiā di ꝙ ꝯuerterunt aquaȝ in sanguinē: ⁊ fecerunt aquas ranis ebullire: q2 ꝯuersio illaꝝ virgaruȝ per magos facta fuit virtute nature. In illis virgis erāt quedam rationes seminarie. quibus mediantibus poterant ille virge virtute nature cōuerti in serpentes: sicut dicit Aug⁹ in li. ꝺ ciui. dei: ⁊ habētur in decreꝰ. 26. q. 5. Nec mirꝫ. Sicut in simili videm⁹ de pilo caude equi posito in aqua qui inde ad aliquot dies ꝯuertitur in serpentē. Nō ergo fuit illud in se miraculum: sed apparuit miraculum illis q hoc ignorabāt: sicut etiā videt̃ miraculum cōuersio pili equi in serpentem apud rudes ⁊ ignorātes. Ac virga moysi nō virtute nature sed diuina tñ fuit ꝯuersa in serpētem. Et ideo fuit magnum miraculum: vt in. c. Cum ex iniūcto de hereticis. Uide de hoc in sermonibus de decem preceptis: in primo precepto ꝺ. 2. Beatus autē Nicolaus faciebat signa virtute diuina: ergo laudabilis valde est.

Scđa differētia sumitur ex vtilitate signoꝝ: q2 signa ꝑ bonos facta sunt de reb⁹ vtilibus: sicut in curationibus infirmitatū. liberationibus innocētum. Sicut ꝑ beatū Nicolaū multa talia facta legunt̃. Signa aūt facta ꝑ malos. facta sunt in rebus vanis. sic volare in aera. sicut fecit symon magus. ⁊ in rebus etiā nociuis sepe. puta q2 reddunt hoi mēbra stupida. sicut fecerunt Zaroes ⁊ Arfaxat magi: sicut legit̃ in legenda sanctoꝝ Symonis ⁊ Jude: reddūt etiā talia signa maloꝝ quāꝙ mentes hominū alienatas. aut furore. aut falso amore: sicut fecit Basilius factus monachus cuidā sanctimoniali sicut scribit Grego. in primo dialogoꝝ. Unde Lucanus.

Mens hausti nulla sanie polluta veneni incantata perit. Unde ⁊ de quadā muliere maga scribit Uirgilius sicut Aug⁹ refert 21. de ciuitate dei. Uirgilius.

Hec se carminibus ꝓmittit soluere mētes
Quas velit: Ast alijs duras immittere curas
Sistere aquā fluuijs: ⁊ vertere sidera retro
Nocturnosq̄ ciet manes. mugire videbis
Subpedibus terram: ⁊ descendere montibus ornos.

Predicta aūt sunt pro maiori parte prestigia: q2 faciunt talia apparere vera: cum vera nō sint. sed plena mendacijs: vtpote ab illo facta qui mēdax est: ⁊ pater eius. Ad hoc etiam pertinet qđ dicit̃ de mulieribus: quas appellant strigas: siue hymnaticas: ⁊ de quibusdā alijs que credunt se cū diana dea paganoꝝ vel cum herodiade in tempeste noctis silentio multa terrarū spacia per transire: cōtra qđ vide tex. in. c. Epi 26. q. 5. Hec omnia permittit deus contingere illis: qui fidem perdiderunt: sicut dicit ap̄s. 2. Thes. 2. Loquens de miraculis añ christi: sic ait. Cuius est aduentus ꝺm operationem sathane. in omni virtute. ⁊ signis. ⁊ prodigijs. ⁊ mendacibus. ⁊ in omni seductione iniq̄tatis. his qui pereunt: eo ꝙ charitatem veritatis nō receperunt: vt salui fierent. Et ideo mittet illis deus operationeȝ erroris: vt credant mendacio ⁊c̄. Et ad idē facit textus. 26. q. 5. Epi: vbi dicitur. Ipse sathanas: qui transfigurat se in angelum lucis: cum mentes cuiusq̄ mulieris ceperit. ⁊ hanc per infidelitatem sibi subiugauerit: illico transformat se in diuersaꝝ personaꝝ species ⁊c̄. Alias non permittit deus sic decipi fideles ⁊ bonos. ps̄. Quia non relinquet dominus virgam peccatoꝝ super sortem iustorum: vt non exten. iu. ad iniquitatem manus suas ⁊c̄.

Tertia differentia sumitur ex parte finis: q2 signa bonoꝝ ordinantur ad edifica

tionem fidei: ⁊ bonoꝝ moꝝum: iuxta illud Mat. vlti. Illi aūt profecti predicauerunt vbiqꝫ: dn̄o cooperante: ⁊ sermonē ꝯfirmante: sequentibus signis. Sed signa maloꝝum sunt in manifestū nocumētum fidei ⁊ honestatis. Nō enim pōt ꝯtingere nisi virtute diuina: ꝙ aliquis falsam doctrinā annunciās: vera miracula faciat. que nō nisi virtute diuina fieri pn̄t. Sic enim deus esset falsitatis testis: qḋ est ipossibile: vt notat. Tho. in. 2. quolibeto.

Quarta differētia est q̄ꝫtum ad modū: q꞉ boni operanꝭ miracula per inuocationē diuini noīs: pie᷒ ⁊ reuerēter: sed mali q̄busdam delliramētis. sicut qui incidunt se cultris: sicut faciebāt ꝓphe Baal: quos occidi fecit Helias. 3. Reg. 18. ⁊ faciunt huiusmōi turpia. Et ita signa ꝑ bonos facta: pn̄t manifeste discerni ab ijs que virtute demonis fiunt. Ex ꝑdictis ergo pꝫ. ꝙ q̄ꝫtum ad ꝑsonā miraculoꝝ: btūs Nicolaus fuit valde laudabilis: q꞉ faciebat miracula virtute diuina ⁊ ad vtilitatē hoīum. ⁊ ad ꝯfirmationē fidei. ⁊ per inuocationē diuini nominis. ergo bene de eo dicitꝭ: ꝙ inuenit gratiā coꝝam oculis domini.

¶ Scḋs effectus est diuinalis sctificatio. Dicitꝭ aūt sctificatio diuinalis ad differentiā sctificationis humanalis. Vide in alio sermone eiusdē scti qui incipit. In extinguibile est lumen illius ꝑ. i. Huius aūt scitatis fuerunt tria signa. Primū signum fuit baptism᷒: q꞉ in baptismo datꝭ gratia sacramētalis. Cuius gratie sacramēta baptismi est cā: ⁊ signū: cuiusmodi sunt cetera sacramēta: q꞉ vt dicit magister in. 4. sen. in prin. Sacramētum est inuisibilis gratie inuisibilis forma: cuius imaginē gerit: ⁊ causa existit. Declara quō ablutio exterioꝝ cū forma verboꝝ est signū interioꝛis ablutionis: que fit ꝑ gratiā gratū facientē. In cuius infusione ꝑ̄ncipalitꝭ opatꝭ xp̄s. sed instrumētalitꝭ sacramētum. Vn̄ Aug᷒. i. q. i. Detrahe. Accedit verbū ad elemētum: ⁊ fit sacramētū. Vn̄ tāta virtus aque: vt coꝛpus tangat: ⁊ coꝛ abluat: nisi faciēte verboꝛ non q꞉ dr̄: sꝫ q꞉ creditꝭ. Scḋm signū fuit: qn̄ dum baptizaretꝭ: erectus stetit in pelui: qḋ fuit signūꝫ rectitudinis aīe: que ꝑ gratiā sctificantē rectificatꝭ: sicut eꝫ ꝑ culpā iquinātē obliquatur. idō pueri baptizati dicunꝭ recti: ⁊ innocētes. ꝑs. Innocētes ⁊ recti adheserūt mihi: q꞉ sustinui te. s. in cruce moriēdo: ⁊ sunt ꝟba patris ad filiū. ⁊ in hoc tangitꝭ cā meritoꝛia huius sctificationis: q̄ est passio xp̄i. Tertium signū fuit: qn̄ quarta ⁊ sexta feria semel tm̄ vbera suggebat. Quare autē hoc faciebat: Vide in predicto ſmone. ꝑ. i.

¶ Tertius effectus est spūalis deuotio: q꞉ postq̄ꝫ ad ānos discretionis peruenit: qn̄ erat capax actualis deuotionis: sepe ecclesie limina frequētabat: fugiens alioꝝ iuuenū lasciuias: ⁊ ꝯsoꝛtia coꝝ: qui ꝑ vitioꝛūꝫ deuia oberrabāt: ⁊ q̄cq̄d de sacra scriptura intelligere poterat: memoꝛiter retinebat. Vn̄ cantat ecclesia. Eccl'e sancte frequentans limina. sacra pectoꝛi cōdebat mādata. Nota moraliter hic ꝯ̄ pueros hodierni tp̄is: qui malis moꝛibus ibuuntꝭ: presertim in hoc ꝙ diebus dn̄icis ⁊ festiuis cum deberent ad eccl'iā ire vadunt ad bibēdū ⁊c̄. Et in hoc magis culpabiles sunt parētes: q̄ꝫ ipsi ⁊c̄. Dic vt expedit. Debent. n. parentes filios ꝑ viam virtutū dirigere triplicitꝭ. s. verbo. exēplo. ⁊ disciplina. Verbo quidē ipsos instruendo monendo docendo ⁊c̄. Exēplo etiā: q꞉ vt ait Greg. Magis monēt exēpla: q̄ꝫ verba. Nota similitudinē de pictoꝛe: qui nō solo verbo: sed ēt exēplo discipulos instruit. Vn̄ Eccl's. 7. Fili tibi sunt: erudi illos: ⁊ curua illos a pueritia illoꝝ. Debēt enim pater relinquere filijs hereditatem: nō solum reꝝ tēpoꝛaliū sed ēt virtutū: q̄ oēs excellunt diuitias. Vn̄ dicit Tullius lib. pꝛimo de officijs. ꝙ optima hereditas a patribus traditꝭ liberis omniqꝫ patrimonio p̄stātioꝛ: gloꝛia virtutis rerumqꝫ gestaꝝ. Tertio dꝫ ipsos instruere disciplina: ipsos. s. coꝛrigendo. Coꝛrectio. n. ista ē signum dilectionis: iuxta illud Prouer. 13. Qui pcit virge odit filium suum. Qui autē diligit illum: instanter erudit. Itē Aug. super ep'lam Joannis: ⁊ in decretis. 23. q. 5. Nō puto inquit te tūc amare seruū tuūꝫ: qn̄ eum nō cedis: aut tunc amare filium tuū: quādo nō das disciplinam: aut tunc amare vicinum tuum: qn̄ nō coꝛrigis eum. Nō est ista charitas sꝫ lāgoꝛ. Ferueat cha-

ritas ad emēdandū. sed sicut boni mores delectēt si sunt mali emendētur.

¶ Quartus effectus est fraternalis dilectio: que maxime ostendit in necessitate ꝛc. Hanc monstrauit beatus Nicolaus: quādo subuenit indigentie illius conciui sui: satis nobilis: qui ꝓpter inopiam propo/suerat prostituere tres filias suas: vt sic earum infami cōmercio aleretur. Dic vt in predicto sermone parte. 2. Moraliter: dic vt expedit. Ideo i Jo. 3. Filioli mei nō diligamus verbo tm̄. sed opere ꝛ veritate.

¶ Quintus effectus est pontificalis ꝑmotio. Fuit enim ꝑmotus ex diuina reuelatione per electionem canonicam: cum tn̄ esset adhuc laicus: vt habetur in decretis. 61. di. § ḡs omnibus. Circa electionem autem ipsius notandū ſm venerabilem Bernardū fratrem Jacobū de voragine: q̄ ipsa electio cōmendabilis fuit ex parte eligentiū. electi. ꝛ modi eligendi. In electoribus quidē tria. cōmendabilia fuerunt.

¶ Primum est deuota oratio.

¶ Scḋm diligens inquisitio.

¶ Tertium recta intentio.

Primū ergo est deuota oratio: q: tota nocte orationibus insistebant. Unī etiā xp̄s electurus aplos: iuit in montē orare. Unī habetur Luc. 6. Et apli in electione Mathie orantes dixerunt. Tu dn̄e ꝛc. Act. i.

Scḋm diligēs inquisitio: q: prelatus nō debet precipitanter eligi: sed cuꝫ diligentia inquiri: q: qui idoneū querit idoneum inuenit. Quesiuit dn̄s idoneum ꝛ inuenit: di. Inueni Dauid seruum meum. Quesierunt electores mirabiliter ciuitatis ꝛ inuenerunt.

Tertium est recta intentio: q: nō dꝫ qs intendere istum vel illum: q: est ꝓpinquus vel amicus: sed quia magis idoneus est. Unī dixerunt apostoli Act. i. Tu domine qui nosti corda hominum ꝛc. per qḋ datur intelligi q̄ electores plus respicere debent ad gratias spirituales: q̄ corporales. s. plus ad bonitatem. q̄ nobilitatem. plus ad sciētiam: q̄ ad personam. plus ad populi vtilitatem: q̄ ad carnem ꝛ sanguinem. Sed dicitur Jo. 18. q̄ ancilla ostiaria petrum introduxit in atrium principis sacerdotū: q: caro que debet esse ancilla: sepe introducit prelatum: cum tn̄ dicatur Exo. 12. q̄ postes domus tingantur sanguine agni: quia non debet quis introduci in domum dei. respectu sanguinis ꝓprij: sed sanguinis xp̄i.

Scḋo fuit cōmendabilis electio ex parte ipsius electi: in quo tria fuerunt cōmendabilia. s.

¶ Eminentia vite.

¶ Perfectio scientie ꝛ doctrine.

¶ Firmitas constantie.

Primum est eminētia vite: quia a sua pueritia sancte viuere cepit. Greg. Tātū debet actionem populi actio transcendere presulis: quātū distare solet a grege vita pastoris. Scḋm est perfectio sciētie ꝛ doctrine. Ideo dicitur de eo: q̄ quicquid de scripturis intelligere poterat armario condebat pectoris. Factus etiam ep̄s solicite populo predicabat. Jere. 3. Dabo vobis pastores: iuxta cor meum. ꝛ pascent vos sciētia ꝛ doctrina. Tertium est firmitas cōstantie. Unde tres pueros iniuste iudicatos constanter eripuit. ꝛ iudicem reprehendit. Eccli. 7. Noli querere fieri iudex: nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis: ꝛ ponas scandalum in agilitate tua. Unde dominus primo prelato iposuit nomen petrus: q̄ a petra dicitur. Tertio fuit cōmendabilis ex parte modi eligendi: ꝛ hec tripl'r.

¶ Primo q: fuit canonica.

¶ Scḋo q: fuit pacifica.

¶ Tertio q: fuit discreta.

Primo ergo fuit canonica. per cōpromissum: ꝛ diuinam inspirationem. Heb. 5. Nec quisq̄ sibi sumat honorem: sed qui vocatur a deo tanq̄ Aaron. Ad idem. 8. q. i. In scripturis. Et c. qui episcopum.

Scḋo quia fuit pacifica: quia omnes cōsenserunt. Sed dicitur Geñ. 25. q̄ in vtero Rebecce filij collidebantur. q: prelati qui debēt esse filij ecclesie quotidie altercant.

Tertio fuit discreta. Tunc enim electio est discreta: quando. s. si est in collegio persona idonea eligitur: si extra collegium est ꝑsona magis idonea: inde assumatur. Uide in. c. Q: ꝓpi de electis. Jō. s. tn̄s Nicolaus extra collegiū fuit elect⁹ q̄ erat valde idoneus. 4. Re. io. Eligite meliorē de filijs dn̄i

cosiri.nõ.n.tenentur eligere optimũ qa nõ posset inueniri sed aut bonũ aut meliorẽ. Si enim in collegio est bonus ꝛ extra collegium melior.bono est preponẽdus. De hoc dic vt notat Tho.in quolꝫ.xi.q.6. Et canoniste i.c. Monasteriũ.16 q.vlt. Et glo.8.q.i. lꝫ ergo. Et ꝺ iure patro.c.i.Et.c.qm̃.Et Jo.an.in.c. Duobus:de rescriptis lib.6. In nouella super.6.eligere teneantur.

¶ Sextus effectus est ꝟtualis administratio. Debet.n.prelatus postq̃ legitime est ꝓmotus virtualiter administrare: ad quam ministrationẽ tria principaliter requiruntur que ponit ap̃s Titum.2. Abnegãtes impietatem ꝛ secularia desideria.sobrie. ꝛ iuste ꝛ pie viuamus in hoc seculo ꝛc̃. Nota Sobrie quo ad se:iuste quo ad subditos: pie quo ad deum. Sic nicolaus pontifex ordinatus quo ad se sobrie vixit:abstinẽs ab omni contagio vitioꝝ. Nam eandẽ humilitatem quã prius habuerat ꝛ moꝝ grauitatem in oibus sectabat̃:corpus ieiunio macerabat.mulieꝝ cõsortia fugiebat. Poterat ergo illud dic cum apl'o Castigo corpus meum ꝛ in seruitutem redigo ne forte cum alijs predicauerim ego ipse reprobus efficiar.i.Cor.9.

Scd'o vixit iuste quo ad subditos:ipsis opa misericordie ministrãdo. Misericordia enī qua a puerilibus annis imbibebat in eo continue augebat̃. Erat ergo misericors erga subditos tã circa opa misericordie corporalis q̃ spũalis. Naꝫ alebat egenos vestiebat nudos.redimebat captiuos. colligebat peregrinos ꝛc̃.miſicordie opa indigentibus exhibebat. Circa opa etiã miſicordie spũalis se diligẽtissime hẽbat instruendo ignorãtes.ꝯsulẽdo dubitãtib⁹. corripiẽdo iugetos ꝯsolabat̃ pusillanimos.vitia in ꝑdicatiõibus repꝛhẽdebat.iuxta illud Greg.in.i2.c.sui pastoralis ꝛ in decret.43.di. Sit rector discretus in silentio ne aut tacenda ꝓferat aut ꝓferẽda reticeescat. Nam sicut incauta locutio in errorẽ ꝯtrahit: ita indiscretum silentiũ eos q erudiri poterãt in errorem derelinq̃t ꝛc̃. Unde dicit̃ in legẽda q erat efficax in loquẽdo.alacer in exortãdo.seuerus in corripiẽdo. sicut etiã iustus erat in puniendo delinquentes. vt seueritatẽ miſicordia tẽperaret:qa vt dicit Greg. in moralibus:ꝛ in decretis.45.di. Disciplina vel misericordia multũ destituit̃ si vna sine altera teneat̃.sed circa subditos in esse debet rectoribus ꝛ iuste cõsulens misericordia ꝛ pie sceuiẽs disciplina ꝛc̃. Eccl'i.6. Noli esse nimis iustus. Item Prouerb.30.ꝛ in decretis.4.di. Deniq̃. Qui nimis emũgit elicit sanguinem. Utrũq̃ tñ est necessariũ: qa samaritatus infudit vinũ ꝛ oleũ sauciato: vt legit̃ Luc.x. Tertio vixit pie quo ad deũ quia sepius in oratione peruigilabat ꝛ deo in oibus deuotissime seruiebat.

¶ Septimus effectus est supnalis gl'ificatio que est vltimus ꝛ maximus grẽ effect⁹ ꝛ finis oiũ alioꝝ effectuũ:que datur oibus sanctis Isa.6i. Darem eis coronã pro cinere.oleum gaudij pro luctu.palium laudis pro spiritu meroris. Sancti viri in p̃nti vita fuerũt in hũiliatione.luctu ꝛ merore. Sed ꝓ cinere hũiliationis habebũt sublimitatẽ gl'ie.ꝓ luctu habebũt iocũditatem mentis pro merore vero habebunt immortalitatem quam nobis concedere dignetur filius dei. Amen.

¶ De beata Anna. Uel de natiuitate beate virginis.



me ꝛc. ps. 53. Nota Adiuuat. de isto adiu-
torio nota parabolam de quodam magno
rege qui permisit cultoribus vinee sue sala-
rium si ante solis occasum excolerent vineã
alias nihil haberent ꝛc. cum autem esset ho
ra vesperaꝝ ꝛ haberent tantum facere q̃
tum fecerant. vidẽs hoc filius regis intrãs
cameram suam ꝛ assumens habitum rusti-
ci. iuuit eos ad excolendum ꝛc. ꝛ sic habue-
runt salarium. Sic in proposito ꝛc. Declara
parabolam istam ꝛc. Ecce quere dicit Da-
uid. Ecce enĩ deus adiuuat me. Item Isa.
dans signum de ista incarnatione dicit in-
cipiens per ecce. Ecce virgo concipiet ꝛ pa
riet filium ꝛ vocabit nomen eius emanuel.
Isa 7. Nota Pariet filium: non patrem
nec spũm sanctum. Quomodo hoc fit pos-
sibile declaratur infra. Magis enim fuit cõ
ueniens vt filius incarnaretur si attendi-
mus finem incarnationis huius qui est vt
hoies fierent filij d. i per adoptionẽ. Quot
quot autem receperunt eum dedit eis po-
testatem filios dei fieri Jo. i. Hanc rõnem
ponit Apl's dicens. Quos presciuit ꝛ pre-
destinauit conformes fieri imaginis filij sui
vt sit ipse primogenitus in multis fratribꝰ.
Ro. 8. Nota: Uoca nomen eius emanuel:
emanu. i. nobiscum. El. i. deus. Fuit autem
necesse vt esset deus: alias nec seipsum po-
tuisset saluare. Iõ virgo Maria inter alias
prophetias istam maxime contemplabat
ꝛ actualiter legebat. Cogitabat enim infra
se dicens. O dñe ꝛ qualis erit illa virgo ꝛc.
Et rogabat deum di. Dñe da mihi gratiam
vt possim illam virginem videre. ꝛ illi bona
ancilla esse. nec poterat de se cogitare pro-
pter maximam humilitatem. Et dum ista co
gitaret. Ecce angelus gabriel di. Aue gra-
tia plena ꝛc. Dignum autem fuit vt ange-
lus mitteretur ad Mariam ad annuncian
dum exordium salutis humane. Sicut ecõ-

tra diabolus iuit ad euam in exordium perditionis humane. Nota ꝙ in veteri testamento legitur bene sepius angelos mulieribus apparuisse sed eas non salutasse: sicut patet de Agni Gen̄.16. ⁊ de Sarra cui angelus permisit filium Gen̄.18. Item de vxore Manne Iudic.13. Sed virginem salutauit: vt innueret ipsam esse principium salutis humane. Dixit ergo. Aue.i. sine ve mutans nomen eue. quia quicquid maledictionis fuit in eua: in benedictionem conuertit in Maria. Maledictionis quidē verba sūt hec contra euam. Multiplicabo erumnas tuas ⁊ conceptus tuos. in dolore paries filios ⁊ sub viri potestate eris. Et ipse dominabitur tui. Maria autem absq3 erūna fuit tam in concipiendo quia sine corruptione ⁊ sola fide concepit. q3 in pariendo quia sine dolore pepit. Itē a viri potestate exuit que regina constituitur angelorum. Que cū audisset turbata est: non est turbata de angeli visiōe. qa vt ait Hierony. assueta erat angelos videre: sed in sermone eius ⁊c. hic sumāt exemplum mulieres vt non respondeant viro salutanti ⁊c. Nota sic se turbauit eua de locutione serpentis. nec cogitauit qualis esset eius interrogatio: quando dixit. Cur precepit vobis deus ⁊c. sed statim respondit. ⁊ que nondum discipula hois fuerat. voluit esse magr̄a diaboli. Et ideo digne fuit decepta. Uirgo ergo prudenter se turbauit de sermone angeli: cum tamen sciret angelum non posse peccare. Et angelus consolans eam dixit. Ne timeas Maria ⁊c. Tunc virgine quietata angelus explicauit ambassiatam: incipiens per ecce di. Ecce cōcipies in vtero ⁊c. vsq3 regni eius non erit finis. Ecce hic tota ambassiata que habet octo capitula ⁊ comprehendunt octo articulos fidei. Primum ecce conci. in vtero: ecce conceptio ⁊c. Sed quare dixit in vtero ⁊c.? R° quia prius in mente conceperat deum contemplando illam prophetiam.

Scd̄m capitulum. Et paries filium: ecce natiuitas. Nota filium non spiritum sanctum non patrem. Si dicatur quomodo est possibile cum tres persone sint vna essentia R° per similitudinem de vno sole ⁊c̄. qui mittit radium in mundum qui radius transiens per fenestram vitream recipit colorem fenestre ⁊ non substātia solis nec calor ⁊c̄. fenestra clara est virgo Maria. Ecclesia cantāt. Quod eua tristis abstulit tu reddis almo germine intrent in astra flebiles celi fenestra facta es. Tertium capitulum. Uocabis nomē eius Iesum: ecce passio. Iesus i. saluator. saluator āt fuit ꝑ passionē ꝑ quā saluati fuimus. Greg. Nihil enim nasci profuit: nisi redimi profuisset. Nota de isto nomine quod fuit prophetatū Abacuc.3. Ego autem in domino gau. ⁊ exultabo in deo Iesu meo. Quartum Hic erit magnus: ecce descensio ad inferos. Magnus fuit qr ligauit diabolum. Apoc̄.20. Uidi angelum descendentem de celo ha. cla. a. ⁊ ca. mag. in ma. sua. ⁊ ap. dra. s. an. ⁊c̄. Et patres vide educendo: iuxta prophetiam Zacha.9. Tu quoq3 in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu in quo non est aqua.

Quintum Et filius altissimus vocabit: ecce resurrectio. quia ante passionem christus erat rationalis ⁊ mortalis: ideo poterat vocari filius hominis sed post resurrectionem debet vocari filius altissimi tantum quia immortalis ⁊ inpassibilis. Sextum Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius. i. promissam Dauid. vel figuratam per sedem Dauid. De qua promissione dixit Isaias di. Super solium Dauid. ⁊ super regnum eius sedebit Isa.9. Ecce ascēsio quia sicut cathedra Dauid fuit altior ꝑ excellentiam alijs regibus: sic christus ascēdens fuit positus super omnem creaturam ps. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis ⁊c. Septimum Et regnabit in domo Iacob in eternum. Ecce sacramentum eucharistie. In domo Iacob. i. in ecclesia in qua luctandum est cōtra inimicos ⁊c̄. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq3 ad consumationem seculi Mat. vltio.

Octauum Et regni eius sine glorie sine pene Non erit finis: ecce iudicium generale. Dauid Regnum tuum regnum omnium seculorum ⁊ dominatio tua in omni gene-

ratione.s.saluandorum ⁊ generationem.s.
damnandorum. Et sic habemus primum ec
ce huius ambassiate.
¶ Dico scdo ⁊c.s.humanalis vtilitas pro
qua incarnatus est. Incarnatio enim est
principium omnis credentie:quia ista pre
supposita omnes articuli fidei facile credũ
tur. Ideo christus. Creditis in deum: ⁊ in
me credite. Jo.14.s.quantum ad humani
tatem. Item est principium omnis obedien
tie:cuius exemplum habemus in christo
quod in nullo alio possimus habere.nec in
Abraam.nec in Moyse.nec in alijs: quia
omnes peccauerunt. Aug⁹ Deus sequen
dus non erat qui videri non poterat.vnde
ergo homini exhiberetur qui ab homine vi
deretur ⁊ quem homo sequeretur:ideo de⁹
factus est homo. Item est principium no
stre redemptionis:quia in ista incarnatio
ne fuit depositum precium nostre redem
ptionis in bursa vteri virginalis. Item fuit
principium nostre saluationis in celo: sicut
de statera cuius vna pars tanto plus exal
tatur quanto magis altera humiliať. Greg.
Deus qui in filij tui humilitate iacentem
mundum erexisti ⁊c. Et hoc significat ange
lus cum dixit fm ecce di. Ecce Helysabeth
cognata tua ⁊ ipsa concepit filium in sene
ctute sua. Intelligendo spiritualiter helysa
beth fm ebraicam interpretationem est no
men ex tribus nominibus compositum. El
i.deus. J.i.me⁹. Sabeth.i.septima. helysa
bet.i.dei mei septima: ⁊ ista est natura hu
mana.que septima creatura est. Prima
est terra. Scda est aqua. Tertia est aer.
Quarta ignis. Quinta celum. Sexta
angeli. Septima natura humana. ⁊ hec
semper fuit sterilis:quia non potuit conci
pere meritum pro gloria obtinenda vsqꝫ in
senectutem. Nota septem etates hominis
correspondentibus etatibus mundi ⁊ vlti
ma est decrepitas: ⁊ ista durat a christo
vsqꝫ ad finem mundi: ⁊ in ista etate septi
ma dei mei.i.natura humana concepit me
ritum pro gloria obtinenda per fidem. spē
⁊ charitatem. Ideo Isa.26. A facie tua do
mine concepimus: ⁊ quasi parturiuimus ⁊
peperimus spiritum salutis. Nota hic dum
virgo Maria interrogat dicens. Quomo
do fiet istud ⁊c: ꝙ virgo non dubitabat de
verbis angeli sed dubitauit quomodo il
lud posset fieri vt sint due ptes quo ⁊ mo
do: de modo dubitauit non de facto. Sic
exponit Glo.27.q.2.§.Sed queritur. Sed
ꝙ dicit Glo. ꝙ dubitauit melius dixisset: ꝙ
quesiuit de modo.
¶ Dico tertio ⁊c. virginalis humilitas cum
dicitur tertium Ecce: respondendo ad am
bassiatã angeli di. Ecce ancilla domini ⁊c.
⁊ non concepit vsqꝫ quo fuit dictū vltimū
verbum.s. Tuum. Sicut in consecratione
hostie ⁊c. Dic pratice. Ecce humilitas quia
angelus vocauit ipsam matrem dei ⁊ per
consequens reginam.celi ⁊ dominam ange
lorum: sed ipsa vocauit se ancillam. Recte
fuit figurata humilitas virginis per illam
sanctam mulierem Abigail: sed audita fa
ma regis David qui eam volebat in vxo
rem vt esset regina dixit. Ecce famula tua
sit in ancillam: vt lauet pedes seruorum do
mini mei.i.Re.25.⁊c. Abigail interpretatur
patris mei exultatio. Ecce virgo que letifi
cauit patrem suum Adam tristem de pecca
to suo ⁊c. ⁊ fuit sibi reuelatio facta de virgi
ne in illis verbis dictis a deo serpenti. Ini
micicias ponam inter te ⁊ mulierē ⁊c. No
ta Vt lauet pedes seruorum suorum: pe
des significant finē mundi in quo sumus
nos. Nos sumus in quos fines seculorum
deuenerunt.i.Cor.10. Vnde cantat ecclesia
Virgo singularis inter omnes mittis nos
culpis solutos mittes fac ⁊ castos. Hic exem
plum de efficacia quam habet salutatio
virginis.s. Aue Maria: de illo milite qui in
trauit religionē ⁊ nihil potuit adiscere nisi
Aue maria ⁊c.

Deo Gratias. Amen.

GG ij

¶ In festo annunciationis Marie.
Sermo. 2.



Ecce concipies in utero. Lu.c.i. Potes in hoc festo facere aliū sermonē videlʒ ꝙ ꝓpter rationes fuit ꝯueniens filiū dei carnem assumere: vt scripsi in dñica prima aduentus in ser. qui incipit. Ecce rex tuus venit tibi ⁊c. Item alium ser. vide in sermo. quadragesimalibꝰ de articulis fidei sermo. 17. vbi agit̄ de primo articulo ꝑtinē te ad humanitatē christi. Itē potes facere introductionē sermonis quare nō angeli sʒ hoīes fuerunt redēpti per filium dei. vide supra ⁊c. Hoc est solēnius festū q̄ꝫ fit in toto āno. Ecclesia enim sancta facit hodie cōmemorationem de incarnatione filij dei in vtero virginali: que fuit exordiuʒ totius humane salutis. Et est materia speculatiua ⁊ deuota: sed vt nobis sit vtilis ⁊ saporosa p̄sentemus gloriose virgini illud Aue salutiferum: qḋ hodie sibi angelus presentauit. Aue maria ⁊c. Pro cōplemento sermōis ⁊ declaratione thematis. Est notandum ꝙ inueniunt̄ quinqꝫ diuerse ꝯceptiones filij dei. Declara primo qd est ꝯceptio ⁊ qd cōcipere. Potest enim dupl'r accipi ꝯceptio .s. spūaliter ⁊ carnaliter. Spūaliter quidēʒ qñ aliqd ꝓponitur in animo vel intelligit̄. vñ ⁊ vulgo dicit̄. Hoc concepi in mēte ⁊c. Carnaliter vero dr̄ qñ mater cōcipit filiū. Hoc presupposito. Nota quinqꝫ cōceptiones filij dei.

¶ Prima est conceptio diuinalis.
¶ Scḋa est conceptio angelicalis.
¶ Tertia est conceptio humanalis.
¶ Quarta est conceptio scripturalis.
¶ Quinta est ꝯceptio maternalis.

Prima ergo ꝯceptio est diuinalis. Pro cuius intellectu est notandū: ꝙ ꝯceptio dr̄ in altero receptio. Concipi enim dr̄ qḋ in altero recipitur: sicut vinū ꝯcipitur in vegete. Sic qñ audis predicatorē ⁊ intelligis ꝯcipis verbum in intellectu tuo. Sic artifex ꝯcepit artem. Sic ergo in proposito filius dei ꝯcipit̄ a patre siue in patre ⁊ idē est ꝙ generat̄ a patre. Cōceptio eniʒ ⁊ generatio nō differunt in diuinis. Pro hoc aūt clarius intelligendo notandū ꝙ sicut se habet ars in mente artificis: sic se hʒ filius dei in patre. Filius enim est sapientia patris. Vñ nota pulchram similitudinē de pictore qui pingit pulchras figuras. Vñ hoc. nisi quia hʒ artem in mente sua: quia habet ꝑ artē pictor in mente quēdam leonem pictū vel formatū tanqꝫ ydeam quadā ad cuius formā depingit leonem. sic domū. sic nauē ⁊c. Illa aūt ars subiectiue cōsistit in mente artificis: siue dormiat siue vigilat. Ars enim est habitus quidā quo dirigitur hō circa factibilia ⁊ deducit̄ ad operationē ꝑ voluntatem. Sic dicendum est de scia medicine. phie. theologie. ⁊ huiusmodi. Sic in ꝓposito: artifex summus est deus in cuius mente est ars que est sapientia sua ab eterno in mente diuina cōcepta: que nō differt ab ipso deo essentialiter: q2 quicqd est in deo est deus: nec accidentaliter q2 in deo nullum est accidens. Et inꝰ hoc differt ab arte q̄ est in mente hoīs que est accidens in ipso. sed in deo nō est accidens sapientia sua. sʒ est ipse deus: q2 in deo nō est aliqua cōpositio. neqꝫ materie ⁊ forme. neqꝫ subiecti ⁊ accidentis. neqꝫ essentie ⁊ esse. neqꝫ potentie ⁊ actus. neqꝫ suppositi ⁊ nature: sed est simplicissimus in natura. Confirmatur hoc ꝑ Aug. xi. de ciui. dei. c. io. Cuʒ ergo sapientia ipsa sit in mente diuina ab eterno ꝯcepta: sequūtur duo Primo ꝙ ipsa differt a deo sicut ꝯceptum a cōcipiente: ⁊ cum nō differat essentialiter neqꝫ accidentaliter vt dictū est. sequitur ꝙ alio modo differat .s. ꝑsonaliter. Scḋo sequitur ꝙ ipsa diuina sapientia sit ipse deus cum sit ab ipo deo ab eterno cōcepta. Et etiam q2 nihil est in deo nisi ipse deus. Nihil aūt est ab eterno nisi deus. Cum aūt ꝯceptio ⁊ generatio in diuinis nō differant. sequit̄ ꝙ ipsa sapia in mēte diuina ꝯcepta sit ab ipso deo generata. ⁊ ꝯsequenter sequitur ꝙ sit filius dei: ⁊ sic est deus filius dei ab eterno ab ipso deo generatus ⁊ ꝯceptus. Tertio sequit̄ ꝙ ipsa sapiētia dei dicatur filius dei ex quo ab eo ꝯcepta ⁊ genita dicit̄. Patet rō. Auctas. Et loquitur ipsa diuina sapientia dicens. Dñs possedit me in initio viaꝝ .s. creaturaꝝ suaꝝ. Antequꝫ quicqꝫ faceret a principio: ab

eterno ordinata sum. Et infra. Nondū erāt abyssi ⁊ ego iam concepta eram Prouer. 8. Uide hanc auctoritatem expositam ⁊ alias in sermonibus de articulis fidei ser. lo. vbi agitur de trinitate parte prima. Itē Eccli. 24. Ego ex ore altissimi pdi. primo genita ante omnem creaturam. Ego feci in celis vt oriretur lumen indeficiens ⁊c. Patet ergo prima cōceptio diuinalis. Hec cōceptio prima est conceptio filij dei quantum ad diuinam naturam: sed conceptio q̄ntum ad humanam naturam fuit in mente diuina ab eterno predestinata: sicut ⁊ aliarū creaturarum conceptiones. Ro. i. Qui predestinatus est filius dei in virtute ſm spūs sanctificationis ⁊c. Sicut autē artifex operatur artificium mediante arte sua: sic ⁊ deus pater mediante sapientia sua que appropriatur filio oia creauit. ps. Oia in sapientia fecisti. Et hoc est qḋ dicitur Geñ. i. In pn̄cipio creauit deus celum ⁊ terram. In pn̄cipio. Glo. i. in filio: quod principiū Dauid vocauit sapientiam. Joānes vero vocauit verbum. In principio erat verbum. Et ifra. Omnia per ipsum facta sunt Jo. i. Ipse āt filius dei vocat se principium Jo. 8. Principium qui ⁊ loquor vobis. Moyses vocauit filium dei principium ⁊ etiam christus. Hoc etiam denotauit Moyses cum in pductione cuiuslibet creature scribit dicens. dixitq̄ deus. Fiat hoc ⁊c. Nota dixit. i. per verbum produxit: quasi diceret. per verbū suum quod ab eterno conceperat in seipso in tempore produxit creaturas extra seipm̄. Et sicut in qualibet operatione artificiali requiruntur tria. s. homo siue artifex tanq̄ causa efficiens. Item ars tanq̄ causa formalis. Item voluntas tanq̄ causa motiua ⁊ finalis ad operandum propter aliquem finem bonum: sic in creatione rerum cōcurrunt tria. Primo pater tanq̄ principiū effectiuum. Scd̄o ars siue sapientia patris que appropriatur filio tanq̄ principiū formale. Tertio bonitas siue voluntas ipsi⁹ dei tanq̄ principium finale mouens agentem que appropriatur spūi sancto. Et sic omnes tres persone trinitatis concurrunt in creatione mundi. Et Prouer. 16. Uniuersa propter semetipsum operatus est dn̄s. Itē Apoc. i. Ego sum alpha ⁊ o: principium ⁊ finis. Et hoc est qḋ dicitur Geñ. i. In pn̄cipio. i. in filio: ecce psona filij: creauit deus. i. pat̄ celum ⁊ terram. Et infra. Sp̄s dn̄i ferebat̄ super aquas: ecce psona spūs sancti. dicitur autem ferri super aquas. i. super totam naturam corpalem informē. Non quidē corporaliter ferebatur. sed sicut voluntas artificis superfertur materie quam vult facere. Hec notat Tho. p. i. q. 66. ar. i. ad scd̄m.

¶ Scd̄a est conceptio angelicalis. Hec cōceptio non fuit ab eterno: sicut pria: sed fuit a principio mundi. Nam cōis snia est theologorū. qḋ quando deus creauit celū empyreum statim ipsum repleuit nouem ordinibus angelorum. Dic illos. Quattuor enim ponuntur a theologis concreata. s. celum empyreum. angeli. materia corporalis: ⁊ tēpus. Hoc ponit Tho. p. i. q. 46. ar. 3. Si dicas. Et quomodo scit hoc: R̄e°. q2 Christus ⁊ Paulus reuelauerunt Dionysio qui scribit librum de celesti ierarchia. Inter omnes autem angelos nobilior erat lucifer qui elatus est in superbiam ⁊c. Dic quomodo desiderauit equalitatem dei. ⁊ declara hoc: q2 non est sic intelligendum qḋ vellet se equare deo in omnibus. quia bene sciebat hoc esse impossibile. quia nec ipse deus posset facere creaturam equalem sibi. nec hoc cōtingit ex impotentia dei. sed ex defectu creature que est capacitatis finite ⁊c. sed volebat acquirere gloriā nō ab alio sed ex se quasi nollet recognoscere superiorem: sicut ⁊ deus nullum superiorem habet ⁊c. Uidens ergo deus tantam superbiam ait. Non habitabit in medio do. m. qui. f. su. ⁊ statim vocauit Michaelem dicens. Michael michael ⁊c. ⁊ bellauit cum lucifero ⁊ expulit eum de celo. non propria virtute sed dei: ⁊ effecti sunt diaboli ⁊c. Nota contra superbiā ⁊c. Auctoritas de hoc duplex. Una in veteri testamento. Isa. 14. Quomodo cecidisti lucifer: qui mane oriebaris qui dicebas in corde tuo in celum cōscendam super astra dei exal. soli. me. sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: ascendā super altitu. nu. similis ero altissimus. Dicit Ber. de grādibus humilitatis. qḋ diabolus preuidit se super malos principatum habiturum propter quod in latere aquilonis solium suum ponere volebat. vt dicitur Isa. 14. ⁊ notat

hoc Tho. in. 2. sniarum di. 10. ar. 2. in. 2. arg. Et vide quod scripsi supra in sermone beati Stephani qui incipit Stephanus plen⁹ gratia pte. i. in additione que incipit. Unde dicit Tho. Illud autem notanduz ꝙ id quod dixit diabolus in celum conscendaz nō potest intelligi de celo empyreo: quia in illo datus fuit. Oportet ergo ꝙ intelligat de celo sancte trinitatis: vt dicit Tho. in. 2. sniarum di. 5. q. i. ar. 2. Uel dic ꝙ appetijt essentialitatem dei: si possibile esset hoc obtinere. Uel dic ꝑut dicit Ricar. ⁊ refert Tho. in. 3. sniarum di. i. q. i. ar. 3. in. 7. argumento: vbi dicit ꝙ Ricar. exponens illud quod dicitur Jone. 3. Propter me orta est tempestas ⁊c. dicit ꝙ diabolus vidit rationalem creaturam assumendam in vnitate persone filij dei ⁊ inuidit: ⁊ hec inuidia fuit causa casus eius ⁊ mouens ipsum ad tentandū hominem. Hec ille. Uide Tho. in. 2. sniarum di. 5. q. i. ar. 2. vbi dicit in corpore questionis. ꝙ angelus dei equalitatem non appetijt simpliciter quantum ad substantiaz desiderati: vt. s. vellet tantam bonitatez habere quantā deus: sed tamen appetijt equalitatem ẜm quid q̄ztum ad modum habendi. Bonitas enim siue beatitudo est in deo quam habet per suam naturam. Et item a qua omnis creature beatitudo ⁊ bonitas transfunditur. Uidens ergo angelus dignitatem nature sue qua creaturis ceteris preeminebat. voluit ab eo beatitudinem ⁊ bonitatem in omnia inferiora deriuari. voluit etiam per sua naturalia ad perfectionem beatitudinis peruenire. Et ideo dicitur ꝙ sine merito voluit hoc quod meritis habiturus esset si perstitisset. Nec etiam q̄ztum ad modum habendi simpliciter deo equiparari voluit. Non enim voluit a se beatitudinem habere. nec esse primum in alios transfundens: sed a deo ⁊ sub deo ẜm ꝙ ipse in omni natura operatur Tho. Ex quibus patet ꝙ non fuit simpliciter impossibile quod angelus appetijt q̄zuis esset malum quod tamen quia putauit bonum: ideo errauit non quidem obscurātepassione intellectuz eius. quia passiones in angelis non sunt sicut in nobis: sed quia considerando vnum retrahitur angelus a consideratione alterius. eo ꝙ intellectus eius simul pluriū non est: nisi sicut in verbo omnia contemplatur. Contingit enim aliquid esse eligenduz ẜm vnam conditionem rei consideratam. quod tamen eligendum non est omnibus conditionibus concurrentibus consideratis: ⁊ ita potuit in angelis error esse electionis ⁊ peccatum: ẜm Tho. in. 2. sniarum di. 5. q. i. ar. i. in corpore questionis: ⁊ ponit similitudinem ibi in responsione ad quartum argumentum de medico: qui iudicat aliquid esse expediens vni egroto ẜm vnam infirmitatē eius ꝯsideratam: q̄d tn̄ non est simplr expediens propter aliam egritudinez: quaz vel non cognoscit vel nō cōsiderat. Modū autem quo fuit expulsus de celo ponit alia auctoritas noui testamenti: q̄ habet Apoc. 12. Factum est prelium magnum in celo michael ⁊ angeli eius preliabantur cum dracone. Et infra. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui vocatur diabolus ⁊ sathanas qui seducit vniuersum orbē ⁊ proiectus est in terram ⁊ angeli eius cum illo missi sunt ⁊c. Est autem notandum vt notat Tho. in. 2. sniarum di. 6. super littera per draconem intelligitur ipse lucifer. ꝑ caudam suasio dum alijs suum desiderium expressit. per stellas angeli naturali luce fulgentes: quaꝝ tertia pars cecidisse dicitur: non quantum ad numerum sed quantum ad qualitatem: quia qui remanserunt: sunt deo inherentes assistendo ⁊ ministrando: ⁊ alij per auersionem ceciderunt. Tho. Prima ergo pars dicitur assistentium. Scda ministrantium. Tertia cadentium. Remāsit ergo ciuitas illa pro magna parte depopulata ⁊c. propter quod angeli rogauerunt deuz vt repleret sedes vacuas ⁊c. Et deus eis reuelauit ꝙ replende erant. Sed domine per quos replebuntur? Numquid alios angelos de nouo creabis? Rn̄dit non: quia iam cessaui die septimo ab omni ope quod patraui. Sed creabo homines ⁊c. ⁊ de ipsis

replebuntur ruine angelice. Et angeli dixerunt. Domine ⁊ quomodo hoc fiet? Respondit deus. Mittam filium meum in vterum virginalem cuiusdam puelle: ⁊ sic fiet deus homo vt homines efficiantur dij participatione: sicut ⁊ vos. Tunc filius dei fuit conceptus in mentibus angelicis. ⁊ fuit facta maxima iubilatio in celo. Quid si gaudium est in celo super vno peccatore penitentiam agente Luc. 15. Multo magis ⁊c. Auctoritas. Interrogabo te: responde mihi. Ubi eras quando ponebam fundamenta terre: cum me simul laudarent astra matutina: ⁊ iubilarent omnes filij dei Job. 38. Nota. Fundamenta terre. i. viuentium ⁊ he sunt reuelationes diuine. Astra matutina. i. angeli vt exponit Grego. De hac conceptione dicitur Prouerbio. 8. Nondum erant abyssi ⁊ ego iam concepta eram. s. in mentibus angelorum. Et sic patet secunda conceptio.

¶ Tertia conceptio fuit humanalis. Ista fuit post creationem ade ⁊ eue ⁊ post peccatum. Nam postquā peccauerunt stabant in magna tristitia ⁊ merore. considerantes expulsionem eorum de paradiso. Item dānationem totius posterioritatis sue: acsi ꝓpter delictum vnius deberet tota ciuitas perire: magni ⁊ parui ⁊c. Quantus dolor ⁊c. Hic dolor secrete mittitur in scriptura cum dicit. Uocauit Adam nomen vxoris sue Euam: eo ꝙ mater esset cunctorum viuentium Gen. 3. Ante peccatum vocauit eam vir ago: sed post euam. i. ve sine calamitas. Uolens igitur diuina bonitas primos parentes consolari reuelauit eis ꝙ pro filij ⁊ posteri ipsorum deberent saluari ⁊ redimi ⁊ genus humanum in maiori dignitate constitui: ꝙ̄ in statu innocentie erat. O domine ⁊ quomodo? Respondit deus quia mittam filium meum in vterum virginis ⁊c. cuius merito humanuz genus a potestate diabolica liberabitur: ⁊ exaltabitur dignitas humana magis ꝙ̄ angelica: quia deus fiet homo. O quantam consolationem habuerunt primi parentes ex hoc. Et licet hoc omnes sancti dicānt: tamen auctoritas quando deus maledixit diabolo in serpente dixit. Inimicitias ponam inter te ⁊ mulierem ⁊ semen tuum ⁊ semen illius. Ipsa conteret caput tuum ⁊c. Gen. 3. Mulier ista est virgo Maria cuius semen. i. filius est christus. Caput serpentis erat tyrannica dominatio quam super genus humanum sibi diabolus vsurpauerat. Hoc caput virgo contriuit quando per filium suum diabolo huius dominium tyrannicum abstulit. Figura huius etiam habetur in Judith: qui amputauit caput olopherni Judith. 13. Et hoc dicitur in ps. 73. Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre ⁊c. vsqꝫ ethyopum. Uide supra de beata Anna. vel de conceptione virginis qui incipit Benedictus fructus ventris tui. Et nota ꝙ vt dicit sanctus Tho. 22. q. 2. arti. 7. Etiam ante peccatum Adam cognouit incarnationez filij dei ſm ꝙ ordinabatur ad consumationem glorie: non autem ſm ꝙ ordinabatur ad liberationem a peccato per passionem ⁊ resurrectionem: quia homo nō fuit prescius peccati futuri ſm Tho. Hoc autem fuit ei reuelatum in extasi illa que dicitur sopor. A quo excitatus Adam dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis ⁊c. Et infra. Propter hoc relinquet homo pa. ⁊ ma. ⁊ adhe. vxori sue. Et erunt duo in carne vna. Tunc enim quando contraxit matrimoniū cum Eua cognouit Adam illam: quod significatur per matrimonium. s. coniunctionem filij dei cum humana natura. in thalamo vteri virginalis: de quo processit tanqꝫ sponsus de thalamo suo. ps. 18. De quo dicit Apostolus Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in christo ⁊ ecclesia. De hac conceptione potest intelligi illud Prouerbio. 8. Nondum erāt abyssi. s. mortis ⁊ damnationis: quia nemo adhuc fuerat mortuus: ⁊ ego iam concepta eraz. s. in mentibus humanis ade ⁊ eue.

¶ Quarta cōceptio est scripturalis. Quia tota scriptura sancta est grauida d filio dei ⁊ de nouo q̄dē testamento nō expedit dic.

Sed etiam in veteri cõtinet incarnatio dei
ꝑ multas figuras mysticas ⁊ ꝑ ꝓnuntiatio
nes ꝓpheticas. Et primo quidẽ ꝓphias po
nam nõ quidem omnes sed aliquas. Nota
ꝓphiam Jsa. 7. Ecce virgo ɔcipiet ⁊ pariet
filium ⁊ vocabitur nomen eius emanuel.
Nota Filium quasi di. nõ patrem neqꝫ spi
ritũ sanctũ. s. emanuel. i. nobiscum deus: qꝛ
aliter nec seipsum saluare potuisset. Jtem
Jsa. xi. Egredietur virga de radice yesse ⁊c. i.
virgo maria. Vñ ecclesia. Virga yesse flo/
ruit virgo deum ⁊ hoiem genuit. Jtẽ alibi.
Stirps yesse virgam ꝓduxit. virgaqꝫ florẽ.
Et sup hũc. florem requiescet spũs almus.
Virgo dei genitrix virga est flos filius eius.
Jtem Jere. 3i. Nouum faciet sup terram:
femina circũdabit virum. Nota Noui fa.
nouũ fuit hec conceptio dupliei ratione.
Prima qꝛ est nouus modus generationis.
Nota quattuor modos diuersos generatio
nis humane: sicut scripsi in sermo. de nati/
uitate dñi qui incipit Misit deus filiũ suũ
fac. ex mulie. in introitu. Scḋa dicit nouũ
propter id quod sequitur. Femina circũda
bit virum. Nota Virũ: si dixisset infantem
vel paruulum nec nouum nec mirum esset:
sed dixit Virum. i. iesuꝫ xp̃m qui erat vir. i.
ꝑfectus homo dũ esset circũdatus ab vte/
ro virginis: ꝑfectus dico nõ etate sed sapiẽ
tia. nõ corporis sed animi vigore. Nũquid
põt homo in ventrem matris sue iterato in
troire ⁊ renasci: ait nichodemus Jo. 3. Vñ
Ber. sup missus est. Vir ergo erat iesus nec
dum etiã natus sed sapientia. nõ etate sed
aĩ vigore. non corporis maturitate sensuũ
nõ corpulẽtia membrorum. Et infra. Siue er/
go latens in vtero siue vagiens in presepio.
siue iam grandis deus interrogans docto
res in tẽplo: eque ꝑfecto plenus fuit spiritu
sancto ⁊c. Nõ desunt etiã ꝓphetie paga/
norum ꝓpharum ⁊c. Nota reuelationẽ factam
Sybille de incarnatione filij dei quã reue
lauit Octauiano in palatio suo qḋ dicitur
Ara celi. Vide in legenda natiuitatis dñi.
Figure aũt multe habentur in scriptura.
Nota figuram de rubo Moysi vide in ser.
de natiuitate virginis qui incipit. Virga
egressa est de radice yesse. pte. 2. Jtem ibi.
Virga aaron que floruit Num. 17. De ista
ergo ɔceptione põt intelligi predicte aucto
ritas Prou. 8. Nõdum erant abyssi. s. scri/
pturarum euangelicarum: ⁊ ego iam cõcepta
erã. s. in vtero scripture veteris testamẽti.

Quinta est conceptio maternalis. Ber.
sup missus est. Qḋ moysi monstratum ẽ in
rubo ⁊ igne: Aaron i virga ⁊ flore. Gedeon
in vellere ⁊ rore. Hoc apte Salomon ꝓui/
dit in forti ⁊ muliere ⁊ eius ꝓtio. Hoc ẽt
presciuit Jeremias de femina ⁊ viro. Hoc
aptissime Jsaias declarauit de ꝟgie ⁊ deo.
Hoc Gabriel tandẽ exhibuit: ipsaꝫ virginẽ
salutando. De qua conceptione hodie fit fe
stum ꝑ totum mundũ. Et hec est aliter ꝙ
prime quattuor: qꝛ ille sunt ɔceptiones spi
rituales. sed hec est carnalis. Jdeo de ea di
cit thema. Ecce concipies in vtero. De hac
loquitur euangeliuꝫ hodiernũ. vbi nota tria.

Primo notatur diuine ambassiate ange
lica explicatio.

Scḋo modi incarnationis sacratissima
altissima demonstratio.

Tertio ad incarnationem virginalis cõ
sensus expressio siue virginalis assensio.

Primum notatur in principio euangelij vsqꝫ
ibi. Dixit aũt maria ad angeluꝫ. Scḋm ab
inde vsqꝫ ibi dixit autem maria. Ecce an/
cilla dñi. Vide de prima parte quod scripsi
supra in sermo. qui incipit. Ecce ecce ecce
parte prima. De scḋa parte vide infra ser/
mo. proximo par. 3. versu tertia gratia. Et
nota in tertia parte ꝙ statim postqꝫ virgo
gloriosa dixit illud verbuꝫ. Ecce ancilla do
mini ⁊c. fuit conceptus filius dei vt dicunt
theologi ⁊ canoniste. Et spãliter Glo. Jo.
an. in Cle. vna de summa tri. ⁊ fide catholi.
in principio super verbo Vnitas. Jn in/
stanti conceptionis fuit perfectus homo. et
fuit anima rationalis infusa. Tum propter
infinitam virtutem agentis. s. spiritus san/
cti. Tum quia incongruum fuisset filiũ dei
corpus assumpsisse nisi formatum. Jn alijs
nõ infunditur nisi organizato embrione et
plene habilitato ad ipsam recipiẽdã. Hoc
tenetur. 33. q. 2. Quod vero ꝙ dicunt qdam
fieri ꝑ differẽtiam sexuum a quadragesimo
vel octuagesimo die conceptione embrio/
nis. De purificatione post partum. c. vno
Hec ponit Jo. an. vbi supra. Rogemus er
go dñm ⁊c. Deo gratias. Amen.

¶ In festo sancti Ambrosij episcopi.
Sermo vnus.



Nextinguibi le est lumen illius. Sap. 7. Pro declaratione nota q gratia dei existẽs in homine potest cõsiderari dupliciter. Uno modo respectu cõditionis humane et sic gratia dei est versabilis et mutabilis. Ratio accidens consequitur conditionem subiecti etc. Ideo gratia que est accidens anime sequitur conditionem anime in hoc mũdo. Anima aũt est variabilis et mutabilis ppter libertatem arbitrij quod est mutabile: q2 non cogitur a gratia. ideo existens in gratia debet timere ne perdat eam nec extinguantur vento superbie vel luto auaritie etc. Ideo xp̃s. Uide ergo ne lumen qd in te est: tenebre sint Luc. xi. Et ecõtra qui sunt in peccatis nõ debent desperare: q2 possunt habere lumen gratie q̃3 diu sunt in via. Ideo quibusdã qui fuerãt peccatores dicit Apl's. Eratis aliquando tenebre nunc aũt lux in dño. Ephe. 5. Si vero loqmur scd'o de gratia respectu diuie ordinationis seu p̃destinationis. sic ẽ inpmutabilis. Greg. Deus cuius puidentia in sui dispositione nõ fallitur etc. Modo loquẽdo de gratia dei in beato Ambrosio respectu diuine dispositionis dicit in themate. Inextinguibile etc. Patet thema. Inuenio q beatus Ambro. habuit quinq3 lumina.

¶ Primo lumen celestialis seu spiritualis deuotionis.
¶ Scd'o lumen intellectualis cognitionis.
¶ Tertio lumen sp̃ualis prelationis.
¶ Quarto lumen Iudicialis correctionis.
¶ Quinto lumen integralis perfectionis.

Dico primo etc. Deuotio nihil aliud est nisi quedã celestis illustraatio in corde hominis qua dulciter afficit ad diuina: et cu3 leticia opatur ea que dei sunt. Nam aspectus rei dilecte mouet affectum. Ideo Dauid. Signatũ est super nos lumen vultus tui domine: dedisti leticiam in corde meo ps. 4. Istud lumen habuit beatus Amb. Hic de examine apũ etc. Apes significabãt dulcedinem deuotionis: et quia exibant de ore eius significabant sua3 predicationem feruentissimã. adeo q sua deuotio manifestaretur etiã per demones inuitos. Apes nãq3 faciunt mel dulce et pũgunt. In primo deuotio. In scd'o predicatio pũgens hereticos et peccatores. In cera vero notatur eius virginitas. Nam vt dicit in eius legenda tunc temporis mediolani multi a demonibus obsessi. se torqueri ab Ambrosio magnis vocibus clamitabant. Quantum autem sua deuotio longe lateq3 redoleret. colligi potest ex nominis interpretatione. Dicitur nãq3 Ambrosius ab ambra que est species valde redolens et preciosa. Hic exẽplum de illo aruspice qui indignatus contra beatum Ambrosiũ misit demones contra eum: sed illi reuersi dixerunt circa domum eius esse murum igneum: qui significabat deuotionem suam. et ideo in nullo potuerunt sibi nocere etc.

¶ Dico scd'o etc. Lumen intellectualis cognitionis duplex est. s. habere scientiam nõ solum acquisitã ex exercitio studij. sed etiã infusam: que differunt in hoc. quia scientia acquisita transit in animam per portas sensuu3. quia omnis nostra cognitio ortum habet a sensu: sed infusa descendit in animã a fonte diuini luminis. De quo Dauid. Apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen ps. 35. Istud lumen habuit beatus Ambrosius. Primo enim habuit scientia3 acquisitam. Traditus enim a parentibus artibus liberalibus: postmodum vero studuit in theologia: in quo tm̃ profecit vt haberet spiritu3 prophetie. Dicitur quomodo o'ferebat monum sorori ad osculandum. Item hic de illo hospite etc. Precognoscẽs enim Ambrosi9 per spiritum prophetie domum illam subuertendam recessit etc. Nota hic de periculo prosperitatis mundane et vtilitate aduersitatum. Ego quos amo arguo et castigo Apoc. 3. Ideo Tob. 3. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: qui cum iratus fueris misericordiam facis: et in tempore tribulationis peccata dimittis hijs qui inuocant te Declara etc.

¶ Dico tertio etc. Lumen spiritualis prelationis. Prelatio comparatur lumini et prelatus dicitur lucerna: quia quando recte intrat est accensa et stat super candelabrum

ecclesie vel dignitatis. vt det lumen aliis do
ctrine τ boni exempli: τ potest dici de illo.
Ille erat lucerna ardens τ lucens Jo.5.
Quãdo aũt male intrat vel male exequit
officium dicit lucerna ardens sed non lu
cens. Ardens quidẽ igne concupiscẽtie τc.
sed nõ lucens quia est obscura in tenebris
peccatorum. Quando aũt est bonus de eo di
cit xp̃s. Nemo accendit lucernã τ in abscõ
dito ponit: neq; sub modio sed super cãde
labrum vt qui ingrediunt. Lumen videãt
Luc.xi. Istud lumen habuit beatus Amb.
qz fuit promotus voluntate diuina. Vide
de sua promotione in decretis.63.di. Valẽ
tinianus. Et.61.di.sũt. His oĩbus. Dic quo
modo fuit pmotus τ per multas vias re
stitit τc. Questio est hic quare tantũ ɔtra
dixit: cum sciret multa bona facturum: Rñ
ppter magnum periculum τc. Sed hodie
ɔtra. Dic vt expedit. Ideo Sap.6. Iudiciũ
durissimum hiis qui presunt fiet. Exiguo.n.
cõceditur misericordia. potentes aũt poten
ter tormenta patiẽtur. Nota durissimũ τc.
Declara vt supra in sermone sancti Blasii
par.2. Idem de rectoribus ciuitatũ siue cõ
munitatum qui etiam coacti debẽt venire
τ debent in se virtuose viuere: al's τc. In
quo enim alium iudicas teipsum condem
nas Ro.2. Ideo Eccli.7. Noli querere fie
ri iudex: nisi valeas virtute iniquitates. ne
forte extimescas faciem potentis τ ponas
scandalum in agilitate tua.

¶ Dico quarto τc. Lumine iudicialis cor
rectionis que dicit lumen. Auctas. Om
nia que arguuntur a lumine manifestant.
Omne enim quod manifestatur lumen est
Ephe.5. Istud lumen habuit Amb. ad ar
guẽdum τ corrigendũ magnos τ pnos τc.
Hoc fecit dupliciter. Primo in iudicio pe
nitentiali audiendo ɔfessiones prouocãdo
confitentes cum lachrymis τc. Item Theo
dosio negauit ingressum ecclesie τc. Dic hy
storiã. Vide.xi.q.3. Cum apud. Item nota
hic quãdo illa virgo ariana eum p vestem
apphendit τc. Item de eo qui venit de no
cte ad cubiculum eius vt eũ occideret: sed
cum manũ eleuasset cum gladio vt ipsum
percuteret. ɔtinuo manus eius aruit τc. Itẽ
scdo in iudicio ɔtentioso reddendo vni
cuiq; ius suum τc. iuxta illud Diligite iu
stitiam: qui iudicatis terram Sap.1.

¶ Dico quinto τc. s. lumen integralis perfe
ctionis. Et hoc est qñ vsq; in finem perseue
ratur in bona vita: iuxta illud Prouer.4.
Iustorum semita quasi lux splendens pcedit:
τ nescit vsq; ad pfectam diem. Et xp̃s. Si
ergo totum corpus tuũ lucidum fuerit τc.
iuxta illud Luc.xi. Istud lumẽ habuit bea
tus Amb. Dic quomodo ɔuertit Augusti
num. Item dic quomõ docuit Augustinum
seruare illa tria. De quibus habet in legen
da augustini. Item quidã infidelis hereti
cus adeo durus q nõ poterat conuerti ad
fidem: iuit ad predicationem Amb. τ vidit
angelum loquẽtem sibi dum predicaret. et
ɔuersus est τc. Item fuit tãte largitatis q
omnia que habere poterat: ecclesiis τ pau
peribus tribuebat. τ propter h vasa sacra
ɔflari iubebat.12.q.2. Aurum. Itẽ fuit tan
te pietatis τ dulcedinis vt cum sibi annun
ciaretur mors alicuius sancti ep̃i vel sacer
dotis: amarissime fleret τc. ¶ Cum aũt in
fine vite sue iaceret in lecto eger. vidit do
minum iesum xp̃m facie leta sibi dicentem.
In pasca eris mecũ in padiso τc. Dic eius
mortem τ de Honorato sacerdote Vercel
lensi: qui audiuit vocem illam τc. Assumpto
ergo corpore christi emisit spiritum τc. Mo
do aũt est in lumine glorie: quod est peni
tus inextinguibile.

Deo gratias. Amen.

¶ In festo sancti Georgii Sermo vn⁹.



Certamen for
te dedit illi vt vinceret. Sa
piẽtie.10. Sermo erit d be
ato Georgio: de cuius vir
tutibus refulgent duo lu
mina exemplorum. s. lumen eximie militie tẽ
poralis τ etiam spũalis. Et ideo hodie est

cõe festum militibus.tẽporalibus ꝛ etiam
spũalibus.ad imitandũ exemplar victorie
in bello vtriusqꝫ militie.Salutem ꝓgo. Pro
introductione materie ꝑdicande est notan-
dũ:ꝙ diuina sapientia que attingit a fine
vsqꝫ ad finem fortiter ꝛ disponit oia sua/
uiter:vt di Sap.8. Nõ aliter ordinauit cre
aturaꝫ diuine visionis capacẽ in qua essen
tialiter ꝯsistit gloria ad eandẽ visionem pos
se ꝑtingere:nisi ꝑlio mediãte ꝛ merẽte vi·
ctoria:iuxta illud aplĩ. Labora sicut bonus
miles iesu xp̃i:q2 nõ coronabitur nisi qui le
gitime certauerit.2.Tim.2. Uel dic ꝙ ꝯclu
sio est in sacra theologia ꝙ nulla creatura
glorie capax fuit nec erit:que sine victoria
belli obtineret gloriam. Probatur h̄ ꝯclu/
sio exẽplo:ꝛ auctoritate. Exemplo patet in
angelis ꝛ hoibus ifra dicif. Est auctas du
plex. Prima xp̃i. Estote fortes in bello ꝛc.
scd̃o aplĩ.2.Tim.2. Labora sicut bon⁹ mi-
les iesu xp̃i:q2 nõ coronabitur ꝛc. Idẽ apo
stolus hortatur nos dicens. Induite vos
armaturã dei vt possitis stare aduersus in
sidias diaboli. Item Mat.xi. Regnũ celoꝝ
vim patitur ꝛ violenti rapiunt illud. Hoc
patet primo in angelis qui ab initio creati
qdem sunt in gratia ſm opinionem veram
quã tenet Tho.in.2.sen.di.4.artic.3. q̃uis
ibi dicat ꝙ cõior opinio est ꝙ angeli nõ in
gratia sed in naturalibus tm̃ creati sunt.
Ex illa ergo gratia meruerũt angeli gloriã:
de quo ponit Tho.in.2.sentẽ.di.5.q.2.art.
2.sed nunqꝫ gloriam eternam potuerũt adi
pisci nisi prius de angelis apostatis victo/
riam habuissent.bellando cum eis:iuxta il-
lud Apoc.12. Factum est ꝓlium magnũ in
celo Michael ꝛ angeli eius preliabant cuꝫ
dracone ꝛ draco pugnabat ꝛ angeli eius:
ꝛ nõ valuerunt neqꝫ locus eoꝝ inuentus ẽ
amplius in celo. Et proiectus est draco ille
magnus qui vocatur diabolus ꝛ sathanas
in terram:ꝛ angeli eius cum illo missi sunt.

Scd̃o hoc patet in hoibus quos oportet
viriliter bellare cum hostibus spũalibus et
vincere vt ad gloriam vite eterne ꝑtingãt.
Discurre per patriarchas qui bellauerunt
cum gladio fidei.ꝓphete cum spe. apostoli
cum charitate.martyres cum patientia ꝛc/
iuxta illd Estote fortes in bello ꝛ pugnate
cum antiquo serpente ꝛ accipietis regnum
eternum. Et hec est ratio quare deus per/
misit Adam tentari de esu pomi vetiti: et
quare deus lignum scientie fecit vt Adam
haberet bellandi materiam ꝛ vincendi:vt
sic mediante victoria obtineret gloriã. Qui
licet prius succubuerit in bello:tamen po/
stea obtinuit penitentiã faciẽdo. Ideo nũc
obtinẽt gloriam. Ideo Apl̃s nos hortatur
dicens. Induite vos armaturam dei vt pos
sitis stare aduersus insidias diaboli: quia
nõ est nobis colluctatio aduersus carnem
ꝛ sanguinem.s.tm̃ sed aduersus principes:
ꝛ potestates.aduersus mũdi rectores tene·
braꝝ harum.ꝯtra spiritalia nequitie in ce
lestibus Ephe.6. Patet ergo ꝙ nullus sine
bello intrat in gloriam ex ordinatione diui-
ne ꝓuidentie. Unde nec etiam ipse xp̃s qui
est dñs glorie voluit in ipsam intrare nisi
mediante bello ꝛ victoria passionis. Luc.
24. Nõne hec oportuit christũ pati: ꝛ ita
intrare in gloriam suam? Item Aug. manu
inermi ꝛ affixa cruci debellauit aereas po/
testates. Et siquis diceret ꝯtra h̄:q2 paruuli
innocentes baptizati statim euolãt sine bel
lo ꝛc. Rñ° ꝙ imo cum bello ꝛ victoria. Licet
enim ipsi nõ bellant nec per se vincant ho-
stes:tamen xp̃s bellauit pro eis in monte
caluarie super equũ crucis.cum galea coro·
ne spinaꝝ.cum lancea qua latus eius perfo
ratum est.ꝛ eo vulnere diabolum transfixit.
cuꝫ calcaribus clauoꝝ in pedibus.cũ guan-
tis clauoꝝ in manibus. cum torace carnis
rubee. Cuius victorie merito pueri eternam
gloriam nanciscuntur. Nota similitudinem
de rege qui ex victoria belli intrat ciuita/
tem. Non enim solum ipse qui bellauit et
milites ꝛ armigeri sed etiaꝫ coquinarij.tro-
tarij.pallardi.ꝛ rapacij.ꝛ alij qui non bella
uerunt intrant ciuitateꝫ. Sic rex noster xp̃s
in die veneris sancta habuit forte bellũ: ꝛ
in die resurrectiõis habuit victoriã ꝛ leua
uit campũ. Ex qua victoria in die ascensiõis
intrauit ciuitatẽ paradisi.ꝛ milites ꝛ armi-
geri.s.patriarche ꝓphete.tũc cũ xp̃o intra-

uerunt. ⁊ postmodum apostoli. martyres. q
fuerunt fortes in bello. quin etiaz pueri in-
trant ⁊c̃. Hoc autem ideo pueris datum
est quia bellare nesciunt nec possunt. Alij
vero oportet ꝙ bellando ⁊ vincendo intrēt
in vitam eternam. ps. Innotentes ⁊ recti
adheserunt mihi quia substinui te ⁊c̃. Un-
de cantat ecclesia. Mors ⁊ vita duello con-
flixere mirando: dux vite mortuus regnat
viuus. Illud tamen meminisse oportebit ꝙ
in hoc prelio nulla creatura victoriam ha-
beret nec habuisset: nisi mediante virtute
christi. Et hoc patet per illud quod dicit
beatus Joannes Apoc. 12. c. Ubi postꝗ di
xerat Joannes ꝙ Michael ⁊ angeli eius
preliabantur cum dracone: subdit. Et ipsi. s.
fratres auxilio angelorum fulti vicerunt il-
lum propter sanguinem agni ⁊ propter ver
bum testimonij sui. Nec solū homines vin-
cunt in virtute christi sed etiam angeli vice
runt demones in virtute dei. Naturaliter
eniz fortior est sathanas ceteris angelis sed
angeli vicerunt illum virtute diuinitus eis
infusa. Ideo dicitur Eccl's. 9. Uidi sub so-
le. nec velocium esse cursum. nec forcium bel
lum. nec sapientium panem. nec doctorum
diuitias. nec artificum gratiam. sed tem-
pus casumqꝫ in omnibus. Nota Casumqꝫ
casus autem vocatur diuina prouidentia:
vt notat Tho. parte. 1. q. 116. ar. 1. Quia er-
go beatus Georgius viriliter bellauit ⁊ vi-
cit hostes suos. victoriam autem non a seip
so principaliter sed a deo habuit. Ideo di-
cit thema. Certamen forte ⁊c̃. Patet the-
ma. Modo videamus quos hostes habuit
beatus Georgius ⁊ quomodo ipsos vicit.
Nota ꝙ quattuor hostes habuit ipse sicut
⁊ nos habemus. Sed si speramus in domi-
no dabit nobis victoriam. Hostes autem
istos posuit Dauid ispiratus a domio sub
figura bestiarum dicens. Angelis suis de⁹
mandauit de te vt custodiant te in omni
bus vijs tuis. In manibus portabūt te ne
forte offendas ad lapidem pedum tuum.
Super aspidem ⁊ basiliscum ambulabis ⁊
conculcabis leonem ⁊ draconem. Causam
propter quam vincimus dicens. Quoniam
in me sperauit liberabo eum: protegam euz
quoniam cognouit nomen meum. ps. 90.
Ubi nota ꝙ quattuor hostes vicit beatus
Georgius diuina virtute sibi patrocinante:
quos etiam nos vincere debemus si volu-
mus gloriam adipisci. Et sunt isti quos ada
pto non ſm ordinem. ps. Sed ſm ordinem
victorie: ſm ꝙ habetur in legenda ipsius.

¶ Primo bellauit contra leonem super-
bie ⁊ vanitatis: de quo habuit victoriaz
per veram humilitatem.

¶ Scđo bellauit contra draconem luxu-
rie ⁊ carnalitatꝭ: de quo habuit victoriā
per puram castitatem.

¶ Tertio bellauit contra basiliscum auari-
tie ⁊ cupiditatis: de quo habuit victoriā
per claram largitatem.

¶ Quarto bellauit contra aspidem seui-
tie ⁊ crudelitatis: de quo habuit victo-
riam per patientiam ⁊ firmitatem.

¶ Primo ergo bellauit contra leonem. i.
diabolum: qui dicitur leo propter superbiaz
Sicut leo est rex animalium: sic diabolus
est rex super omnes filios superbie: sicut di
citur Job. 41. Unde. 1. Pet. 5. Aduersari⁹
vester diabolus tanꝗ leo rugiens circuit
querens quem deuoret ⁊c̃. qui temptat de
superbia. Nota ꝙ quattuor sunt illa que vt
plurimum faciunt milites superbire. Pri
mo nobilitas sanguinis. Scđo pulchritu
do corporis. Tertio dominiū hominum.
Quarto victoria hostiū. Omnia ista quat
tuor habuit beatus Georgius sed tamen
non superbiuit: immo vicit hunc leonem su
perbie per veram humilitatem. Uide de
hoc supra in sermone sancti Uincentij hu
ius festi: qui incipit Beatus vir qui inuen
tus est sine macula. parte prima.

¶ Scđo bellauit contra draconem luxurie
⁊ carnalitatis: que recte per draconez signi
ficatur. qui flatu inficit ⁊ corrumpit. quia
per luxuriaz totus pene mundus infectus
est ⁊ corruptus: iuxta illud. ps. Omnes de
cli. simul inutiles fac. sunt non est qui fa. bo
num non est vsqꝫ ad vnum: sed vicit illum
per puram castitatem. Unde quando ca
piebat aliquam ciuitatē vel castrum quan-
do homines carnales presertim armigeri se
solent dare carnalitatibus sicut equus et
mulus quibus non est intellectus. beatus
Georgius custodiebat mulieres sicut pa-
ter filias. Et in signum huius victorie quā
habuit contra draconē luxurie dicā vobis

vnū mirabile factum. in quo btūs Geor/
gius duos dracones vnū corporalē ⁊ alte/
rum spūalem occidit. Nota exēplū quomo
do occidit dracone͞ qui erat in lacu ⁊ lıba/
uit puellam a morte corporali. Itē seruа
uit se a stupro puelle: qm̄uis nec voluit ip/
sam in vxorem cum pater ⁊ ipsa essent ꝯtē/
ti. vñ ꝑ hoc vicit draconē spūalem luxurie.
Vñ creditur ꝙ fuit virgo: que virtus licet
magna sit in oībus: tamen maxima fuit in
hoīe iuuene. milite. ⁊ armigero. Quid dicēt
milites hodierni ⁊c̄. Nota quō deus de oī
genere ⁊ statu hominum fecit sanctos: vt
nullus hō in quocūq₃ statu vel gradu posi
tus possit excusationem habere in ꝯspectu
eius. Nam de gradu impatorum fecit san
ctos aliquos: puta Cōstātinum. Theodo/
sium. Iustinianum ⁊c̄. vt nullus Impator
possit dicere. Ego habui magnum onus ⁊c̄.
Itē de regibus Dauid. Ezechias. Iosias.
Itē sanctus Ludouicus rex francoꝝ. Itē
de militibus Georgius. Hyppolitus ⁊c̄.
De medicis Cosmam ⁊ Damianū ⁊ sctm̄
Lucam. De diuitibus ⁊ vsurarijs sanctum
Matheū. De luxuriosis Mariā magdale/
nam. De supbis Paulū. De prelatis eccle
siasticis Greg. Ambro. Nicolaū. Martinū.
⁊ multos alios. ⁊ sic de alijs. Hoc aūt ex
gratia diuina datᷣ: iuxta illud Sap. 8. Sciui
qm̄ aliter nō possum esse ꝯtinens: nisi deus
det. ergo Certamen forte dedit ⁊c̄.
¶ Tertio bellauit ꝯtra basiliscum auaritie
⁊ cupiditatis. qꝛ sicut basiliscus visu interfi
cit hoiem. sic auaritia ⁊c̄. Vñ dr̄ ꝯcupiscen
tia oculoꝝ. i. Io. 3. Et ꝑ hoc interficitur aīa
nō solum auari sed etiā vita pauperū. q/
bus ꝓpter auaritiam nō ꝓuidetur de ne/
cessarijs. ꝓpter qđ pauperes aut moriunt̄
corporaliter fame vel frigore. aut spūaliter:
sicut femine ꝓpter pauperiem fornicantes.
vel alij paupes furta facientes. Iō Am/
brosi⁹. 86. di. Pasce fame morientē: si non
pauisti occidisti. Sed ꝯtra istum draconem
qui multos interficit. principes. reges. mili/
tes. mercatores. iudices ⁊c̄. Bellauit viriliṫ
beatus Geor. ⁊ victoriam habuit. Cū enim
multa potuisset congregare in captione ci/
uitatū. castroꝝ. ⁊ villaꝝ. tamē nō curabat.
Item rex ille cuius filiā liberauit ex quo
noluit filiam suā in vxorem. voluit sibi da
re multum thesaurum sed noluit recipere ꝓ
se: sed ꝓ deo in ecclesijs construendis ⁊ ho
spitalibus. ꝓ personis paupibus. Ideo can
tatur de eo. Beatus vir qui inuentus est
sine macula ⁊ qui post aurū nō abijt. nec
sperauit in pecunie thesauris Eccli. 31. Sed
hodie in tātū creuit auaritia ꝑsertim in mi/
litibus ⁊ stipendiarijs. Nota cōsilium imo
ꝓceptum Ioānis bap. qñ ꝑdicabat dicens
militibus. Nemine͞ concuciatis neq₃ calū/
niā faciatis: ⁊ estote contēti stipendijs ve/
stris Luc. 3. Dic vt expedit.
¶ Quarto bellauit ꝯtra aspidē seuitie ⁊
crudelitatis: qꝛ peius ⁊ crudelius erat ve/
nenū tyrannoꝝ paganoꝝ: q̄₃ venenum aspi
dis ⁊c̄. Dic eius martyrium ⁊c̄.

Deo gratias. Amen.

¶ In festo sancti Marci. Sermo vnus.



Opus fac euangeliste. 2. Tim. 4. Hec verba
dicere possum⁹ btō Mar/
co. O beate marce ⁊ glo/
riose. Opus fac ⁊c̄. Ideo
de eo erit sermo. Salutet virgo gloriosa ⁊c̄.
Pro declaratione verboꝝ nota ꝙ euāge/
lista dicit annunciator euangelij. Vñ oīs
ꝑdicator pōt dici euangelista. Est aūt no/
tandū ꝙ multa sunt necessaria ad hoc vt
aliquis possit esse euangelista. i. euāgelicus
predicator: quoꝝ si quod deficiat: dictor di
ci potest: ꝑdicator dici nō potest.
¶ Primum est etatis ꝯgruitas.
¶ Scđm est scientie claritas.
¶ Tertium est vite sanctitas.
¶ Quartum est mittētis auctoritas.
¶ Quintum est ordinis dignitas.
¶ Sextum est constantie firmitas.
¶ Septimum est patientie virtuositas.
Pōt addi aliud. Eloquētie sublimitas:
iuxta illud Isa. 49. Posuit os meū quasi
gladiū acutū. Itē Isa. 2. Cōflabunt gladi/
os suos in vomeres ⁊c̄. ꝑ gladios intelligū
tur verba elimata et subtilia. ꝑ vomerē ve
ro grossa ⁊ edificantia verba. ergo subtilia
vertēda sunt ī morale͞ edificationē. San
gar enim plures occidit vomere: q̄₃ Aioth
gladio Iudi. 3°. ⁊ 4°. i. Cor. 2. Sermo me⁹
⁊ ꝑdicatio mea nō in ꝑsua. hu. sa. ꝟbis ⁊c̄.
Itē adde aliud prudenter preciositas: vt

sciat aptare sermonē ꝺm audientiū qualitatem. Nam vt dicit Origenes ⁊ habet in decretis. 43. di. In mādatis habemus vt venientes ad ciuitatē discamus prius: qs in ea dignus sit. vt apud eum cibum sumamus; quātuꝫ magis noscе oportet qs quasisue sit is cui imortalitatis verba credēda sunt? Soliciti eni debemus esse ne margaritas nostras mittamus añ porcos. Hec ille. Item ad idē facit ꝙ dicit Petrus apl's ⁊ habetur in decretis. 8. q. i. Oportet eū q docet ⁊ instruit aias rudes. esse talem: vt ꝓ ingenio discentiū semetipsum possit aptare. ⁊ verbi ordinē pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo apprime esse eruditus ⁊ doctus. irreꝑhensibilis. maturus. pauidus. sicut ipsi ꝓbastis fore Clementē hūc post me. Hec ibi. Pauidus Glo. i. timens peccare Omnia ꝑdicta habuit btūs Mar. Jō dicitur sibi in themate. Opus fac euangeliste. Et ipse pōt rn̄dere. Opus feci euangeliste. ¶ Primo ergo dico ⁊c̄. Vñ Deut. 15. Nō arabis in primogenito bouis. Primo genitus bouis est bona opatio infirme etatis ⁊c̄. Vide supra eodem libro in versu. Quartū est perfectio etatis ⁊c̄. In sermōe qui incipit Narrauerunt. Hanc ergo hūit btūs Marcus qꝛ fuit etatis perfecte ⁊c̄.

¶ Scdo ⁊c̄. sciētie claritas: ne al's efficiat magister erroris anteq̄ꝫ discipulus veritatis. Ideo dicit Eccli. 5. Si est intellectus tibi responde ꝓximo. Sin aūt sit manus tua sup os tuū ne capiaris in verbo in disciplinato ⁊ ꝯfundaris. In huius signū habemꝰ ꝙ saluator noster prius in medio doctorum sedit. audiēs illos et interrogans. et postea predicare cepit: qꝛ prius vnusquisq̄ꝫ debet adiscere ⁊ postea dꝫ officiū predicādi exercere. Hinc etiā dn̄s ait Apoc. vlt. Qui audit. i. discendo: dicat veni. i. docendo. Hinc etiā prius apl'os docuit: deinde ad predicādum misit dicens. Estote prudentes sicut serpentes: et simplices sicut colūbe Mat. 10. Vide textū Hierony. 16. q. i. Si cupis. Sic etiam post resurrectionē prius illis sensum aperuit. ⁊ scripturas explanauit ⁊ postea dixit eis. Euntes i mundū vniuersuꝫ: predicate euangelium. omni creature Mar. vlt. Unde ⁊ cum de q̄nq̄ꝫ panibus quinq̄ꝫ milia hoium reficere vellet. prius accipiēs panes fregit et postea discipulis suis dedit. ⁊ per eos demū turbis apposuit. quia sacramenta legis ⁊ ꝓphetaruꝫ prius disserendo exposuit. ⁊ postea coꝝ scientiam discipulis dedit. et tandem ꝑ eos demum turbis apposuit. ⁊ illam fidelibus dispensauit Jo. 6. Hinc etiam petrus cū rectoribus ecclesie scriberet ait. Parati semꝑ ad satisfactionē omni poscēti vos rationē de ea que in vobis est fide ⁊ spe. i. Pe. 3. Hinc etiam paulus scribens ad Timotheū ait. Attende lectioni exhortationi ⁊ doctrine. i. Timo. 4. Habuit etiā in veteri testō vectes quibus archa portabat iugiter anuli erant inserti vt cum archa esset portanda nulla fieret mora diuinitus mittendis vetibus: qꝛ predicatores per quos ecclesia circūfertur sacris litteris semper debēt insistere. ne tunc querant discere cum ex officio alios debeant docere. Salomon quoq̄ꝫ nō diuitias. nō longa tēpora huius vite: sed sapientiam a deo petijt ⁊ impetrauit. Hinc ⁊ Malachias ait. Labia sacerdotis custodiūt scientiam: ⁊ legem requirent ex ore eius quia angelus domini exercituum est Mala. 3. Hinc etiā dicitur Osee. 4. Quia tu scientiā repulisti: repellam te ⁊ ego: ne sacerdotio fungar mihi. Hinc Salomon ait. Prius tempus tacendi ⁊ postea loquendi: quia veritas prius tacendo discitur ⁊ postea loquendo predicat. Hinc etiam in canticis canticoꝝ. Oculi per quos prelati ecclesie vel ꝑdicatores intelliguntur assimilantur colūbis. que resident iuxta fluenta plenissima: sic predicatores semper sedere debēt iuxta fluenta euāgeliorum et sacre scripture. Patet ergo ꝙ ꝑdicatores debent esse clari in sciētia. Qualem aūt scientiam habere debent predicatores euangelici declarat dominus. quādo mittens octo apl'os ad predicanduꝫ dixit. Predicate euangelium omni creature. Debent ergo docti esse in euangelijs ⁊ scripturis sanctis: qꝛ debent euangelium predicare. nō philosophiam. non virgilium. non ceteros poetas.

Nā miranda canūt sed nō credēda poete. Nō ergo debent secularium scientiaꝝ studio vacare ad voluptatem presertim poeticaꝝ fabulaꝝ. Unde Isidorus in libro sententiaꝝ ⁊ habetur in decretis. 37. di. Ideo

Phibetur christianus legere figmenta poe
tarum: quia per oblectamenta fabularum ni-
mium mentem excitant ad incentiua libidi
num. Nō enim solum thura offerendo de-
monibus imolatur: sed etiam eorum dicta li-
bentius capiēdo. Hec ille. Cōtra quos Hie
rony. ad Damasum de filio prodigo. Et in
decretis. 37. di. sic ait. Sacerdotes dei omis-
sis euangeliis et propheciis videmus come
dias legere. amatoria buccolicorum versuum
verba cantare. tenere virgilium et ꝙ in pue
ris est causa necessitatis. crimen in se face-
re voluptatis. Hec ille. Est tamen verum ꝙ
pro cōfirmatione veritatis et doctrine euā
gelice. non est absurdum aliquādo ceteras
scientias adducere: quia omnes scientie sunt
quasi quedam pedissece scientie theolo-
gice: vnde ei quando necesse est seruire te-
nentur. In cuius figurā Hester regina sua
rum famularum obsequio comitata ad regem
Assuerum accedebat Hester. 15. Unde Cle
mens sic inquit et habetur in decretis. 37.
di. Relatum in fi. Cum enim inquit ex di-
uinis scripturis integram quisque et firmam
regulam veritatis susceperit. absurdum nō
erit si aliquid etiam ex eruditione cōmuni
ac liberalibus studiis: que forte etiā in pue
ritia attigit. ad assertionem veri dogmatis
conferat: ita tamen vt vbi vera didicit falsa et
simulata declinet. Hec ille. Uide multa in
eadem di. vbi bene de hoc. Hanc ergo sciē
tiam habuit egregie Marcus: quod patet in
eo ꝙ euangelium scripsit in Italia. Dic vt
habetur in legenda. ergo Opus fac euan-
geliste: et respondere potest. Opus feci euā
geliste. s. quantum ad scientie claritatem.

¶ Tertium est vite sanctitas vt quod verbo
predicat opere confirmet. Unde debet esse
predicator potens in opere et sermone: vt
in. c. Inter cetera: de offi. iudi. ordi. Duo au
tem includuntur in hac vite sanctitate.
Primum a vitiis purificatio. Secundum in vir
tutibus perfectio. Primo ergo requiritur a
vitiis purificatio. Quia enim debet predica
tor euāgelicus contra vitia predicare. Ideo nō
debet esse vitio aliquo maculatus. alioquin i-
possibile esset psuadere verbo quod factis re-
probat. Cōtra tales dicit Apostolus Ro. 2. Qui
alium doces teipsum nō doces. Qui predi-
cas nō furandum furaris. Qui dicis non
mechandum mecharis. Qui abhominaris
idola: sacrilegiū facis. Qui in lege gloria-
ris: per preuaricationem legis deum inhono-
ras etc. Item ps. Peccatori autem dixit deus:
quare tu enarras iustitias meas et assumis
testamentum meum per os tuum, tu vero
odisti disciplinam et proie. ser. me. retror.
Si vide. furē cur. cum eo: et cum adul. por.
tuā ponebas. Ad idem facit ꝙ dicit Chri
so. et habetur in decretis. 40. Di. Multi. Si
bene vixeris et bene docueris populum in-
struis. si bene docueris et male vixeris: tuī
solius condēnator eris. Nam bene viuen-
do et bene docendo. populum instruis quo
modo viuere debeat: bene autem docendo
et male viuendo. deum instruis quomodo te
debeat condēnare. Hec ille. Unde ex hoc
dicto Chrisostomi videtur probari dictum
multorum dicentium ꝙ si prelatus in mortali
existēs ex officio publice doceat peccat mor
taliter. De tali predicatore potest dici illud
quod dixit Isaac Gen. 27. Uox quidem
vox Iacob ē: sed manus sunt manus esau.
Secundo requiritur ꝙ predicator sit pfectus in
virtutibus. In cuius signum dn̄s iesus xp̄s
quando voluit predicare Mathe. 5. Dando legē
nouam ascēdit in mōtem in cuius signū ꝙ
in altitudine virtutū consistere debet qui iustitiā
dei docet. Isa. 40. Super montem excelsum
ascēde tu qui euāgelizas syon. Unde Grego.
Si in terra est aius tuus: vt quid de celo
loqueris? Hec autem perfectio includitur
in vita religiosorum qui sunt in statu per-
fectionis: in qua includitur paupertas. ca-
stitas. et obediētia. et ideo satis congruit pre-
dicatori hec vita. Primo nāque debet predi-
cator habere paupertatē. Cum enim ad eū
pertineat psuadere consilia que sunt perfe-
ctionis: inter que est paupertas euangelica:
iuxta illud Si vis perfectus esse vade et
vende omnia que habes et da pauperi. etc.
Mat. 19. Iddirco pertinet ad eum persua-
dere paupertatem voluntariam. Et ideo debet
ipse esse pauper. quia aliis certum est nemi-
nem posse id bene aliis persuadere verbo:
quod in seipso nō ostendit exemplo. Nota
de illo predicatore qui ducebat asinum se-
cum etc. Et cum sollicitus de illo sepius co
gitaret: ita vt diuerteretur mens eius ab
oratione et studio illū vēdidit vel religt etc.

Ex hoc etiam infertur ꝑ debet predicator ab omnibus mundanis exercitijs abstinere vt diuine exhortationi possit vacare: iuxta illud. i. Tim. 2. Nemo militãs deo implicat se negocis secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Unde ⁊ Clemens in ep̄la: ⁊ habetur in decretis. xi. q. i. Te quidem: sic ait Te quidem oporteat irreprehensibiliter viuere ⁊ summo studio niti vt oẽs huius vite occupationes abijcias: ne fideiussor existas. ne aduocatus litiũ fias. neuc in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris: mũdialis negocij occupatione ꝑpletus. Neqꝫ enim iudicem neqꝫ cognitorem seculariũ ꝫ negociorum hodie te ordinare vult christus. ne prefocatus presentibus hoiũ curis nõ possis verbo dei vacare. Hec ille ⁊c. Sic etiam debet habere castitatem: sic obedientiam vt sic tanqꝫ expeditus vernaculus habrae possit liberius vincere hostes. Precipue autem debet habere charitateꝫ interius. vt feruenter verbum dei proponat iuxta illud. Si linguis hoium loquar ⁊ angelorum: charitatem autem non habuero: factus sum velud es sonans aut cymbalũ tiniens. i. Cor. iz. Debet ergo predicator esse interius charitate ardens vt dictum est: ⁊ exterius vita lucẽs. Unde Greg⁹ in homelia de decem virginibus. Cuius vita despicitur: restat vt eius predicatio contẽnatur. 3. q. 7. §. Porro. De hoc debet predicator sumere exemplum a christo: de quo scribit. Act. i. Q̃ cepit Jesus facere ⁊ docere. Itẽ a Paulo qui de se dicit. Non audeo aliqd loqui eorum que per me nõ efficit christus. Ro. 15. Iteꝫ ab ap̄lis qui anteqꝫ exirent ad predicandum fuerunt confirmati virtute ex alto: recipientes sp̄m sanctum in die pẽtecostes Act. 2. Potest etiam euangelicus predicator sumere de hoc exẽplum de Socrate thebano de quo dicit Hierony. ⁊ habetur in decretis. 12. q. 2. Socrates ille thebanus. homo condam ditissimus: cum ad philosophandum athenas ꝑgeret magnuꝫ auri pondus abiecit: nec putauit se posse ⁊ virtutes simul ⁊ diuitias possidere ⁊c. Hãc ergo sanctitatem ⁊ perfectionem habuit excellenter beatus Marcus: quia sicut apostoli fuerunt obligati ad tria vota religionis vt dicit Tho. 22. q. 83. sic ⁊ ipse ⁊c.

¶ Quartum est mittentis auctoritas. Ro. 10. Quomodo predicabunt nisi mittantur? Item Heb. 5. Nec sibi quisqꝫ sumat honorem sed qui vocatur a deo tanqꝫ Aaron. Debet autem mitti ab homine habente auctoritatem mittendi vel a deo. Dicit tamen tex. in. c. Cum ex iniuncto: de hereticis. ꝑ q dicit se missum a deo nõ debet sibi credi nisi hoc probet miraculo vel scriptura prophetica. Miraculo quidem: sicut fecit Moyses coram filijs israel ⁊ Pharaone Exo. 4. Scriptura vero prophetica: sicut fecit Jo. baptista qui dixit. Ego vox clamantis in deserto sicut dixit Jsa. ꝓpha Luc. 3. Mar. i. ⁊ Jo. i. Hanc etiam habuit beatus Marcus: quia fuit missus ad predicãdum a principe apostolorum Petro. Primo Aquilegiaꝫ postmodum Alexandriam. in quam intrando solutum est calciamentum suum. Nota ergo ꝑ apostoli portabant calciamenta: sicut etiam legit̃ de Bartholomeo. Nam ⁊ christus videtur habuisse calciamentum: iuxta illud Mat. 3. Cuius non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti eius ⁊c. Dic hystoriam. ergo opus fac euangeliste.

¶ Quintum est ordinis dignitas. Debet. n. predicator euangelicus esse sacerdos ex ordinatione ecclesie. de qua habetur. 16. q. i. Adijcimus: qꝫuis Philippus diaconus ex sp̄us sancti auctoritate predicauerit: vt legitur Act. Hinc colligitur ꝑ femina non debet predicare: vt dicit tex. 23. di. Mulier. Sed nunquid diaconus potest predicare? videtur ꝑ sic. 25. di. Perlectis. Sed dic ꝑ ibi predicare ponitur pro legere: vt dicit. Glo. in predicto. c. Adijcimus: vbi etiã subdit dicens. ꝑ subdiaconus potest predicare quia prelationem ⁊ curam aiarum habere potest. de eta. ⁊ quali. Preterea. Predicat ergo ratione prelationis sed non ratione ordinis: quia locum sacerdotis obtinet. Di. 95. in fine ẽm Glo. sed contra id ꝑ dicit de muliere vr̃ tex. in. c. Mulier. 23. Di. Ex h̃ infertur ꝑ non potest predicare aliquis ante. 25. annum: quia ante tale tempus nõ potest quis ordinari sacerdos: vt dicit tex. in Cle. Generalem: de eta. ⁊ quali. Nec potest circa etatem ordinandi ep̄s dispensare: vt dicit ibi Glo. Jo. an. Hoc etiã habuit beatus Marcus. Fuit enĩꝫ sacerdos ⁊ veteris

testamenti sm legem mosaycam: et non sm legem euangelicam. Quamuis .n. sibi pollicez et humilitate preciderit ne ad ordinem sacerdotij posset humano iudicio promoueri. Nihilominus dispositio dei et auctoritas beati Petri preualuit. qui ipm Alexandrie Epm destinauit. et postea fuit sacerdos. Alioquin eps esse non potuisset: vt legitur et notat in c. Ex litis: ex de excessib9 prelatoz in Glo. Est tn notandum q vt dicit sctus Tho. 22. q. 185. ar. 2. ad tertiu. Credibile est euz hoc fecisse ex instinctu spus sancti sine quo non licet alicui sibi manus inijcere sm Tho. et concorda lex ciuilis idem disponens. Naz vt dicit tex. in. l. Liber homo. ff. ad. l. acquil. Nemo est dns membroz suoz. Item lex canonica dicens q siquis clericus seipm ex iracundia verberat. incidit in canone late sententie excoicationis. de qua in. c. Sigs suadente diabolo. 17. q. 4. et hoc not. extra de sen. ex. Contingit: lo primo.

Sextum est constantie firmitas: vz. vt no timeat recta loqui presertim ea que sunt necessaria ad salutem alicuius psone pretextu Unde Greg. in pastorali et habetur in decretis. 43. di Sit recta. Sit rector discretus in silentio. vtilis in verbo. Ne aut tacenda proferat. aut pferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem detrahit: ita in discretum silentium eos qui erudiri poterat in errore derelinquit. Sepe nanq rectores improuidi humanam amittere gram formidantes. lo qui libere recta ptimescunt. et iuxta veritatis vocem nequaq iam gregis custodie pastoz studio sed mercenarioz vice deseruiunt. qr veniente lupo fugiunt dum se sub silentio abscondunt. Hinc nanq eos p pphetam dns increpat dices in Isaia. Canes muti non valentes latrare. Hec ille. Uide vbi hn de hoc. Hanc constantiam habuit beatus Marcus: qr postq iuit Penthapolim post bienium cum firma constantia reuersus est Alexandria: qrtumcuq sibi agnosceret insidias mortis esse paratas et c. Hic hystoriam.

Septimum est patientie virtuositas. ps. Bene patientes erunt vt annuncient. Unde Apostoli per mundum predicantes multa verbera. multa conuitia. multas contumelias patiebantur: iuxta illud dni. In mundo pressuraz habebitis Jo. 14. Sed ipsi nihilominus ibant gaudentes: qm digni sunt habiti pro nomine Jesu contumeliam pati. Act. 5. Hanc etiam patientiam perfecte habuit beatus Marcus et c. Hic eius martyriu ergo bene opus fecit euangeliste. Amen.

In festo sancte Cite virginis.

Sermo vnus.



Mulier times deum: ipsa laudabitur. Prouer. vlt. c. Quamuis verba proposita de qualibet muliere deum timente dici possint: tamen spaliter appropzio illa sancte Cite virgini gloriose: de qua hodie sermo nobis erit. quia hodie fit festum de ea. Salutetur virgo maria et c. Pro declaratione verboz thematis et introductione materie predicande. Notandum q sm q sacri doctores theologi dogmatizant. septe sunt timoris differentie que in sacra pagina inueniuntur.

Primus est timor naturalis.
Scds est timor humanalis.
Tertius est timor mundialis.
Quartus est timor seruilis.
Quintus est timor inicialis.
Sextus est timor filialis.
Septimus est timor reuerentialis.

Et de sexto vel septimo potest et debet intelligi thema: duz dicit. Mulier. i. sancta Cita ti. deum. Primus timor no est bonus neq malus bonitate vel malitia moris. Scds et Tertius sunt mali. Quartus et Quintus sunt boni: sed no sufficientes ad salutem. Sextus et Septimus sunt boni et ad salutem sufficientes.

Primus ergo timor est naturalis: quando homo timet aliquid nociuum vere vel putatiue ipsi nature: et df timor naturalis. Naturaliter .n. timet qlibet maluz pene. vt infirmitates. pditiones bonoz loffcioz. et morte. Obiectu ergo huius timoris est malum pene. Unde. i. Jo. 4. Timor penaz hz s. pro obiecto. Talis et timor fuit et in xpo q timuit morte Mar. 14. Cepit Jesus pauere et tedere. Talis et timor cois est oibus hoibus: et iste timor est indifferes: qr nec meritorius nec demeritorius sm se: nisi impef

a volūtate quādo ratio suadet. Sic fuit in xp̄o q̄n timuit in morte vt supra dicitur. q̄a in naturalibus neq̧ meremur neq̧ demeremur. Nō est virtuosus q̄z non ex electione procedit. neq̧ rursus est vitiosus q̄z nature artifex nihil vitiosum instituit.

¶ Scd̄s est timor human⁹. Accipitur hic humanus in malam p̄tem: sicut ꝛ ibi. Cum enim sit inter nos zelus ꝛ contentio. nonne carnales estis ꝛ s̄m hoiem ābulatis. i. Cor. 3. Quo timetur ꝯrium carnis: puta mors vel alia lesio corp̄is. intantū ꝙ delinquitur ꝛ peccatur potius q̄̄ hec lesio incurratur. Hoc timore timuit petrus mortem propter quā vitandam voluit potius xp̄m negare. ꝛ elegit hoc timore ductus potius fidez q̄̄ vitam perdere corporalem. ꝛ ideo peccauit moraliter. Sic offendunt hodie multi hoc timore arctati. Sicut si aliquis captus a saracenis timens ne occidatur ab eis: negaret fidem xp̄i. Sic si propter infirmitatē tuam vel filij tui ꝑpter quā times mortem incurrere recurris ad diabolum. faciendo fieri incantationes ꝛ artes magicas. Et sic vt fugias mortem corp̄is incurris aīe mortem. O quot hodie obcecantur hoc timore. Et vide quāta cecitas. Nam mors corp̄is euitari nō potest sed differri. Q̄d enim differt non aufertur. ꝛ tamen q̄libet fugit eam maxime q̄n est pestis i ciuitate ꝛc̄. Dic pratice. Sed mortem aīe que euitari potest. pauci fugiunt. Si leo intraret ciuitatem vel lupus q̄libet fugeret. quilibet clamaret: sed multi sunt in ciuitate leones ꝛ vrsi sp̄ūales: q̄ deuorant aīas. ꝛ nullus fugit. nullus clamat Dic cōtra meretrices que stant in hospicijs vel in apothecis ad vendendum: vt vēdāt res hoibus ꝛ aīas diabolo. Infirmatur q̄s statim querit medicū corp̄is. sed infirmat in aīa nunq̄̄ curat. Isto aūt timore dicunt qui non obseruant ieiunia ordinis. ꝛ alia cerimonialia propter corp̄is debilitatem vitandam. cum tn̄ paucis nūmisq̧ natura cōtēta sit. Satis est populis fluuiusq̧ ceresq̧. Contra hos conuenit illud Job. 6. Qui timet pruinam: irruet super eos nix. Isto 2⁹ timore ducti multi retrahuntur ab ingressu religionis. vel ingressu ab obseruantia religionis. timentes ne deficiant: presertim q̄s vident aliquos ingredi religionez. ꝛ postea exire. Sed non debet quis timere ingredi apostolicum statum: timore iude. Vide. O magna cecitas. Nunquid mercator cessabit a mercancijs: quia videt aliquos perdere vel submergi vel derobari ꝛc̄: Nunquid cessabit armiger quia videt multos armigeros occidi in prelio: Cur timor hic non terret latrones: Cur non nauigantes: Cur non pro mundo laborantes: Solum religiosos aut religionem ingredi cogitantes terret. Magna cecitas est hominibus. Ideo dicitur Job. 6. Qui timent pruinam ꝛc̄. vt supra. Pruina significat penitentiam que fit in hac vita. Nix vero significat penam infernalem. Ps. Pluet super pecca. Ignis. sulphur. nix ꝛc̄. ꝛ spiritus procel pars calicis eorum ꝛc̄. ꝛ sic in similibus: quia talis timor non excusat te quia potius debet homo omnia mala pati q̄̄ peccato consentire. Extra quod metus causa. c. Sacris. Et in decretis. l. di. c. Presbyteros. Talis ergo timor malus est. Nullus enim timor potest esse cadens inconstantem virum. quo ad peccatum perpetrandum. Ideo christus ropro bat hunc timorem di. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete qui potest ꝛ animam ꝛ corpus perdere in gehennam Mat. 10. ꝛ Luc. 12. vbi sic dicitur. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab hijs qui occidunt corpus ꝛ post hec non h̄nt amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postq̄̄ occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete. Nota Nolite timere. s. taliter vt ex isto timore faciatis contra deum: quia sic est timor humanus. alias esset timor naturalis. de quo supra ꝛc̄.

¶ Tertius timor est timor mundanus quo timetur amissio rerum mundi que nimis amantur: propter quas potius peccatur q̄̄ amittantur. Iste autem timor procedit ex nimio appetitu rerum temporalium. Unde Grego. 31. morali. Quisquis enim exteriora que ꝛ nolenti subtrahuntur appetit:

sua se sponte extraneo timori substernit. In
fracta autem virtus est concupiscentie ter-
rene contemptus. Et sic quilibet timor ex
amore procedit: iuxta illud. Estq; timoris
calcar amor. Hoc timore ducuntur qui pro
pter furtum excommunicantur ⁊ potius vo
lunt excommunicationem pati q̃ revelare:
timentes ne perdant famam vel res: ⁊ po-
tius volunt perdere animam q̃ rem vel fa
mam: sed promitto tibi ꝙ in fine perdes
vtrunq; ⁊c. Sicut siquis vnam rem ⁊ ne-
scit quis furatus sit eam. timens ne illam
perdat recurrit ad diuinatorem vt iudicet
ei furem: ⁊ sic ne perdat rem vult perdere
animam ⁊ offendere deum. Sic si aliquis
debitor conuenitur in iudicio a creditore
ei delato sibi iuramento. iuret se nil debere
vel non tantum ⁊c. peccat mortaliter. Ta-
lis timor est malus. O quot prosternit ⁊
detrudit in infernum iste timor. Et vnde
procedunt furta. vsure. rapine. symonie. ⁊
alie vsurpationes. periuria. nisi a timore ne
deficiant sibi temporalia: De hoc ergo ti-
more dicitur in. ps. Ibi trepidauerunt timo
re vbi non erat timor. i. ratio timoris. Iste
timor inducit iudicem ad ferendam iniu-
stam sententiam: ne. s. displiceat vni parti.
Iste timor inducit aduocatos ad patroci-
nandum pro causa iniusta. Item inducit
barbitonsores ad radendum in diebus fe-
stiuis. ⁊ sutores ⁊ corbiserios ⁊ aromata-
rios ad vendendum medcias corruptas:
ne: scilicet perdant. Item mercatores
ad vsuras ne perdāt ⁊c. Item curiales
ne perdant fauorem ⁊c. Ideo dicit spiri-
tus sanctus homini Eccli. 7. Noli querere
fieri iudex: nisi valeas virtute irrumpere ini
quitates: ne forte extimescas faciem po-
tentis: ⁊ ponas scandalum in agilitate
tua ⁊c.

¶ Quartus timor est seruilis quo tantum
pena timetur. De quo dicit Aug⁹ Regnat
in eo peccandi voluntas. ⁊ sequeretur opus
si speraretur impunitas. Et hic timor est
quidem a spiritu sancto: sed non cum spiri-
tu sancto. i. cum gratia spiritus sancti gra-
tum faciente. Iste timor bonus est ⁊ vti-
lis per quem fit paulatim consuetudo iusti
tie. Non autem sufficit ad salutem timor
iste: licet sit salutis principium ⁊ origo. Vn
de si tantum timore inferni quis fleret ⁊ de
peccatis doleret ⁊ sic ex hoc mundo migra-
ret: profecto damnatus esset. Unde dicit
textus Aug. in. c. Qui ex timore. Extra de
regulis iuris. Qui ex timore facit precep-
tum aliter q̃ debeat facere: ⁊ ideo iam non
facit. Glo. qui ex timore seruili. Nota exem
plum de illo scolari qui dum esset prope
mortem flebat vberrime. ⁊ tādem post mor
tem apparens socio. cum interrogaretur an
esset damnatus: respondit sic. Cumq; rur-
sus interrogaretur: quare cum sic amare fle
uisset. Respondit. Quia timore potius pene
q̃ amore dei fleuisset. De hoc ergo timore
dicitur. i. Io. 4. Timor non est in charitate:
sed perfecta charitas foras mittit timorē.
Iste ergo timor non sufficit ad salutem.
cum sit sine charitate: introducit tamen cha
ritatem. sicut seta filum. vt dicit Aug⁹ de
peniten. di. 2. Sicut seta.

¶ Quintus timor est initialis quo pecca-
tum timetur ⁊ dimittitur: partim amore iu-
stitie. partim timore pene. De quo Eccli. i.
Et. ps. iio. Initium sapientie timor domini.

¶ Sextus timor est filialis quo peccatum
timetur: non ratione pene sed ne homo a
sponso separetur. vel ne ipsum offendamus.
De hoc timore dicitur in. ps. Beatus vir
qui timet dominum. Et superuenit hic ti-
mor filialis cum charitate ⁊ excluditur ti-
mor seruilis: iuxta illud. i. Io. 4. Timor non
est in charitate sed perfecta charitas fo-
ras mittit timorem: quoniam timor penam
habet. ⁊ loquitur de timore seruili qui ex-
cluditur adueniente charitate. cum timore
filiali per quem culpa remittitur: iuxta il-
lud. Eccli. i. Timor domini expellit pecca-
tum. Nam qui sine timore est: non poterit
iustificari. Et dicitur filialis quia sicut boni
filij timent offendere patrem ne sibi displi-
ceant non quidem ratione pene: sic ⁊c.
Unde versus.

Oderunt peccare boni: virtutis amore.
Oderunt peccare mali: formidine pene.

Quinimo magis debemus timere deū q̄ꝫ
patrē carnalem incōparabiliter. nō solū q2
maiorem penā pōt nobis deus inferre q̄ꝫ
pater ꝙ ptinet ad timorē seruilē: sed q2 ma
ius bonū pōt nobis ꝯferre. Itē q2 magis
sibi tenemur q̄ꝫ patri: quia plus facit nobis
deus q̄ꝫ pater. Quid facit pater aut mater
in generatiōe filij: nisi actū turpem ꝛc. ꝛ re
cedunt. sed deus format corpus. liniat mē
bra. componit organa. creat aīam ꝛ infun-
dit ꝛc. Ideo Iob. io. Manus tue dñe fece-
runt me ꝛ plasmauerūt me totū in circuitu.
Et infra. Nōne sicut lac mulsisti me: ꝛ sicut
caseum me coagulasti? Pelle ꝛ car. vestisti
me: ossibus ꝛ neruis cōpegisti me ꝛc. Item
deus ꝯseruat nos in vtero ne suffocemur.
Facit nos nasci de vtero: tribuit lac ma/
tri ꝛc. Ipse ergo deus ē magis pater noster
q̄ꝫ parētes carnales. Vñ Mat. 23. Patrez
nolite vocare vobis sup terrā: vnus est eniz
pater vester q in celis est. s. q̄ꝫtū ad forma
tionē corporis ꝛ creationem aīe. Hoc ergo
timore filiali debemus ipsum timere: q2 sic
beati erimus: iuxta illud ps. Beati omnes
qui timēt dñm. Glo. timore filiali. Itē alibi.
Dedisti hereditatē timentibus nomen tuū
dñe ꝛc. Sed hodie pauci hunc timorē hñt:
q2 plus timet hodie homo q̄ꝫ deus. Plus
timetur pditio vnius ducati q̄ꝫ pditio para
disi. Plus obeditur preconi regis vel dñi
q̄ꝫ xp̄i. Ideo cōqueritur deus ꝯ nos dicēs.
Filius honorat patrē ꝛ seruus dñm suuz.
Si ergo pater ego sum: vbi honor meus?
Et si dñs ego sum: vbi est timor meus dicit
dñs exercituum Mala. i. c. Nota hic quā-
tum timet homo seu sine rex siue impator
mare turbatū qñ nauigat ꝛc. ꝛ tñ vna crea
tura dei est: quātum ergo dꝫ hō timere deū
qui est creator. dñs ꝛ preceptor oīs creatu-
re? Ideo Iere. io. Quis nō timebit te o rex
gentiū? Quātū aūt iste timor excellentem
faciat hoīem: pbat scriptura dicens. Quaz
magnus qui inuenit sapientiā ꝛ scientiam:
sed nō est sup timentem deum. Timor dei
sup oīa se supposuit. Btūs homo cui dona-
tum est habere timorē dei ꝛc. Eccli. 25. ꝛc.

¶ Septimus timor est reuerentialis: quo
nō iam peccatum timet sed pater in reue-
rentia habet. hic oīa facit ad honorem pa-
tris. Et timor iste retrahit hominē ne velit
equari illi quē reueret: sicut si rex veniētis
vellet sedere in scāno tuo. tu statim surge/
res. nō quidē timore pene nec culpe. sed ti
more reuerentie. Hic timor fuit ꝛ est in xp̄o
erga patrem: iuxta illud Replebit eum spi
ritus timoris dñi Isa. xi. Itē etiam angeli
timent isto timore: iuxta illud Tremunt vi
dentes angeli versa vice mortaliū ꝛc. Oēs
alij timores deficiunt. ꝛ iste solus remanet
in patria: iuxta illud Timor dñi sanctus p
manet in seculum seculi. Hoc ergo timore
timet nunc deum btā Cita in gloria exi/
stens. In vita vero presenti existēs timebat
timore filiali: ꝛ ideo merebatur tunc lauda
ri. sicut in themate dr. ꝙ in presenti vita be
ata Cita deum timore filiali timeret. osten-
dit quadruplici signo.

¶ Primum signum est castitas virginalis.

¶ Scdm est charitas diuinalis.

¶ Tertium est beniuolentia ꝓximalis.

¶ Quartum est pseuerantia finalis.

Primum ergo signum est ꝛc. Nota tri-
plicē castitatem. s. matrimonialis: ꝛ hec est
bona. Vñ vt dicit. 31. Di. Nicena sinodus.
Pannutius honorabiles ꝯfessus est nupti
as ꝛ castitatem: dicens esse cum ꝓpria cōiu
ge ꝯcubitum. Scda castitas est vidualis et
hoc est melior. i. Tim. 5. Viduas honora: q
vere vidue sunt. Et. j. Nam que in delitijs
est: viuēs mortua est. Tertia est virginalis
ꝛ hec est optima. Vñ Beda. Bona est casti
tas ꝯiugalis. melior ꝯtinētia vidualis. Op
tima pfectio virginalis. Hec ergo preciosissi
ma est quāto rarissima. Unde Apoc. 3. Ha
bes pauca noīa in Sardis: qui nō coinqui
nauerūt vestimēta sua. ꝛ ambulabūt mecū
in albis q2 digni sunt. Notā Sardis fm in
terptationem hebraicam interpretat princi
patus pulchritudo: et significat virginitatē
que in gradibus castitatis obtinet principa
tum: vt dixi. Hoc ergo. i. virginū sunt pau-
ca noia q2 pauci sunt veri virgines. que nō
coinqnāt vestimenta sua. i. corpora sua luto
luxurie. Et paucissimi sunt qui vel mēte nō
sint coinqnati. Ideo subditur. Et ambula
bunt mecum in albis. i. in vestibus in noie.
Hanc ergo virginitatē excellenter habuit
btā Cita. Vñ nō casualiter sed diuino pre
sagio ꝛ nutu vocata fuit Cita que idem si-
gnificat ꝙ virgo: q2 virginitatē pura mente

seruatura erat. Nota hic de eius humili ori
gine ⁊c. quia vt dicitur .i. Cor. i. Videte vo
cationem vestram fratres: quia non multi
sapientes s͠m carnem non multi potentes.
non multi nobiles. sed que stulta sunt mun
di elegit deus vt confundat sapientes ⁊ in
firma mundi elegit deus vt confundat for
tia ⁊c. i. Cor. i. Quia autem difficile est sine
maxima diligentia virginalem munditiam
conseruare: ideo cauebat diligenter ne per
ianuas sensuum suorum aliquod noxium
in domum conscientie introiret. Unde ser
uabat oculos ab illicitis aspectibus. sciens
illud quod Jeremias in persona peccato
ris loquens ait. Oculus meus depredatus
est aiam meam Tre. 3. Unde ⁊ Aug. in re
gula ⁊ habetur in decretis. 32. q. 5. Nec solo
tacito affectu: sed aspectu quoq͡ ⁊ affectu
appetitur ⁊ appetit concupiscentia femina
rum. Nec dicatis vos habere aios pudicos
si habeatis oculos impudicos: q2 impudi
cus oculus impudici cordis est nuncius.
Seruabat aures a variorum verborum ⁊ detra
ctionum auditu: delectabatur vero verba
dei audire: vtpote philocapta de deo: iuxta
illud. Qui ex deo est verba dei audit Jo. 8.
Seruabat os ab inhonestis verbis ⁊ sermo
nibus ociosis: sciens illud. Corrumpunt bo
nos mores colloquia mala. i. Cor. 15. Serua
bat gustum a cibo ⁊ potu inordinato: sciēs
q͡ gulla m͠r sit luxurie: ⁊ econtra Sine cere
re ⁊ bacco friget venus: ⁊ impossibile esse si
ne abstinentia continentiam conseruare: q2
ex vicinitate membrorum cognoscitur vicini
tas vitiorum: vt ait Hiero. Denique totum cor
pus magna penitentia affligebat vt humi
lius aie deseruiret: vnde coctum q͡d raro cō
medebat. Aquam solam sepe bibebat. Fa
cies eius pallebat abstinentia: sed mens di
uinis desiderijs estuabat. Sepius dormie
bat in terra: semper nudibus pedibus am
bulabat. Funem circa lumbos sup nudam
carnem portabat. q2 tam valide stringeba
tur q͡ sicut post mortem eius cōptum est ca
ro excreuerat sup funem ⁊ in locis pluribus
apparebat caro lacerata. Nota etiaȝ hic q͡
semel dum puella in domo patroni mora
retur: tentata fuit a quodam patroni cōfa
mulo. cuius vultum se defendens lacerauit
⁊ nimis a deo tenuit: q͡ de cetero amplius
non ausus est facere. Moraliter sic debent
facere mulieres: quia pro castitate seruanda
debent se omni periculo eximere: ⁊ si pro
prie non suppetunt vires acclamare sicut
Susanna fecit Dan. 13. Unde etiam si cleri
cum aggredientem verberaret mulier non
esset excommunicata: quia vim vi repellere
licet. ff. de iusti. ⁊ iure. l. Ut vim: cum mode
ramine tamē inculpate tutele. l. i. C. Unde
vi: ⁊ hoc notant canoniste in. c. Si vero. i. §.
Si vero clericum: de sen. exco. Nota contra
illam monialem que cum violata fuisset a
quodam viro: ⁊ abbatissa eam redarguens
obiurgasset cur non clamasset: respōdit. Ne
frangerē silentium. Item nota contra illam
mulierem in cuius domum intrauit quidaȝ
philocaptus de filia sua causa fornicādi cū
ea. Cui mater ⁊ filia consenserunt timore
mortis: quam ille matri minabatur: sicut ip
samet m͠r mihi retulit ⁊c. Et sic p3 primū.
¶ Scd͠m signum timoris filialis eius est
charitas diuinalis. Nam feruentissime deū
ardebat adeo q͡ sepius in oratione posita
a corporeis sensibus raperetur. Interdum
post multas lachrymas subleuatis in celuȝ
oculis. videbatur sibi interesse agminibus
angelorum. Ut autem vacaret contempla
tioni quietius inquirebat solitarium locum
infra domum: ⁊ ibi frequentius pernocta
bat. vbi ab hijs qui domi erant sepe tanta
lux videbatur in nocte: quasi sol fulgentis
simus oriretur. ex quo innuebatur q͡ ibi au
ctor luminis christus vel angeli ipsam con
solabantur. Surgebat omni nocte ad ma
tutinas. ⁊ quando poterat ibat ad eccle
siam sancti Frigdiani que sita erat prope
domum suam: vbi cum magna deuotione
matutinarum officium audiebat. ⁊ cum ma
gnis lachrymis ⁊ gemitibus. Denique ad cru
cifixum tanto estuabat ardore vt tota ad
eius aspectum liquefieret. vnde ante cruceȝ
quandam que pre vetustate in diuersorio
cymiterij prefate ecclesie posita erat. sepius
orans liquefiebat in amore ipsius. ⁊ domi
nicam passionem ordetenus recensebat. nec
poterat ab ipsius contemplatione auelli. Et
cum obiurgationibus custodis ecclesie. Sic
etiam erat vehementer intenta circa cele
brationem festiuitatum ⁊ ecclesiarum visita
tionem. Unde cum semel in festo Magda

sene accederet ad ecclesiam suam que sita
erat in solitudine q̃dam que cerbaria nu̅cu
patur que distat a ciuitate Luchana ꝑ de-
cem milliaria. applicuit illuc in fine dei. post
posito metu guerre que tunc erat inter lu/
chanos ⁊ pisanos: adeo vt plerisq; expolia-
retur in via. Cu̅ ergo bt̃a Cita applicuisset
illuc. inuenit fores ecclesie clausas propter
guerrã. Cu̅q; ibidem se posuisset sub diuo
adorandum cum cereo in manibus. que̅ ad
honorem gloriose Magdalene portauerat
accendendu̅. intm̅ ibide̅ oro̅ni vacauit pre
foribus. donec pre lassitudine corpis dormi
re incepisset. Interim cepit magna te̅pestas
ventorum ⁊ pluuiarum excrescere. demum fa-
cta aurora surrexit virgo a somno. ⁊ inuenit
portas ecclesie apertas nullo ibi existente ⁊
cereum in manu eius accensum. At illa ec-
clesiam ingrediens orationi vacabat. quam
orantem sacerdos ecclesie cum pluribus ad
ueniens repperierunt. admirantes de tãto mi
raculo. Aliud etiã miraculum. Nota q2 cu̅
quadam vice ipsa iuisset ad visitandum ec-
clesiã sancti Petri ad gradus. que est vltra
ciuitatem pisanam quinq; milliaribus ꝟsus
mare: tandem completa visitatione reuerte
batur Luchas. Cu̅q; a pluribus inuitaret
hospitio vtpote pre itinere lassa ⁊ confecta
ieiunio non acquieuit: sed continuabat iter
suum non trepidans noctem nec corporis
lassitudinem. tandem pre nimia lassitudine
fatigata ⁊ fame deuicta. prope fontem que̅
dam pausauit circa primum gallorum cantu̅.
Cu̅q; pene iam caro lassa deficeret cepit os
modica aqua perfundere. Et ecce apparuit
ei beata virgo in forma mulieris honeste
salutans eam ⁊ dicens. Vultis ne venire ⁊
redire? qua voce audita tãta fortitudo cor
poris ⁊ consolatio mentis secuta est. ꝙ Re̅
dit. Libenter volo venire. Euntes ergo pa-
riter de nocte peruenerunt ad pontem que̅
dam cuius ianua more solito clausa. vltro
aperta est eis. Et transeuntibus illis iteru̅
vltro clausa est. deinde venientibus eis ad
portam ciuitatis Luchane inuenerunt eam
clausam sed statim vltro aperta est eis. Et
cum venissent ad domum cum clamasset ad
ianuam domus ⁊ fuisset aperta: virgo glo-
riosa Maria statim disparuit. O felix ancil
la christi que meruit virginis gloriose hono
ri comitatu ⁊ colloquio consolari. Alia vi
ce dum aduesperascente die sabbati iret ad
ecclesiam sancti Angeli ad montem: que di
stabat a ciuitate Luchana sex milliaribus.
cum iret pedester ⁊ tardo gressu: preuenit
tamen illum equestrem qui quasi currendo
preibat.

¶ Tertium signum ⁊c. beniuolentia proxi-
malis. Nam erga proximos mirabilem be-
niuolentiam gerebat. adeo ꝙ totis viribus
nitebatur anteq̃ pretermittere pauperem
quin ei elemosynam prout poterat largire-
tur. cuius beniuolentie merito diuina boni
tas dignata est miraculorum testimonia
perhibere. Unde semel cum pauper peteret
elemosynam ab ea illa vero anxia non ha-
beret in promptu quidnam necessitate̅ pa-
tienti tribueret. premeditata parumper qd
nam posset illi tribuere. hausit aquam de
puteo ⁊ sibi dedit. Sed o mirabilis deus
statim aqua in vinu̅ conuersa est. adeo ꝙ
pauper bibens dixit. Nunq̃ se tale ⁊ tam
suaue vinum bibisse omnibus diebus vite
sue. Sic etiam diligentissime studebat cir-
ca pauperum curam ⁊ infirmorum vt sibi
cibaria vestesq; subtraheret ⁊ pauperibus
⁊ egenis captata opportunitate largieba-
tur: quos etiam sepius personalr visitabat.
Semel etiam tempore famis euacuauit ar
cham domini sui plenam fabis vt pauperi-
bus subueniret: qui ad ipsam tanq̃ matre̅
recurrebant. Postmodum vero cum domi
nus hoc nesciens fabas illas vendidisset.
inuenta est archa plena fabis sicut erat pri
us. hoc deo operante in sue testimoniu̅ san
ctitatis. Hic totum exemplum. Mulier ergo
timens ⁊c.

¶ Quartum signum est ⁊c. perseuerantia fi
nalis. Quid enim prodest naui totum iter
egisse. ⁊ per varios casus innumerasq; ꝑcel
las cucurrisse. si cum est prope portum rum
pitur ⁊c? Quid prodest eunti romã si vsq;
ad romam sospes veniens cum in porta pe
dem habet occiditur? Quid prodest agri-
cole si arbores fructifere dum tempus ma-
turationis aduenerit arescunt ⁊c? Unde
Ber. dicit ꝙ inter ceteras virtutes sola per
seuerantia coronatur. Mat. 10. ⁊ 24. Qui
autem perseuerauerit vsq; in finem: hic sal-
uus erit. Beata ergo Cita semper perseuera
uit in sanctitate vite vsq; ad mortem. No-
ta hic de beato fine eius. Cum enim vitam

sanctissimam duxisset vsqꝫ ad sexagesimuꝫ circiter annum cepit infirmitate quadam infirmari. qua ingrauescente membra tenuia ad lectum deducta ceperunt a suo vigore deficere: tandem oculis ⁊ mente eleuatis in celum manibus cancellatis. sacramentorum ecclesiasticorum robore premunita. nulla doloris vel angustia vestigia preferēs migrauit ad dominum. circa annos domini M.cc.78. In cuius sanctitatis testimoniuꝫ dignatus est dominus tria signa monstrare. Primo quia in obitu eius stella preful gida quam nec solis claritas occultabat apparuit. Scd'o quia eadem hora pueri nullo reuelante sed diuino nutu inspirante clamare ceperunt dicentes. Eamus eamus ⁊ curramus ad ecclesiam sancti Frigdiani quia mortua est sancta Cita. Tunc concursus populi ꝗꝫ maximus aduenit. adeo ꝙ ecclesia sancti Frigdiani ⁊ claustrum pergrāde non caperet personas illuc continue aduentantes: ita vt etiam platee adiacentes adimplerentur. nec potuit corpus per multos dies tradi ecclesiastice sepulture ꝓ multitudine populi ipsum certatim contingere cupientis. Tertio quia multa miracula diuina bonitas operata est meritis sancte sue. Nam ceci illuminati sunt. Claudi gressum receperunt. curui eriguntur. febricitantes sanantur. ⁊ multa alia miracula facta sunt. Ultimo nota miraculum de suspenso eius meritis liberato: quod contigit in ciuitate Capue ⁊c. Mulier ergo timens deum ipsa laudabitur. Deo. Gratias. Amē.

¶ Item in festo sancti Petri marty. ordinis predicatoꝝ. Sermo vnus.



Coronabitur qui legittime certauerit. 2. Timo. 2. Pro declaratione sciendum ꝙ anteqꝫ primi parētes nostri trāsgressi essent mandatum dei nullum inimicum habebant: quia sicut voluntas eorum erat subdita deo per virtutem originalis iustitie. sic sensualitas rationi. ⁊ corp⁹ anime. ⁊ animalia homini. Hec est rectitudo in qua creatus est homo. De qua Eccl's. 7. Deus fecit hominem rectum. Post transgressionem autem mandati: incurrit repugnantiam sui in seipsum. ⁊ animalium rebellionem ⁊c. Nam statim deserente eos gratia de corporum suorum nuditate confusi sunt. ⁊ senserunt motum inobedientis carnis sue tanqꝫ reciprocam penam inobedientie sue: ꝭm Tho. in parte. i. q. 95. articu. i. Et etiam animalia fuerunt rebellia homini post peccatum in penam peccati: ꝭm Tho. in. i. parte q. 96. arti. i. Ad idem vide Aug. i3. de ci. dei. Ideo Job. 7. Quare me posuisti me contrarium tibi: ⁊ factus sum mihimetipsi grauis? Et nota ꝙ hoc fuit iustissimum vt per que peccauit per hec ⁊ torqueretur Sap. xi. Sicut ergo ipse fuit rebellis deo: sic iustitia exigente creature facte sunt rebelles ipsi homini. Propter hoc dicitur Sapien. 16. Creatura enim tua tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos. Et tunc ergo incurrimus multos inimicos contra quos oportet dum sumus in via bellum cōtinuum exercere. Ideo dicebat Job Militia est vita hominis super terram: ⁊ sicut dies mercenarij dies eius Job. 7. Nota Mercenarij: qui si bene laborat premiatur quia coronatur in gloria ⁊c. ⁊ hoc in sero. i. in morte. Heb. 9. Statutuꝫ est hominibus semel mori. Et ponit hoc iudiciuꝫ Mat. 20. Cum autem sero factum esset ⁊c. Ideo dicit thema. Coronabitur ⁊c. Nota ergo ꝙ i hoc mundo habemus quinqꝫ bella in quibus vincentibus datur corona ⁊c.

¶ Primum bellum habemus contra intellectum nostrum: quod vincimus per simplicem credentiam.

¶ Scd'm bellum est cōtra volūtatē: ⁊ istud vincimus per humilem obedientiam.

¶ Tertium bellum est contra carnē: ⁊ istud vincimus per puram continentiam.

¶ Quartum bellum est contra diabolum ⁊ istud vincimus per claram seu veram sapientiam.

¶ Quintum bellum est contra mundum: ⁊ istud vincimus per firmā patientiam.

Omnibus hijs modis beatus Petrus fuit victor. Ideo dicit thema de eo. Coronabitur qui legittime certauerit ⁊c.

¶ Dico primo ꝛc. Bellum ꝯtra intellectum
nostrū declaro. Naturalis intellectus semꝑ
querit rationem rei mirabilis. Uñ dicit in
primo Metha. ꝙ Propter admirari cepe/
runt phi phari. Rō q: intellectus naturalit
appetit scire: scire aūt est rem ꝑ cām cogno/
scere: Et ideo semꝑ intellectus querit cām
reꝝ presertim mirabiliuꝫ. Et nunq̄ quiescit
intellectus donec ꝑtingat ad cognitionem
cāe effectuū quos cognoscit. Declara hoc
ꝑ Tho. i. 2. q. 3. art. vlt. Et pone exēpla i pra
ctica in qualibet scia. Itē exēplum in ecly/
psi solis. Ideo David. Mirabilia testimo/
nia tua: ideo scrutata est ea aia mea. Or
modo nihil tam extraneum ꝛ mirabile est
intellectu nostro q̄ȝ secreta fidei. Dat exem
plū de trinitate ꝛc. Itē de incarnatiōe chri
sti ꝛc. Item de sacramento eucharistie ꝛc.
Itē de resurrectione futura ꝛc. que videt
ipossibilis ſm naturā: ꝛ ideo intellectus no
ster naturaliter refugit credere. Ecce ergo
bellum intellectus in quo bello multi succū
bunt: sicut sunt illi qui aut nolunt oio cre
dere. aut dubitāt. Dubius aūt in fide: infi
delis est. de hereticis. c. i. Ideo scriptura. A
spicite in gentibus ꝛ videte ꝛ admiramini
ꝛ obstupescite: q: opus factū est in diebus
nostris. qd nemo credet cuꝫ narrabit Aba
cuc. i. Et loquit de ope fidei. Nemo credet:
supple nisi ꝑ gratiam spiritus scti. i. Cor. 12.
Nemo pōt dicere dñs iesus nisi in spiritu
sctō. Itē Isa. 53. Dñe quis credidit auditu
modo: De isto ergo bello habet victoria ꝑ
simplicē credentiā: dicēdo. Dñe intellectus
meus refugit credere ꝛc. sed q: vos dñe di
citis: ideo credam. Nā ꝛ parentibus meis
credo. qd sim filius eoꝝ: nō ergo minus de/
beo credere vobis in hijs que dicitis q̄ȝ pa
rentibus meis. Itē cuilibet artifici credit
de arte sua. Aristo. de phia. Galieno de me/
dicina. Iustiniano de legibus. Notario de
instrumento. Pellipario de arte sua: ꝛ sic
de singulis ꝛc. Cur ergo xp̄o nō credit ꝛc.
Stultus esset ille q nō crederet esse alia re
gna ꝛ alias ciuitates in mūdo preter suā:
eo q: nō vidit eas: cum ab alijs referatur
qui viderunt. Sic in ꝓposito: multi testati
sunt de alia vita eo q: viderunt ꝛ cogno/
uerunt eam: sicut xp̄s. patriarcha. ꝓphete.
apl'i. doctores. martyres ꝛc. Nota similitu/
dinem quā ponit Greg. in. 4. dialog. in princi
pio. Et Apl's. Destruentes oēm altitudinē
extollentē se aduersus sciam dei: ꝛ in capti
uitatem redigētes oēm intellectum in obse
quiū xp̄i. 2. Cor. 10. Et tali victoria datur a
deo corona. De qua Apoc. 12. Mulier ami/
cta sole: ꝛ luna sub pedibus eius. ꝛ in capi/
te eiꝰ corona stellaꝝ duodecim. Nota Mu
lier. i. aia. Amicta sole. i. xp̄o. vel. i. gloria. Et
luna. i. scia phie. Sub pedibus eius: q: non
curat de rōnibus phie in hijs que sunt fi/
dei. Ambr. Tolle argumenta vbi fides q̄rit
tur. Dic aliqua argumēta ſm regulas phie
presertim in sacramento eucharistie. Uide
in sermonibus de articulis fidei ſmo. 5. ꝑ. i.
Coloſ. 2. Uidete ne quis vos seducat per
phiam ꝛ inanem fallaciam ꝛc. Stellaꝝ. 12.
. i. 12. articuloꝝ fidei ſm ꝙ fuerunt. 12. apl'i:
qui articuli continētur in Credo: quorum
sex ꝑtinent ad diuinitatē. sex ad humanita
tem. Primū de diuinitate circa essentiam
dei. Credo in vnū deum. Scd's est circa di
uinitatem ꝑsonaꝝ. Tertius circa opus crea
tionis. Quartus circa opus iustificationis.
Quintus circa opus glorificationis aiaꝝ.
Sextus circa opus glorificationis corpoꝝ.
Circa humanitatem: primus est de incarna
tione. Scd's natiuitate. Tertius de morte.
Quartus de descensu ad inferos. Quintꝰ
de resurrectione xp̄i. Sextus de ascensione.
Uel dic ꝙ incarnatio ꝛ natiuitas sunt vnꝰ
articulus ꝛ tunc sextus articulus erit de ad
uentu ad iudiciū. De ista corona dicit Apo
stolus. Bonū certamen certaui cursum con
summaui fidē seruaui: in reliquo reposita est
mihi corona iustitie ꝛc. 2. Tim. 2. In isto
bello hūit victoriā btūs petrus martyr ꝛc.
Dic quō puer existens ꝯfudit patruū suuꝫ
dicens. Credo ꝛc. Item qū videbat corpus
xp̄i fidei calore succēsus orabat di. Dñe da
mihi gratiā vt moriar ꝓ te ꝛ ꝓ fide tua: si/
cut tu ꝑ me mortuus es. Desideriū aie tri/
buisti ei dñe ꝛc. Itē insistente eo semel in
qbusdā disputationibus ꝛ grauibus here/
ticoꝝ ꝯflictionibus: cepit mens eius postea
de aliqbus articulis ꝓpulsari: sꝫ ad oratio/
nem recurrens audiuit vocē di. sibi. Ego ro
gaui pro te petre vt nō defi. fi. tua: ꝛ con/
surgens a leui sopore sensit ꝯtinuo illū am/
biguitatis scrupulum recessisse. ideo pōt di/

cere cum aplo. Bonū certamen certaui cursum ꝯsumaui fidem seruaui ꝛc. vt. s. habet. Moralit dicatis quolibet mane ⁊ sero. Credo vt vincatis istud bellum ꝛc. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem ꝛc. Ro. io.

¶ Scdm preliū est ꝯtra ꝓpriā voluntatē: q₂ voluntas inclinat ꝯtra ea que deus mādauit. Licet enim deus mandata nobis dedit: tn̄ nō vult cogere liberū arbitriū. De⁹ ab initio ꝯstituit hoiem: ⁊ reliquit eum in manu ꝯsilij sui. Glo. i. in libertate arbitri. Eccl'i i5. In hoc bello multi succūbunt ꝛc. tam arduū est. Geñ. 8. Sensus ⁊ cogitatio humani cordis: ꝓna sunt ad malū ab adolescentia sua. Uictoria ergo habet per humilem obediētiam: dicendo. Dñe voluntas mea me inclinat ad supbiam ꝛc. q₂ vos precipitis humilitatē: ideo volo humiliari ꝛc. Sic de ira. de luxuria auaricia. ⁊ sic ḋ alijs. Qui amat aiam suam. i. voluntatē perdet eam. Et qui odit aiam suam in hoc mūdo: in vitam eter. custodit eam Jo. i2. Ex hac victoria meremur coronā. Auctas. Hoc h₃ ꝓ certo omnis qui colit te: q₂ vita eius si in ꝓbatione fuerit coronabitur Tob. 3. Btūs vir qui suffert tē. ꝛc. Jaco. i. In isto etiā bello btūs petrus habuit victoriā. Nō solum enim obediuit p̄ceptis dei: sed etiam ꝯsilijs euāgelicis. Si vis pfectus esse ꝛc. Mat. i9. Ideo intrauit ordinē predicatoꝝ. Dic quo modo ꝛc. Et q̄ꝫ humiliter obediēs fuit mādatis prelati custodiēdo portam. ⁊ reliqua officia faciēdo ꝛc. Et q₂ ipse obediuit deo: ideo deus obediuit sibi in miraculis. Hāc etiā excellentiam habet obedientia: vt pat₃ Josue. io. Nō fuit ante ⁊ postea tam longa dies: obediente dño voci hois ꝛc. Et Jo. 9. Siquis dei cultor est ⁊ voluntatem eius facit: hunc deus exaudit. Dic hic de miraculo eius qñ fecit obmutescere hereticū ꝛc. Item de nube miraculose adducta pro populi ꝯsolatione. Nota etia₃ qñ restituit pedem illi iuueni: qui preciderat sibi pedem cum gladio eo q cum sodē pcusserat matrem. Moraliter debetis obedire deo ꝛc. Ecōtra de ꝯtēnentibus obedire deo ꝛc. De quibus dicit deus ad Samuelem. i. Re. 2. Quicunq₃ honorificauerit me glorificabo eum: qui autem contēnunt me erunt ignobiles ꝛc.

¶ Tertium bellū est ꝯtra propriā carnem. Dic practice ꝛc. Ideo Gal'. 5. Caro concupiscit aduersus spūs. Spiritus aūt aduersus carnem. Sed vincitur per puram ꝯtinentiā vel penitētiam: sicut equus qñ ei aufertur annona humiliat ꝛc. al's proiciet te in lutum ꝛc. Ex hoc triumpho meretur homo coronam. Auctas. Sap. io. O q̄ꝫ pulchra est casta generatio ꝛc. Et sequitur. In perpetuum coronata triūphat. Nota Cum charitate: multi sunt casti cum timore perdēdi famam vel pene ꝛc. talis castitas non est pulchra. Mentem impudicā facere non casus solet: sed cū charitate qñ amore dei ꝛc. Sunt igitur qdam casti cum timiditate. i. pauore. Quidam cū tumiditate. i. superbia. Quidam vero cum charitate. Uide supra in sermo. beate Barbare: qui incipit Confitebor tibi dñe rex. p. i. Istam victoriā habuit beatus Petrus qui semper seruauit virginitatem cum magnis abstinentijs et asperitatibus. Unde cantat ecclesia. Carnē afflixit iugiter in labore multiplici: viam sequens humiliter patris sui dñici ꝛc. Propter hoc deus fecit sibi gratia₃ q tactu suo curabat infirmos ꝛc. Dic exemplum de filio dñi Gonfredis comitis qui patiebatur tantū tumorem gutturis q nec loqui poterat nec spirare: ⁊ ad tactū cappe beati Petri curatus est: ⁊ sic etiam de curatione patris eius ꝛc. Ideo. possumus dicere de eo. Omnis turba querebat eum tāgere: quia virtus de illo exibat. ⁊ sanabat oēs Luc. 6. Nota hic in miraculū de pāno tunice eius proiecto in ignem ⁊ nō cōbusto: sed potius ipse pānus ignem extinxit. Cum autem hereticus quidam pānum sue tunice in ignē proiecisset. statim combustum est. ⁊ hoc fuit in signum sue castitatis pro cuius virtute fuit conseruatus illesus ab igne luxurie. Moraliter ꝛc. Hec est voluntas dei: sanctificatio vestra. i. Tessa. 4.

¶ Quartum bellum est contra diabolum qui nunq₃ cessat ꝛc. Ideo petrus. Fratres sobrij estote ⁊ vig. i. Pe. 5. Uincitur autem per veram sapientiam dupliciter. Primo in se. Scdo in alijs. Primo in se expellēdo

tentationes diabolicas. Et ab aliis: sicut mi-
les qui bene custodit castrum meretur sa-
larium: sed plus meretur illis qui acquirit
regi alia castra ⁊c̄. Talis etiā victoria me-
retur coronā. Auctas. pascite qui in nobis
est gregē dei. nō coacte sed spontanee s̄m
deum: nō turpis lucri gratia sed volūtarie:
vt cum apparuerit Princeps pastor parti-
cipiatis imarcessibilē eterne glīe coronā. i.
Pe. 5. Jstam victoriā habuit btūs Pe.
Cū enim fuit magnus studuit in theolo-
gia ⁊ incepit predicare. O quot castra acq
siuit xp̄o. Primo enim custodiuit castrum
corporis sui. Dicit papa ꝙ nunq̄ peccauit
mortaliter. Vn̄ cantat ecclesia. Petrus flos
pulchritudinis ⁊ virtutis sacrariū: nullum
mortalis criminis sensit vnq̄ ꝯtagium. Ac-
quisiuit etiā multa castra xp̄o que erāt dia
boli. s. supbos. luxuriosos ⁊c̄. Dic hic exem-
plū de nube adducta ꝯtra estum solis qd
fuit in signū gratie quā predicando infun-
debat ꝯtra estum vitiorum. Dic hic etiā exē-
plum de illo heretico acutissimi ingenij: q
effectus est mutus ad orationē beati Pe
tri. Jtē dic exēplum de illo lusore ⁊ nomie
Roba: qui ꝓpter desperationem fuit effe-
ctus demoniacus: ⁊ tandē fuit liberatus in
vtroq̄ homine merito bti Petri martyris.
Jdeo cantatur de eo. Predicator feruid9
fidei zelator circuit intrepidus heresū dā
nator. vitiorum rigidus semp expugnator ve-
ritatis lucidus doctor ⁊ amator ⁊c̄. Mora
liter instruimur vt doceatis filios ⁊ seruito
res viam salutis ⁊c̄. Auctas. Rectorem te
posuerit: noli extolli. curam illorum habe. Et
infra. Et accipies coronā Eccli. 32. c. ⁊c̄.
¶ Quintum bellū est ꝯtra mundū: qui bel
lat ꝯtra nos infirmitatibus. pauptatibus.
⁊ aduersitatibus. Jdeo xp̄s. Jn mundo p̄s-
suram habebitis: sed ꝯfidite ego vici mun-
dum Jo. 16. Vincitur aūt p firmā patien-
